[b] Hujusmodi Epistola , seu mavis , Operis Praefatio Paullo Secundo nuncupata , labor est Joannis Andreae , Aleriensis in Regno Corsicæ Episcopi .

[c] Hic loquitur de Operc Card. Bessarionis in calumniatorem Platonis , edito Romæ , absque

anni indicio , per Conr. Sweynb. &c Arnoldum Pannartz , in fol. Calumniatoris nomine latet Georgius Trapezuntius , qui scripta Aristotelis , & Platonis comparatione , criminissime infestatus est Platonem . Bessarion a Trapezuntiis calumniis summo studio vindicavit , ut refert Platina in Panegyrico Bessarionis .

unica Platonis umbra verius quam nomine fuisse aliquando inter philosophos creditus : is, inquam, ita Bessarionis tui, Pater beatissime, defensione perlecta, sapientiae ipsius Antistes, & virtutis minime fucatæ magister, oceano quidem uberior, facilime in omni scientiarum genere excelluisse perspicieatur; Platoque ipse id quasi volens, dum a maximo Bessarione laudetur, reprehendi se a ceteris facile patietur. Quis enim tali ac tanto testimonio, aliorum si qua sint aurita judicia, non se putabit debere contemnere? ut quod de hoc divino Platone nostro dixisse Antimachum clarum poetam ferunt, qui cum, convocatis auditoribus, legeret eis magnum quoddam volumen suum, & eum legentem omnes, præter Platонem, reliquisten : legam, inquit, nihil minus, Plato enim mihi unus est instar omnium ; id verissime ac sanctissime de Bessarione sapientissimo dici queat. Cujus cum ea sit, ut ipse semper prædicas, Pater sanctissime, in rerum omnium maximarum usu peritia, ea in consiliis vel gravitas, vel perspicientia, ut nihil de summis unquam rebus fiat, si Niceni unius desit auctoritas; in studiis autem majoribus & humanis omnibus & divinis ea facultas & copia, ut plura legisse neminem credi possit, acrius lecta & rectius intellectissime, uberior paucissimos cultissimos quibusque temporibus, clariusque scripsisse, ipse juste pro populo, seu malis, pro terrarum orbe, Platonis defensor unus satis esse censeatur, et si in muscam aquila, in culicem elephas, putari posse reposuisse videatur. Tametsi, Pater clementissime, nemo est, qui se se doctrinarum audeat profiteri studiosum, aut virtutum harum etiam mediocrum cultorem, qui divini Platonis non miretur majestatem, hominisque minime imitabilis non summopere immortalitate rapiatur; quem cum in libris suis omnibus, tum in Oratore, M. Cicero maximis philosophis comparat, & omnibus plane his verbis anteponit. Quamquam enim & philosophi quidam ornate loquuti sunt; si quidem & Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit, & Aristoteles Socratem ipsum lacestivit, & Xenophontis voce musas quasi loquutas ferunt; at longe omnium quicunque scripserunt, aut loquuti sunt, extitit & gravitate princeps Plato. Quem etiam in libri tertii de Oratore præfatione ita laudat & extollit, ut magis fieri nequeat omnino libros Platonis mirabiliter scriptos legi, qui scripti sunt divinitus. Plato linguæ, animi, & virtutis magister. Itemque in Oratore: nec vero Aristotelem in philosophia deterruit a scribendo amplitudo Platonis. In Bruto vero ita: quis enim uberior in dicendo Platone? Jovem sic, ut ajunt philosophi, si græce loquatur, loqui: quin & Demosthenem scientem dicere de se se in quadam epistola, se studiose legisse Platonem. Quorsum hæc, inquires Beatissime Pater, de Platone tam multa? Evidem scripta a clarissimo Bessarione tum cetera, tum pro Platone maxime, superioribus mensibus perlegens putavi optimo consilio factum iri, si Platonicos nonnullos, eosque gravitate & doctrina in primis excellentes, latinorum multis propter librorum raritatem, multis item propter linguæ venustatem, immo vero incredibilem elegantiam, ignotos, veluti ex tineis potius quam scrieniis, ea qua confuevi opera, ne dicam folertia, nostris hominibus traderem perlegendos, quantulacunque valerem in tollendis mendis laborans diligentia. Lucium igitur Apulejum Platonicum, in quo uno summæ eruditioni præcipua linguæ copia & gratia conjuncta est, mediocri vigilantia, ut in exemplariorum penuria licuit, redegi in unum corpus, variis in locis membratim perquisitum, eumque impressoribus nostris tradidi exarandum. De quo, Pater beatissime, quædam fortassis lecturis non ingrata, huic inferere ad te epistolæ statui; non tam ut faciliore opera A-  
k pulejus

pulejus intelligeretur, id enim longioris lucubrationis indiget, quam ut in novam materiam, veluti inaccessam prius viam recens ingressos, indicis quibusdam & quasi certioribus signis, quo magis & confiderent, & procederent, admonerem; ne rei ignoratione plus justo trepidarent: ut de opusculis quoque ipsis, quæ in corpus unum redegi, quam ipse opinionem habeam, explicarem potius, quam sententiam ferrem. Eoque item pacto posset vide ri, qualis Plato ipse fuerit, a quo tam magnæ dictio[n]is orsa est occasio; qui quidem a gravissimis atque eruditissimis philosophis habitus est verius pro oraculo, ne dicam Deo, quam pro magistro. De Alcinoo quoque causam adderem, quare illum Apuleii nostri opusculis annexuisse[m]. *Paucis ergo audi*ant, mecumque intelligere studeant Apuleii Platonici studiosi. Lucianus ille Syrus, argutulus in primis atque elegans, vel sophista, vel philosophus, ut omnes Græci suffragantur; Satyrus tamen quidam, in philosophos lusu verius, quam calumnia, multa scribens cum gratia, nemini philosophorum pepercit omnino. Hic Lucianus asinum inter cetera aureum lusit; seque in eum finxit esse commutatum: cujus rei varie traditur argumentum, quod non est hujus dictio[n]is & temporis explicare. Hunc asinum noster Lucius æmulatur ingenii alioqui exuberantis, &, ut Afer, acerrimi, philosophus omnium illius ævi subtilissimus, sese dicit sciendi atque experiendi incensum cupiditate, tum terrarum alio, tum in Thessaliam esse profectum. Isticque apud magarum maximam, quando quidem ea tempestate mulieres thessalæ magicæ potissimum sciebant diversitatem, haud optabili occasione, dum in avem affectaret verti, sese in asinum esse figuratum: qua de conversione Divus Augustinus noster in præclarissimo de Civitate Dei opere quid opinetur expressit. In corpore tamen asinino mentem hominis sui ait se retinuisse; atque ita sub asino latitantem multa commoditate difficilia alioqui cogniti didicisse. Verum priusquam asino vestiatur, fabellas mirificas ad rem pertinentes inducit. Asino exinde contextus in ærumnosas ac multifarias incidit calamitates, quas festiva dictio[n]e commeminit. Quo in toto sermone, si quis recte intendat, mores humanos liquido perspiciet explicari, & impræmeditatas fallaciæ argutias discet, quibus etiam cauti sœpissime capiantur, cum non homo homini, sed lupus sit potius homo, ut scite Plautus inquit, dum qualis sit homo, non noscitur. Inspexit tamen ubique res ejusmodi noster Lucius, ex quibus omnium eruditissimus, ut prædixi, illius temporis mortalium facile fuisse videatur. Quod ex ea potissimum cernere est fabula, quam obiter anum quandam consolatricem pueræ captivæ referentem inducit: quam quidem rem qui certius cupiunt nosse, Fulgentii de ea ipsa fictione interpretamenta perquirant. Is enim vir doctus in primis commentatus est illam. Tandem exantlatis multis ærumnosisque laboribus, ut ipse ait, id est cum summa animi anxietate, & corporis molestia superatis ac vietiis, trans cursisque multiplicibus vitæ hujus fallacium hominum machinamentis, atque exercitiis, lunæ auxiliaricis ope, rosis de manu ægyptii sacerdotis acceptis ac devoratis, homini est priori suo restitus, & religionibus magnis initiatu[s]. Hic est asinus ille aureus, tanto dicendi lepore ac sale & linguæ gratia compositus, ut quisquis illum studiosius lectitarit, in dictio[n]e latina fieri ter for queat atque cumulatior. Nam quia res sunt diversissimæ, omnes secretiores linguæ thesauros in eo luculentius effundit, ac quantum in dicendo valuerit, referat verbis adeo propriis & accommodatis, ut non scribere, sed pingere plane historiam videatur. Per pauca fane, ut ego arbitror, in media vita homini possunt accidere, quæ latine proferre aut scribere cupienti, hinc depro-

depromi sufficienter non valeant. Ubique enim est lepidus, castigatus, venustus, aptus, varius, copiosus, concinnus, præsto, ut nasci ibidem non extra adscisci videatur oratio. Dixerit fortassis aliquis, minus tritam esse atque usurpatam Apuleii nostri dictionem. Id ipsum est quod ego demiror, quod laudo, quod extollo: quia non detrita quadam, non succida, non rustica, non squalenti & laciniosa oratione, non proculata, non vulgatissima denique res cotidianas ex media vita sumptas edisserit; quippe qui non popinis aut meritorii tabernis, aut nugalibus triviis, aut rusticorum compitis scribit, sed elegantiae ac cultioris doctrinæ urbanis hominibus atque studiosis. De multis tamen, Beatissime Pater, si per vitam licebit & tuam clementissimam sanctitatem, ubi a recognitionum munere pauxillum quivero respirare, animus est mihi, rudibus, inexpertisque, & litterarum tyrocinia ingredi incipientibus aliquid scribere. Nunc hæc ipsa emendandi, ut ego puto, necessitas, ut quibusdam fortasse videatur, simplicitas, ne dixerim temeritas, totum me sibi vindicat, absorbet, & abligurit, ut vix reficiendi corporis sculi mihi tempus idoneum superet. Quod facili opera perspiciet, quisquis videbit, quæ nostri impressores prælegente me effinxerint, effingantque assidue, quæ quidem vel percurrere, nedum attentius recognoscere, in tantis temporum angustiis, curisque multiplicibus rei etiam familiaris, & insuper exemplariorum perversitate, arduum admodum foret. Quod Deo, & te, Pater Beatissime, ejus vicario sanctissimo teste, ideo dico, ut æquo animo patientur nonnunquam legentes, si quæ invenerint ad unguem minus ac rubricam & punctum castigata atque descripta; & me tamen non putent his verbis culpam deprecari. Quis enim audeat, possitve in tot tamque confragosis mendis, tam pravis descriptionibus, tam raro lectis Auctoriis omnes mendos sperare te dempturum? Et ut, quod certum est, dicam, impressorum quoque nostrorum operarii nonnullis in locis ab exemplaribus meis aliquantum aberrant; quod aliter certe fieri est perdifficile. Si tamen Deus derit mihi, tuarum castarum precum, Pater Beatissime, merito, ut aliquando C. Plinium difficillimum illum omnium, qui scripserunt, propter mendos Auctorem, quem impræsentia cum eo Theodoro Gaza eruditissimo in manibus teneo, vel mediocriter absolvam; propositum est in notitiā ferre tam Plinii ipsius nonnulla, quam Apuleii, & ejusmodi reliquorum quorundam verba desueta, ex fragmentis veterum Scriptorum, quæ licebit, colligendo, recentioribusque etiara nostris adjunctis, amicorumque undique imploratis auxiliis, ut hodie certe manca latinitas in verborum desitorum prope explicatione plus aliquantulum habeat adjumenti. Sed his missis, ad Lucium nostrum redeamus. Metamorphosin, uti prædicimus, quam fabulari ipse Græcanicam appellat, non interpres Apulejus, sed æmulator scripsit. Ab ea ego, uti a majoris operæ libello, initium feci. Secundum locum obtinent Floridorum quatuor libelli; neque enim hoc tempore plures potui diligentia multa adhibita indipisci: ea nuncupatione merito inscripti. Flosculis enim & odoramentis doctrinæ omnis in illis oratio insperfa est. Sunt enim veluti brevissimi ac casti quidam panegyrici; sed rebus gravibus prægnantes, & farti, ad Africae Proconsules ab Apulejo habiti, in Provinciæ ipsius capite, Urbe Carthagine. In iis historia fane brevis est, sed varietate miranda, usque adeo legentem explens & oblectans, ut pauci libelli plus contineant voluptatis.

Tertio vero ab Asino & Floridis loco magnificas in primis & doctissimas magicæ columnæ defensiones posui, in quibus mirifice dictioni Lucianæ ad-

juncta est rerum abstrusarum penitus magna varietas & cognitio necessaria :  
 Est enim sequentium omnium opusculorum idipsum præcipuum . Quartus  
 erit de Deo Socratis liber , a Divo nostro Augustino saepius in præclaris vo-  
 lumenibus de Civitate Dei , ad rerum primarum & cœlestium opportune ci-  
 tatus testimonia . Ibi de Geniis multa dicuntur . Quis item fuerit Deus ille ,  
 ut veteres dicebant , Socratis philosophi consiliarius , arbiterque , ibidem fa-  
 cile perspicietur , & clarissime ; præterea quis & quantus magister in ipsa di-  
 vinarum rerum prima philosophia noster fuerit Plato . Quintus ordine is li-  
 ber sequitur , qui quasi calumniatores futuros Platonis aliquando præfigiens ,  
 veluti dedita opera ad defensionem divini hominis putari potest esse perscri-  
 ptus atque præparatus . Qui quidem , ut ipse quod sentiam expresse dicam ,  
 planiore quadam dictione , quam ceteri , scriptus est ab Apulejo ; quemad-  
 modum & reliqui quoque omnes , de quibus subinde explicabo . Forsanque  
 non esse Apuleii ex hujusmodi orationis filo arguerentur , nisi extarent &  
 varia & vetustissima non nullibi exemplaria , indicibus Lucii nostri Platoni-  
 ci præsignata , quæ hoc tempore a me Romæ nequierant admodum id op-  
 tante inveniri . Sed hæc satis sint de mea libellorum Apuleii opinione . Ad  
 rem redeo ; licet , Pater beatissime , vera fateri . Fuere etiam aliis tempori-  
 bus Platonomastices quidam , pro suis meritis digne munerati , meri ipsi ver-  
 berones , in antistitem naturæ ausi jaegare convitia . Is non ea copia , qua  
 novus quidam Thersites , sed a magnis tamen Achillibus pugnis justæ ultio-  
 nis sunt maestati . Quibus si merita sacrificii quoque alicujus gratia rependi  
 debet , digni profecto sunt omnes eo sacro , quo Junius Brutus tyrannorum  
 Tarquiniorum ab urbe tua Roma exæctor , pro capitibus humanis , Maniam  
 larum matrem propitiandam esse instituit . Cum enim prius sacri *immanis*  
 horrore larvæ illi , & vere furiosæ capitibus humanis detestabili vesania fie-  
 ret res divina ; quod etiam Macrobius gravis auctor meminit ; libertatis Ro-  
 manæ dignus assertor & patronus Junius Brutus , allii fœtentis , & papave-  
 ris somniculosi capitibus jussit congruens Maniæ fieri sacrificium . Hoc , quæ-  
 so , honore calumniatores & Platonis , & reliquorum ejusmodi virorum , Pa-  
 ter beatissime , patere honorari . Quid enim festivius possit excogitari , non  
 invenio : nam fœtutinis & olementicetis omnibus immersari tales jure debent ,  
 atque obrui , & cum allii Horatiana quoque execratione in ultimas terras de-  
 portari , ubi perpetuo somno & veterno sopiti , quasi numquam fuerint , igno-  
 rentur ; quum præcipiti rotati vertigine iis viris detrahunt , qui humanita-  
 tem divini ornamenti induerunt , luminibusque splendidissimis illustrarunt :  
 quos sani capitis omnes homines venerantur , suspiciunt , admirantur , quippe  
 qui pene jacentem in tenebris ignorantia mundum scientia sua & labo-  
 ribus perpoliverunt , ostenderuntque , quonam adjumento ab infimis terris  
 ad superna sydera homines evolarent , & veluti fortiores intellectonis divinæ  
 alas , quibus facere id possent addiderunt ; qualem omnium gravissimo testi-  
 monio , & vero , tam nostrorum quam gentilium Platonem fuisse qui nescit ,  
 est rusticus ; qui dissimulat , ingratus ; qui negat , perditus ; qui calumniatur ,  
 amarulentus prorsus atque detestandus . Cui viro si vel alterum parem genti-  
 lium ætas omnis ante Domini nostri Jesu Christi adventum habuisset , po-  
 tuit mundus squalens , non dicam ab omni cæcitatibus errore ; nam id per  
 clementissimum Deum ipsum dumtaxat erat futurum , sed profecto prope ab  
 omni inficitia liberari . Qualia enim , Jesu bone , docuisset , qui tanto subli-  
 mi Platone fuisse major , quanto divinus ipse homo majoribus suis omnibus  
 anteiverat ? Quod si præsentis negotii & instituti operis munus primum fo-  
 ret

[ LXXVII ]

ret dicere speciatim , quæ res tanta possit de Platone ; expanderem quidem aliis antemnis vela grandiora , ostenderemque , me quoque castissimo & purgatissimo illi Antistiti sapientiae nonnihil aliquando vigilasse . Verum ad Apulejum revertor : hic philosophus , et si breviter , aliquo tamen pacto , dogma , hoc est , decretum ac sanctiōnem Platonis exposuit , & ejus ipsius partem sub philosophia vocabulo tantummodo delibavit . Sextum locum obtinet de mundo liber , ab Aristotele sapientissimo & physicorum maximo ad Alexandrum Regem scriptus , ab Apulejo nostro latinis exhibitus , ut unus vir ex Platonicorum familia , uterque possit & Platonicus & Aristotelicus esse censeri : maximo utriusque & in suo genere philosophorum primario affectissimus , atque laudis utriusque prædicator indefectus , & merito . Utrumque enim idem recta expensione sentire , minimeque , quod quidam arbitrantur , dissentire , eo modo tacitus judicabat . Quo in libello , tanta est præter illius rei cognitionem , qua de agitur , hoc tempore vel utilitas vel facultas , ut pauci fortassis latinorum libelli , utriusque linguae in eo scientiarum genere studiosis videri commodiores possint . Cum præfertim idem ipse sit Trismegistum interpretatus & antiquissimum & divinum philosophum ; qui liber septimum locum in operibus tenebit Apuleii . Ejusmodique interpretamento iis gratum omnibus faciet , qui pure ac latine illa quoque voluerint , quæ a forensi magis sunt dictione remota , nequaquam horridule interpretari . Extremum in hoc opere posuimus , non ita pridem conversum , Alcinoum philosophum , & ipsum platonicum , latius paulo Platonis sanctiones & decreta explicantem ; cuius interpreti Patri Reverendo Episcopo Tropiensi [ d ] honorem suum juste servavimus præfationem ejus libro Alcinoi apponendo : quod & etiam pleniore egimus voluptate , quia hic libellus ad virum maximum Nicolaum Cusensem , Cardinalem , dum viveret , Sancti Petri ad Vincula , cuius nosipsi in gratissimo nobis & utilissimo fuimus sex continuos annos obsequio , est inscriptus . De cuius quidem viri summis laudibus & virtute , quisquis velit scribere , facillime quod laudet obvium promptumque inventiet : ubi tamen desinat , aut cui , quod proferat de summis ejus meritis , vel ornamentis , numquam , si sapiat , poterit exacte judicare . Fuit enim vir ille , quod non tibi , Pater beatissime , sed posteris dico , tanta bonitate , ut vir eo melior numquam sit natus ; vitiorum omnium hostis acerrimus atque publicus inimicus , & fastus atque ambitionis ita adversarius , ut quivis maxime quibus hominum quorundam perversa opinio , quanto magis abundant , eo se putant firmius & augustius dignitatis suæ locum gradumque servare , seque ipsos magis honorari . Tanta vero integritas , ut facilius Apeninus , aut Alpes reliquæ , quam sancte ac juste ab eo semel concepta sententia , loco potuerint dimoveri . Nec quisquam illi viro absque justitia & pietate carus unquam fuit . Ea honestorum laborum patientia , in declivi etiam senectute jam posito , ut annos cum labore aestimantes aliquid in eo majus homine facile esse sentirent . Ea & beneficiendi & gratificandi promptitudo , ut natus omnibus maxime , sibiipsi minime videretur . Ea gratia referenda , si praeventus , ut fit , a quopiam merito foret , festinatio & copia , ut vitam quoque

[d] Si Ferdinando Ughello in Italia Sac. To. ix. col. 657 , ac Papadopolio in Histor. Gymnas. Patavini Tom. ii. lib. ii. cap. ix. pag. 175. credimus , Petrus cognomento Balbi , nobili genere Venetiis natus , Episcopus Tropiensis per id tempus in Neapolitano Regno fedit . At si Michaelen-

Maittaire in annotationibus ad Annal. Typogr. To. i. pag. 312. audiimus , Tropiensis hic Antistes , non jam Venetiis , sed Pisa ortus accipitur . In quam sententiam nos quoque descendimus . Complura Patrum opuscula ex Graeco Latine fecit , quæ in Archivo Capuanæ Ecclesiæ adservantur .

que pro benemerentibus effundendo, se tamen satisfacere non posse beneficiis  
judicaret. Usque adeo vero studiosus, ut me ipso praesente, & maxime ad-  
mirante, in hyberno quoque longo itinere, totum diem ultra millia passuum  
quadraginta germanica transigens equitatione, quæ solet esse laboriosior,  
noctibus tamen, & senex, &, quod credi poterat, defatigatus, strato se  
proripiens suo, gravissimas theologiae interdiu secum obiter commentatas,  
manu sua scriberet quaestiones, nobisque audiendi ejus percupidis in via po-  
stridianis semper mansionibus faciendis, divini animi sui inventiones expli-  
caret. Sane quidem tanta doctrinarum omnium ubertate Nicolaus, quod est  
dictu mirabile, fuit, ut quidquid ex tempore dicendum incidisset, tali id  
semper ille copia edissereret, ut ei solum facultati censeretur studuisse. Vir  
ipse, quod rarum est in Germanis, supra opinionem eloquens & latinus;  
historias idem omnes non priscas modo, sed mediae tempestatis, tum veter-  
es, tum recentiores usque ad nostra tempora memoria retinebat. Ge-  
sta præcipue conciliorum omnium, ecclesiasticam scilicet historiam, non sum-  
matim, sed per capita singula, & veluti diarias ipsas actiones, examissim  
crebro referebat. Rerum origines quasi Christianus Cato, & facti cujusque  
ordinem explicabat; ut vel unica ista ne videri facile quiret admirabilis.  
Quæ tamen majoribus ceteris comparata, inter illius laudes locum sibi mi-  
nimum vindicabit. Poetas & Oratores dissimulabat sane; verum, ut erat in-  
genio perameno, nequaquam ignorabat. In disciplinis mathematicis suo tem-  
pore Nicolao doctior fuit nemo; quod quidem viri illius plurimæ testantur  
scriptiones. Jus civile & Pontificium recte pureque didicerat; & ut immor-  
tali atque æterna memoria erat, tanquam tunc primum ex illorum studio-  
rum officina prodisset, memoriter sanctiones & Patrum decreta omnia, &  
doctorum insuper sententias recitabat. Philosophiae Aristotelicæ acerrimus di-  
sputator fuit; Theologiae vero Christianæ summus interpres & magister, &  
ælestis arcani antistes sapientissimus. At Platonis nostri & pythagoræorum  
dogmatum ita cupidus atque studiosus, ut nemo magis illi scientiæ putaretur  
intendisse: quod equidem duobus exemplis breviter & verissime confirmabo.  
Proclum habebat Platonicum mendosissime scriptum; acri tamen ingenio ad-  
eo ei rei intelligendæ assiduus insliterat, ut etiam ex mediis librariorum men-  
dis solidam rerum eliceret veritatem. Quod ea ratione perspectum est, quia  
deinde oblato illi forte fortuna vero quodam exemplari, ita inventus est Pro-  
clus ipse scripsisse, veluti Nicolaus ingenio suo fuerat conjectatus. Parmen-  
idem Platonis, magna veluti ardens siti, de Græco in Latinum fecit converti;  
item Platonis theologiam, a Proclo, quem modo nominavimus, scriptam;  
his ille libris, veluti thesauris suis & propriis maxime recreabatur, ut nulli  
alii rei tantopere vigilaret. Quod quare in epistolæ hujus calce dedita opera  
posuerim, tibi, Pater Beatissime, ut dicam necesse est. Nam de Nicolao tuo  
cetera me rectius & plenius ipse cognovisti. Ostendi initio meæ præfationis,  
virum excellentissimum Bessarionem Cardinalem Nicænum Platonis magna ra-  
tione esse affectissimum. Idipsum & de Nicolao Cusensi Cardinale, dum vi-  
veret, Sancti Petri, declaravi. Quis igitur, nisi ineptus, & vanus, audebit  
nostra ætate a viris his duobus, facile doctorum principibus, dissentire? quis  
gravis & sanus non maxime consentire? Vides, Pater beatissime, plane vi-  
des, quanto asilo agi, quanta vertigine contorqueri debeat quisquis sese ob-  
treccatorem, & quasi polinctorem divini Platonis audeat profiteri: quem pri-  
sci omnes, quem veteres, quem mediæ tempestatis homines, quem nostræ  
ætatis maximi, quem græci, quem barbari, quem Christiani omnes eruditissi-  
mimi

## [ LXXIX ]

simi oraculi vice colant, observent & prædicit. Prodeant ex gurgustiis, si satis sibi nondum videntur prævaricatione præterita delirasse, Daretis novi; aderunt Entelli ad pugnandum, non præcipites illi quidem, sed justa indignatione provocati. Prodeant Theristæ & Achilles aderunt, vincendi fiducia & divinis armis instructi. Prodeant Marsyæ & Apollines provocent, ut Musis arbitris ac judicibus exfluant excoriati, non in nostri orbis fontes, sed in cocyti infernos, lethæas voragine, atque æstuosos Phlegetontes. Da veniam, Pater beatissime, contra fabulosos & lucifugas hosce fabulis utenti. Nam si relipiscent, quod equidem opto, palinodias commodum per plateas decantabunt, neque id solum, sed per & compita scriptas affigent, ut facti cæci parte sui meliore luminis exiguum, lucisque recuperent. Quæ enim, malum, fuit stultitia, immo quæ tanta infania, quis stupor, pulvere ac calce Solem niti, ac contendere obtenebrare, ut in altum sublatus pulvis in calculatorum ipsorum oculos recidens lucem omnem eis eriperet? Quod profecto iis accidit, quicumque platonicum Solem sese temere obscuraturos crediderunt. Nos tamen non de miseris triumphum optantes, christianisque & Platonis simul radiis & humanitate illustrati, cæcos istos miserati, demus errantibus & stupidis, & nihil cernentibus, nihil intelligentibus omnino venia manum, ad fontesque omnes poenitentiæ, conscientiæque deducamus, ut loti retractationis aqua, lippientesque oculos inuncti doloris medicamento, aliquando discant meliora, ingemiscantque errasse. Tibi sit, & tuo gregi felicitas perpetua, Pastor æterne, & Pontifex sanctissime, per quem tempora nostra assida pace lætiora florescunt. Quod ut perpetuum & tibi, & nobis sit, Dominus ipse omnipotens misericorditer impariat.

*In fine.*

## ALCINOI EPITOME DISCIPLINARUM PLATONIS *Bessarionis Epistola ad Nicolaum Cusensem Cardinalem.*

CUM te intelligam, sapientissime, atque optime patrum, tum Aristotelis acutissimi doctrinam, ceterorumque priscorum philosophorum magnificare, tum vero divi Platonis sapientiam purgatissimam imprimis admirari; saepè diuque mecumque cogitavi, suorumque documentorum aliquid in latinum vertere, &, quod tibi gratum fore existimarem, tuo potissimum nomini dedicare. Itaque cum libellos meos nuper evolverem, Alcinoi opusculum quoddam repperi, in quo sub compendiaria miraque brevitate, opinio atque singula documenta Platonis attinguntur. Feci igitur, ut potui, hoc latinum; tua quidem fretus humanitate, benivolentiaque, quam semper erga me ostendisti. Quod si quid in eo aut mendosum, aut non bene positum repieres, tuo recto certoque judicio corrigeres. Neque sane curavi in cunctis singulisque verbis, ut facillime videbis, antiquos imitari; sed illis potius usus sum vocabulis in plerisque locis, quæ his nostris temporibus in scholis philosophorum frequentantur. Putavi enim ad hunc modum orationem fore clariorem; præsertim cum peroptime sciam, tuæ tantæ sapientiæ res magis curæ esse, quam verba. Leges igitur velim hunc libellum, sapientissime patrum. Quod si tibi tanto viro, tanta doctrina, totque virtutibus donato cœlitus atque illustrato meus hic transferendi labor dignus videbitur, ad ejusmodi cetera me deinceps quam maxime allices, atque incitabis. Vale.

## CÆSARIS COMMENTARIA.

Romæ MCCCCCLXIX [1] in domo Petri de Maximis.

JOANNIS ANDREÆ EPISCOPI ALERIENSIS

PAULO II. EPISTOLA.

**D**Ictatoris Cæsaris commentarios jam pridem multa diligentia me recognovisse memineram; quos cum a me impressores nostri proximis superioribus diebus efflagitarent, exemplaria illa penes me non esse excusabam. Non potui tamen illis ut different persuadere; quocirca per eos modum iis gesturus, quicunque latinitati afficiuntur, et si perfunditorie, denuo illos recognovi. De quibus duo mihi duntaxat brevissime sunt dicenda. Alterum tenere memoria omnes oportere, qui ad horum venerint lectionem, quæ Suetonius Tranquillus in Cæsaris vita de iis scripsit hoc modo: Reliquit & rerum suarum commentarios, Gallici, Civilisque belli Pompejani. Nam Alexandrini, Africique & Hispaniensis incertus auctor est [2]. Alii enim Opium putant, alii Hirtium, qui etiam gallici belli novissimum imperfetumque librum suppleverit. Ne in frontibus scilicet librorum indices ascribantur emendandi. Evidem alia quædam a nonnullis scribi scio, & tamen ipse Suetonio assentior; ideoque ut eos quos Cæsar scripsit, tum Ciceronis, tum plurimorum testimonio esse fateor elegantissimos, ita bellorum civilium novissimum prioribus omnino imparem esse non diffiteor. Adeo quidem, ut præter in eo paucissima, vel propter mendos, vel propter scriptoris infaniam, indignum pene judicem lectione. Historia in illo sane comprehendendi potest, reliqua, ut mea fert opinio, difficulter intelligi. Hoc unum e duobus fuit. Reliquum erat, ut Cæsaris potissimum exemplo, maximos etiam in rebus gerendis viros occupatos, a legendō scribendoque prorsus ostenderem non debere avocari. Quis enim potest inveniri majoribus quam Cæsar curis implicitus? Quis a puero usque difficilioribus negotiis circumventus? Quis tamen æque studiosus? ut nescias, major ne imperio fuerit, an eruditione cumulatior. Certe nemo diffitebitur, eloquentiores eo viros non fuisse, teste Cicerone; in Latinitate vero elegantes, Prisciani quoque arbitratu; in Astrologia denique peritiores, Plinio ipso ita prædicante; in imperio demum majores, omni mundo attestante, & Cæsaris ipso nomine hereditario imperatoribus summis perdurante. Talem igitur & tantum in negotiis, & in otio virum, ut ego recognoscendum, ita legendum omnes facile sument, & pro virili imitandum.

[1] Editio Princeps.

[2] Adeat, qui velit, Gherardum Joannem

Vossium, de Historicis Latinis, ubi prolixè additum haç de re edidisset.

## QUINTILIANI INSTITUTIONES ORATORIÆ.

Romæ MCCCCLXX. sine impressoris nomine.

**C**AMPANUS [a] Francisco Piccolomineo Cardinali Senensi meo salutem. Utinam quod nuper in Livio Papiensis nostri [b] jussu conatus sum facere ut esset quam emendatissimus, idem nunc hortatus suo & in Quintiliano licuisset; quorum diverso in genere eadem prope utilitas, certe par dignitas est. Sed illum series ipsa temporum continuata, & veluti per manus tradita nobis, ac nexus quidam inter sece rerum sic alligat, ut teneri facile possit. Hunc varietate præceptorum per omnes evagatum eloquentiæ campos, & tanquam ad plura intentum, atque ideo lubricum difficile sic prendas, ut totus habeatur ob hoc ipsum obscurior, quoniam ita per campos decurrit, ut tamen omnes intrare quamvis reconditas latebras, & in intima quoque penetrare artis arcana videatur. De quo si judicium poscas meum, illud vere mihi videor posse afferre, deesse eloquentiæ quidquid a Quintiliano non discas; & ibi artem desinere dicendi, ubi ultimum ejus fuit præceptum. Quod quodammodo dici oportet, ut fortasse non temere contendisse quidam videantur, hunc aut parem Ciceroni, aut, si hoe magnitudo illa divini cœlestisque ingenii non patiatur, haud multo inferiorem fuisse. Verum judicare majoribus de rebus tam cuique liberum est quam temerarium & ut ingerere tete, in quæ nescias arrogantis est, ita & tacere quæ sentias timidi. Magnus quidem mea sententia Cicero, magnus Quintilianus. Sed est & in magnis quoque semper aliquid eminentis, est & in quo superentur; nec cuiquam ita totam natura se præbuit, ut non aliquid velit sibi retentum quod largiri & alteri possit. Ut raro invenias celeritatem in ea esse eximiam, cui insit & robur. Et arborum aliæ crescunt sublimius, aliæ latius effunduntur. Paucis utrumque concessum est. Cumulata quidem mihi videtur in utroque eloquentiæ magnitudo, sed aliter. Hic in percipiendo summus est habitus, ille in dicendo longe eminentissimus judicatus. Quintilianus, quibus armis pugnandum sit, docuit; M. Tullius & ostendit quomodo vincamus, & ipse semper cum victoria contendit. Illius studia multum laudis in umbra consecuta sunt; hujus in foro multa plurimum gloriæ peperere, & regnasse hic in concionibus atque subselliis fertur, Quintilianus in scholis & classibus floruisse; Cicero pugnator ipse multo, Quintilianus instruendis aliis aliquanto fortasse diligentior. Tum in ipso quoque dicendi genere multum est intervalli. Magnificus & plenus Cicero, hic sumptuosus & locuples. Ille amplius, sublimis, redundans; hic gravis, acer, elaboratus; alter natura ornatior, alter studio æque expolitus. Quintilianus sententiis premit & pondere; Cicero & iis ipsis, & viribus & sublimitate & amplitudine & majestate convellit, ut videri possint illi æque multa spicula in manibus esse, huic plus telorum; & ille tentare pungere que sæpius, hic altius vulnerare atque conficere. Tum citra vim illam sumptus in manum Quintilianus acumine capit lectorem; sumptus Cicero gratia

1 &amp; can-

[a] Hic est Joannes Antonius Campanus, qui Quintiliani editione absoluta, insequenti anno jussu Pauli Secundi cum ipsomet Francisco Piccolomineo Cardin. Mæcenate ad dietam Ratisponæ se contulit, ubi orationem habuit suadendi belli adversus Turcas, quæ inter ejus Opera le-

gitur, & in primo Volum. Antitircici a Nicola Reusnevo editi. Decessit Episcopus Interamnenie in Aprutio ann. MCDLXXVII.

[b] Jacobi scil. Cardinalis Ammannati Luccensis, quem Pius Secundus familiæ suaæ Picolomineæ Senensi adscivit.

& candore delectat. Denique tanta vicinitas est, quanta videri inter eum potest, qui primus sit omnium in cursu, & eum qui, nisi hic antecederet, ipse jam pervenisset. Est & in translationibus ac similitudinibus diversitas, in quibus visus est Cicero, & adhibuisse modum, temperasseque ingenio, & aliquanto fuisse distinctior; hic nescio an usque ad vitium nimius. Non tamen ita conculcatus, ut & splendorem non afferat; quippe & ipse quoque ita distinguit veluti faces quasdam dignitatum, ut lucere in gyrum, non in globum fumare videantur. Sed illa utriusque communis est gloria, quod nihil aut hic præcepit faciendum, quod ille antea non præstisset, aut ille præstitit, quod hic postea non præceperit. Tanto Quintilianus inferior, quanto est ex arte dicere, quam scribere de arte præstantius. Sed eo fortasse diligentior, quo instituendis rebus plus vigilarum ars postulat, quam natura faciendis. Tum amplissimus ingeniorum laudator Cicero; judex æquissimus Quintilianus. Itaque mira se hic moderatione arbitrum inter Græcos nostrosque constituit; mira illorum laude, nostrorum æmulatione judicium peragit. Et veluti in medio ad gratiam positus multa concedit omnibus, nemini detrahit quicquam, ut non minus scivisse eum recte judicare existimes quam voluisse: & hunc ubi noveris, omnium & studia & ingenia noveris. Proinde de Quintiliano sic habe post illam beatissimam atque unicam felicitatem M. Tullii, quæ fastigii loco suspicienda est omnibus & tanquam adoranda, hunc unum esse, quem præcipuum habere possis in eloquentia ducem; quem si assequaris, quidquid sibi ad cumulum deerit consumati oratoris, id a natura desiderabis, non ab arte deposces. Vale.

## T. L I V I U S.

Venetis, per Vindelinum Spirensem, MCCCCLXX.

*Jo. An. Episcopi Aleriensis ad Summum Pontif. Paulum II. Venetum,  
O<sup>r</sup> Marcum S. Marci Cardinalem [a] epistola.*

FESTAUSTO ac felici solo tuam Urbem, Pater Beatissime PAULE II. Venete Pontif. Maxime, ac fortunatis originibus positam a primis illius fundatoribus, tum secuta Imperii magnitudo testatur, tum in primis illud, quod aut eodem in loco maxima innumeraque excellentium hominum sunt exorta ingenia; aut undeque oriunda natalis dulcedinem patriæ Roma felici migratu commutarunt, fortuna majoris vicem ac munus Romana tibi mænia fore arbitrati. Romam enim ex iis plurimi post difusum late imperium, qui in diversis terrarum partibus nati sunt, miro studio veluti in primum & maximum orbis theatrum convolarunt. Cujus rei hodie quoque speciem amplissimam cernimus, cum ex tot clarissimis regionibus in tua felici Curia tantæ majestatis Patres intuemur, ut merito haud ita Imperii jure: et si id quoque permagnum est; ut fidei & religionis gratia sacrosanctæ, qui est splendidior & justior in terris principatus, ab exordio ad tantam rerum molem tua Urbs esse præparata noscatur. Crevit ab exiguis quidem initiis, Pater sancte, Urbs tua, ingeniis quoque ac scriptis

[a] Ex familia Patria Veneta Barborum originem traxit Marcus, filius Pauli Senatoris & Æquitis, ac Paulli Secundi Pont. Max. ex ipso Fratre Nepos.

ptis clarorum hominum , variarumque linguarum vocibus declarata , quæ tanquam ad speciem sui oculos luminis fulgor ac splendor rapit : ita quicquid magna nixum virtute , & claræ indolis sibi consciū omni in genere mortalium fuit , claritudine ac nitore ad seū propriæ majestatis allexit : ut brevissime verissimeque Poeta magnus cecinerit :

*Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma,  
Septem quæ una sibi muro circundedit arces.*

Verum sicuti nihil æque difficile est , atque quibus ex orbis terræ partibus præstantioris ingenii Romana felicitas nominis tanti magnitudine viros ad se ornandam traxerit ; ita constanti doctorum consensu ex tua Venetia liquet , florentissima quidem & virorum summorum uberrima , ingenii quosdam & doctrinarum primarum cultu facile Principes Romam accessisse . Quis est enim Virgilio suo in genere , ut ab eo incipiamus , major ? Quis Plinio doctior ? quis Livio candidior & uberior ? hos certe elegantissimos & maximos misit Venetia ; quorum reliquis de eorum laudibus loco alio servatur oratio . Patavino nostro Veneto amplissimum Divus Hieronymus testimoniū reddidit . In quo certe illud fuit , quod præterea fortasse datum est nemini , ut se ipsam facilius in monumento ære perenni ore , quam vel in immensis ædificiorum molibus , vel in legum venerandis sanctionibus , Imperii tanti viribus atque magnitudine , nudam , non absque summa dignitate , majestate , amplitudine , gratia , & quod est his majus omnibus , æternitate orientem simul , coalescentemque ad fastigium usque proiectam , ibique placidissime generi humano dominantem Romæ licuerit intueri . Tibi igitur Pontifici Max . Historicorum primum & maximi Imperii ornatorem , ac per te cultissimo tuo ac modestissimo Marco Sancti Marci Cardinali Episcopo Vincentino , quam fieri potuit diligentissime recognitum , si quid unquam alias , hoc tempore potissimum destinavi : morem meum , tua venia , in præsenti etiam epistola servans , ut animi gratia paulo uberius scribam , quam fortasse epistola postularet . Ille vero dictionis hujus erit modus . Laudationem primum delibabo Livianam , rem mihi in primis arduam vires proprias æstimanti . Quis enim tam elegantiæ fretum se putarit ingenio . quis ea doctrinæ copia , quis tanta erit eloquentiæ vel arte politus , vel natura præditus , vel imitatione formatus , vel studio præparatus , ut ornatum audeat amplitudinis Romani Imperii Livium non inepte , non jejune , non minus auctoris merito prædicare ? Quod est tamen ideo tentandum in præsentia , ne laudati Romani nominis gravis prædictor , exilem ac modicum saltem in operis sui principio non habeat præconem . Conabimur illud igitur , ostendemusque deinceps , quo præente nostris potissimum diebus ausi simus Livium attrectare ; illius auctoris admiratione succensi , nostro tamen marte impotentes ad magnificæ dictionis ejus intelligentiam aspirare : quid ego denique hac illustri lectione me plurimum delecter collegeris . Ita labor mihi lectionis levabitur , & quibus maxima debo , parva opera satisfaciam . Sed id primum confiteor , non magis opinione mea Livianæ dignitatis attingi laudem posse , quam triumphantis Romæ splendorem cerni , quæ oceano imperium , astris famam terminavit . Satisne commendabit Livium quisquam , qui maxime omnium inter historicos censetur flumine labi perpetuo eloquentiæ , tanta ubertate , nitore , ac gloria , ut Romano Imperio par illius decus dicendo coæquarit . Neque enim Urbs præpotens tot annorum , tantarum nationum dominatu , præstantius armis bellavit , togave pacis tradidit morem ; non sublimius inquam , vitor natio-

nam Populus, & eorum, quos vicit, illustris moderator, aut generosior in rebus gerendis, aut in gubernando justior fuit, quam noster Historicus dominoris nationum Populi facta dictaque in utriusque sorte fortunæ æquabili retulit dictione. Talis quidem ac tantus sui singulis atque omnibus operis partibus, quales & quanti viri ii fuere & singuli & universi, quorum manibus ac consiliis illa sunt gesta. Herculem enim merito historiarum dixerim, quod alacris ubique incedens, robustus & floridus, nulla rerum difficultate, nullo obrutus pondere superatur. Non illum varietas confusum, non simplicitas historiæ fastidientem reddit; in tenui, quod persæpe accidit, atque humili rerum materia, non est exanguis, aridus, & jejunus. In copia vero ac magnitudine turgescens non exit; plenus citra tumorem, æquabilis ac lenis citra mollitiem. Nec luxuriose effluens, nec nimia sterilitate tabescens; in asperis rebus non salebrosus, neque languens in molibus, non violenta & coacta oratione subsultans. Non ita tamen copiosus, ut nimius; neque ita suavis, ut lascivus; nec adeo lenis, ut remissus; non sic tristis, ut horridus; neque ita simplex, ut nudus; aut adeo compitus, ut affectata compositione calamistris videatur inustus. Par verbis materiae, par sententiis rebus. In re exprimenda gravis atque magnificus, & tamen succinctus & proprius; in narratione naturalis, & semper expectatus; ordinem minime confundens, & rerum eventa non præcurrrens. Minime in gratiam adulator, aut reprehendendo parcus in veniam; non amarulentus in noxam. Ipsi quoque Senatui, ordini illi orbis terræ moderatori venerando, Populoque Romano terrarum principi, vel temeritate præcipiti, vel errore lapsi, vel quacumque forte ratione supra modum justumque eveneto, nequaquam parcens. Res etiam adversariorum debita commendatione non defraudans, ut modo narrator tantum, modo censor esse videatur, atque ita severus & tetricus, ut ne censoribus quidem gravissimis, quibus nihil Romæ sanctius fuit, ubi factò usus fuit, unquam ignoverit. Quibus quidem virtutibus summis clarissimisque Scriptoribus comparatur. Sicuti insentiarum ubique, præcipue tamen in consiliis & disceptationibus majestate; at vero in concionibus ante omnia verborum parcus, fentiarum dives, multo est verbis quam sensu restrictior atque concisior. In qua parte non ceteros Scriptores tantum, sed seipsum quoque longe antecellit; ut aliquanto augustius differens fermone humano ad oraculorum pene responsa accedere judicetur. Quæ res si sunt ulla arte acquisitæ, cur nemini unquam discipulo æmulanda tradi potuere? cur a quo sint præceptores sumptæ non differitur? si, ut potius reor, naturæ fuerunt excellentis, viro unico illi & singulari magis cælitus præbitæ, quam humanitus vel traditæ vel meditatae sunt censendæ, ut majestas illa æternæ rationis, simul ac Romanum potentatum decrevit tantopere supra omnia Imperia eminere, continuo quoque ejuscemodi Scriptorem ejus decerneret, qui dictioñis gloria par Romano potentatui æqualem in omnibus sibi historicum neminem unquam foret habiturus. Nam nemo plenius aures hominum implet, & vividius animos penetrat, excitatque facilius affectiones; nemo acrius proponit, vehementius persuadet, asperius irritat, urget impetuosis, nemo dissolvit aptius, sedat facilius, velocius dissuadet; cumque in delestanto sit summus, in amplificando ditissimus, exemplis in primis copiosus, stimulos præcipue habet utramvis in partem accommodatissimos, aculeosque acerrimos, & tormentis verba simillima, ut quocumque intenderit, humanos illuc sensus affectionesque vel torrentis rapiat modo, vel turbinis more prosternat, vel roris vice

refrigeret, blandique malagmatis ad omnem mollitudinem restinguat exemplo. Extollant Timotheum alii, alii Orpheum prædicens, illum fidibus & cantu armatorum rabiem, istum ditatum horrificos tumultus leniisse. Illorum profecto artes perdiscere nemo est veritus; hujus ne ediscerentur conciones editio est Principum interdictum, quoniam tantus nullo quisquam fuerit tempore inflextendorum quovis animorum vel artificio, vel gratia, vel natura. Quid multis immoror? non materiae magis Livii Decades felicitate censendæ sunt, quam ipse Romanorum inde felicissimus potentatus, quod Livium illi contigit habere præconem. Hujus sit orationis summa, hic cardo: veluti solum Romanum Imperium denuo reflorescens, aut nulla mundi potentia Romam redivivam ex suis bustis ac ingentium molium parietinis, quæ sparsa, lacera, & trunca conspicimus, excitabit, instaurabitque; omnino pari modo aut Livius, si restituatur ab inferis, aut mortalium, qui sunt, quique erunt, nemo extintas suæ historiæ partes renovabit, aut similes cuendet. Quod si cuiquam dicere nimis videor, ea' historiarum membra in manibus sumat, quæ noster Livius semel absolverat. Nam hodie quoque ex Græcorum thesauris superstes ad nos pervenit historia, & vel ex Polybio magno quidem illo & gravi Scriptore primum Punicum bellum a Fabii retro Gurgitis & Collegæ inchoans, quando ibi desit Livius consulatu; vel ex Appiano Alexandrino, vel Auctorum alio bella civilia socialiave, aut cetera romanarum rerum membra complectatur. At sunt viri clari & nobiles, qui hæc cum laude verterunt in latinum. Non equidem inficias eo; verum ea non sunt talia, ut cum Livianis scriptis conferantur. Haec tenus pauca de Livio. Ad primi ævo nostro prælectoris ejus memoriam propero; nec tacebo Franciscum Petrarcham, quod fando accepi, modestissimum illum quidem, & amoeni cultus atque ingenii virum, non mediocriter tempestate sua in Liviana historia vigilasse. Sed ille, ut dicam cum Pacuvio, sibi profecit & Musis. Illud verissime referre me puto, primum omnium ætate nostra Victorinum Feltrensem [2] lectionem publice audientibus præisse Livianam ingenti hominum admiratione & fama: Quo viro quia mihi Christus Dominus dedit ut altore sim usus atque præceptore, veniam præfatus peto, ut mercedis loco pauca de illius moribus te audiente perstringam. Victorinus Feltensis, ævi nostri Socrates, saeculi sui ornator ac decus, fama & gloria Academiæ Mantuanæ, vivens ille quidem vita constantia venerabilis, legens admirabilis, absens quæstus, mortuus admodum desideratus, hospes ille, quinimmo pater pauperum studiosorum, humanitatis suscitator, latinitatis erector, sapientiæ magister, honestatis specimen, bonitatis exemplum, divitiarum contemptor, ingeniorum sublevator, & alia pleraque, & Livium primus, ut intactum pelagus atque inexperatum noster Tiphs aperuit, & Patavinos thesauros Hesperidum hortis cluiores patefecit. Ille quidem in Italiam natus Veneto angulo, Patavii partim, partim Venetiis ingenti gratia & fama, & quod est in docentibus laudissimum, magna docuit cum integritate. Ubicum auditorum liberalitatibus grandem posset pecuniam facere, ita divitum scholasticorum dona capiebat, neque enim vir ille quæstu docebat mercenario, ut Proculi illius Socra-

[2] Ex ejus Schola, tanquam ex aequo Trojano, piures viri prodiere virtute prædicti, inter quos *Trapezuntius*, ut ipse fatetur in responsu ad invenitivam *Guarinii*, apud *Apostolum Zenum* in Ephem. Litter. Italiam To. xvi. art. x. pag. 417;

& *Gregorius Corvarius* Venetiarum Patriarcha, ut in ejus Epistola ad *Ceciliam Gonzagam*, apud Martene & Durand in Collect. veterum Scriptor. &c. Tom. iii. col. 840. Ad ejus honorem numisma æreum cusum fuit.

## [ LXXXVI ]

Socratice præceptoris more atque instituto datus aliquid, aliquid sumeret, ut dividenda haberet in pauperes studiosos. Tantum enim aberat, ut fundis delectaretur ac peculio, ut singularibus annorum omnium contentus vestimentis, æstatis atque hyemis, quotannis in gentiores, quos domi alebat, & docebat, bina sua divideret suis manibus indumenta. Harum fama virtutum Joannem Franciscum Marchionem illum inclytum Mantuanum, Car. illustris ac liberalissimi Mantuani avum, ad illum Mantuam trahendum incendit; quo cum plurimo honore & donis tandem venisset, principis liberis datus est præceptor. Isthic ego sum illo usus parente & magistro; isthic Livii Decadum partem prælegentem audivi. Quod ideo non fuit silentio prætereundum; ut si quid in recognitione profeci, auctori acceptum Victorino referatur. Tantum enim abest, ut me poeniteat præceptorum meorum gloriae, ut id unum ac maximum docti animi, atque ingenii argumentum censem, a quibus ipse hauserim omnia fontibus referre magistrorum. Qui plura voluerit discere de Victorino; sunt ejus omnis splendoris ac dignitatis plenæ actiones; Saxoli Pratensis (3) inter condiscipulos nostros minime contemnendi, quamquam admodum juvenis ille fato concesserit, librum legat de vita & moribus Victorini; aut ceterorum, quibus laudi magna est non mores & vitam solum, verum etiam totam Victorini scholam prescrispisse. Quorum scriptis potueram equidem esse contentus, nisi in eadem cultus officina, obtusione licet scalpro, mihi visus in præsenti epistola forem non absque ingratitudinis crimine potuisse dissimulare ac præterire Victorinum. Venio ad te, Pater colendissime, cui ut ipse nosti, maxima debo, atque ut ceteri se in hac quoque haud exigua humanitatis parte tibi debere sciant cogor ostendere. Tua enim opera subsidiaque ac liberalitate Impressorum nostrorum ars juvatur & crescit, unde mirum in modum egenorum necessitatibus subvenitur, cum doctissimus ipse ac minime invidus libros excellentes omnis generis habens facultatum, nobis volens & expostus bibliothecam tuam semper aperias. Tu vero, ut revertar ad Livium, modestissime vir atque sapientissime, in nostro te ipsum codice, hoc est incredibiles animi tui, verecundi in primis virtutes, ut sapientissime antea percensens, nunc quoque non sine ratione delectabere. Gravis enim morum tuorum censura, quo sanctius monumento cognosci, quo exemplo reddi verius potest. Etsi præcipua pars tui, virtus vere Christiana, quasi manus optimi pictoris extrema, quod constanter fateor, omni gentilitatis ornamento in te superlinenda restabat. Recognoscis tu quidem in Livio laudes tuas, cum illustrium virorum verba & actiones legis. In alio religionis cultum, in alio animi magnitudinem, in alio vitae omnis tenorem æqualem & jugem; hic tuam maximam modestiam, quæ perraro in alto dignitatis & status fastigio positorum est comes, refert; hic tuarum in Republica sententiarum modum; hic in castigandis moribus multæ lenitatis gravitatem. Mihi quidem hæc proxime legenti tu jugiter eras in mente; actionum tuarum imaginem in gravissimis & compositissimis viris de propinquuo cernebam. In Q. Fabio Maximo placidum ac cunctabundum tuum ingenium admirabar; in Furio Camillo maximi animi vigorem, gravitatem, atque in omni fortuna constantiam; in Appiis miram scientiam atque facundiam; in Scipione dexteritatem alacritatemque animi, & minime inanes cogitationes arduæ & magna negotia capessendi; in T. Quintio providentis ac mirifice castipecto-

[3] Victorini Vita a Saxolo descripta legitur in eadem Collectione col. 843.

[ LXXXVII ]

pectoris tui monita salutaria ; in Papyrio celeritatem atque indefessum ad res gerendas robur ; in Valeriis popularitatem placidam , modestamque , ac nequaquam effluentem obsequelam ; fidem vero in omnibus maximam parremque prudentiam . Addebam religionem , & a Gentilibus longissime abscedens , eam quidem christianam atque catholicam . Unum apud Livium reperiebam , cui ut maximo quamquam simillimus es , omni tamen a parte non es idem . Cato ille Censorius , vir consummatus & summus , in quo , velut in te hodie , hoc maximum quoddam decus virtutis fuit , ut quidquid ille ageret , natus ad id tantum esse videretur : Cato ille , inquam , tantus vir , amaro fuisse fertur ingenio , atque ad lacerandum semper exposito ; cetera ejus in te cognoscimus , naturæ vero amaritudinem & carpendi ingenium non videmus . Quinimmo si quisquam est , tu es maxime detractorum adversarius , quippe qui es ad benemerendum de omnibus hominibus natus , atque Sanctissimi Domini nostri institutis eruditus . Tibi igitur tali viro ac tanto præstet gratiarum dator Christus Dominus , ut assidue magis pacem ac gloriam Sacrosanctæ Ecclesiæ videoas ; christiani populi de Paganiorum feritate & Hæreticorum obstinata pravitate victoriam ; summi nostri Pontificis sospitatem , omnium terræ fructuum copiam , Cæli temperiem , & aeris salubritatem . Et veluti in sanctissimo dominici gregis felicissimoque Pastore tua studia , spemque omnem a nativitate collocaisti , ita tuarum quoque actionum successu fortunato ille assidue magis in te quieturus recumbat . Ut cum summus Deus suo in terris Vicario cuncta mentis tranquillæ optata tribuat ; tibi ille rerum maximarum administrationem secundet , tu nobis apud illum omnia impetres , quibus aliqua cum dignitate vitæ præsentis necessitates per studia honesta , honoratasque actiones transeamus . Vale .



## EUSEBIUS DE PRÆPARATIONE EVANGELICA.

Venetiis , per Nicolaum Jensonum , MCCCCLXX.

*Ad Sanctissimum Papam Nicolaum V. Q. Georgii Trapezuntii  
in Traductionem Eusebii Præfatio.*

**E**USEBIUM Pamphili de Evangelica Præparatione latinum ex græco , Beatissime Pater , jussu tuo effeci . Nam quum eum virum tum eloquentia , tum multarum rerum peritia , & ingenii mirabili flumine ex iis , quæ jam traducta sunt , præstantissimum Sanctitas tua judicet , atque ideo quæcumque apud Græcos ipsius opera extent latina facere instituerit ; Evangelicam præparationem , quæ in urbe forte reperta est , primum aggressi traduximus . Quo quidem in libro quasi quodam in speculo variam atque multiplicem doctrinam illius viri licet admirari . Cuncta enim quæ ante ipsum facta inventaque fuerunt , quæ tamen græce scripta tunc inveniuntur , multo certius atque distinctius ipsis etiam Auctoriis , qui scripsierunt , percepisse mihi videtur . Ita quum constet nihil fere præclarum unquam gestum fuisse , quod illis temporibus græce scriptum non extaret ; nihil in rebus magnis naturaque abditis , quod a philosophis non esset explicatum ; omnia ille tum memoria tenacitate , tum mentis percepit acumine :

ac ut

[ LXXXVIII ]

ac ut apes solent singulis insidere floribus, indeque quod ad rem suam conductum colligere; non aliter ille undique certiora verisimilioraque delicens mirabilem sibi atque inauditum scientia cumulum confecit, multiplices variisque philosophorum sectas non ignoravit, infinitos pene gentium omnium religionis errores tenuit, orbis terrarum historiam serie sua dispositam solus cognovit & cæteris tradidit. Nam quum non esset nescius, gestarum rerum historiam titubare, Sanctissime Pater, nisi distincta temporibus pateat; quippe quum natura temporis faciat, ut quæ in tempore fuerunt, nisi quando fuerunt scias, nec fuisse quidem propter confusionem videantur; eo ingenio, studio, industria huic incubuit rei, ut omnium Scriptorum peritiam in unum congestam facile superaverit, distinctiusque cuncta ipsis suis, ut discimus, cognoverit auctoribus. Conferendo enim inter se singulos, veritatem, quæ ab omnibus simul emergebat, nec ab ullo exprimebatur, consecutus est. Quæ omnia ab allis quæ scripsit, & ab hoc opere perspicere licet. Quod ille ideo suscepit, quoniam quum apud gentium præclaros philosophia viros nobilissimus esset, ac priscam paternamque deorum religionem catholicæ veritatis amore contempserit; partim accusantibus suum propositum respondere, partim nostra pro viribus suis voluit confirmare. Itaque in duas universum partes negotium partitus est; quarum primam quæ nunc traducta nobis est, qua illi respondebat, qui eum quod Christianis inhæserat accusabant, præparationem Evangelicam; alteram veritatis catholicæ doctrinam appellavit. Illud sane pratermittendum non est, ne quis, quoniam nonnulla in hoc libro non absque tuæ sanctitatis auctoritate concidimus, quasi traductoris transgressos officium nos accuset [ 1 ]: ante primi Concilij tempora librum hunc ab Eusebio editum fuisse. Constat enim ipsum Ariana hæresi ante sententiam Concilii laborasse; Sanctorum deinde Patrum auctoritatem libenter secutum sanctissime atque pie in orthodoxia vixisse. Fertur enim apud Græcos ab eo jussu Patrum Sacrosanctæ illius Synodi symbolum scriptum fuisse: quod ita composuit ut ad deiiciendam absque controversia perniciosam hæreticorum opinionem, filium Dei genitum, non factum, consubstantialemque Patri conscriperit, ac Patribus tradiderit; nec inventioni suæ quicquam addidisse, aut inde aliquid detraxisse aut mutasse Patres dicuntur, nisi solum illud: Deum verum de Deo vero. Nam etsi genitum esse a Patre, non factum, consubstantialemque Deo Patri Filium, ad refutationem Hæreticorum sufficerent; quia tamen Deum Filium, Patrem vero Deum verum inter hæc distinguentes Ariani prædicabant; ne quoniam Deum de Deo ille dixit ansam captarent, Deum verum de Deo vero Patres interjecerunt. Hæc res, quoniam nonnulla in hoc libro sparsa invenimus ab Ariana pravitate non aliena, firmo nobis fuit argumento, ante coetum illum sacratissimum hæc illi conscripta & edita fuisse. Quare sensibus tuo jussu amputatis rotas solummodo latinis hominibus hac traductione obtulimus.

[ 1 ] Accusatores habuit *Conradum Gesnerum* in Bibl. Univers. pag. 232. *Dupinium* in Bibl. Eccl. T. xii. pag. 123. & *Huetium* de Claris Interpret. pag. 292. qui *Trapezuntii Eusebianam*

interpretationem eo titulo donavit: *Exceptorum potius multorum*, quam interpretationis nomine afficienda est.

## S. JOANNIS CHRYSOSTOMI Homeliae LXXXVII.

Romæ, MCCCCCLXX. [ 1 ] sine Impressoris nomine.

**P**AULO Apostolo teste, primæ quam scribit ad Corinthios epistolæ XII. capitulo, Divisiones gratiarum sunt, unus autem Spiritus. Cujus veritas dicti licet in cunctis videatur hominibus, maxime tamen in ipsis duobus interpretandi gratiam adeptis. In Francisco videlicet Aretino [ 2 ], & alio quodam veteri, Omelias beatissimi Johannis Chrysostomi super Jo-hannem filium tonitrui de græco in latinum transferentibus. Francisco enim huic nostro, cuius translationem hoc presens continet volumen, meliorem partem dedit, ut clare patet omnibus utriusque dicta conferentibus. Quod enim primus confuse & generalibus transtulit vocabulis, hoc iste noster tanquam ante oculos posuit, specialius immo singularius declarando, & stilo orationis lectorum corda demulcendo. Quapropter amborum nobis oblatis prænominatorum opibus placuit, & haud dubium placebit & aliis, tanti viri per mundum dispergere laborem; ut & ipse nedum meritum, sed etiam apud Deum & Sanctos ejus habeat honorem. Correctas autem ipsas Omelias secure quisque intelliget, dummodo subscriptis pauculis aurem cordis aperiatur. Primum ne lateat Lectorem, ipsum beatum Chrysostomum aliam a moderna totius Bibliæ sequi translationem; idcirco non credit vitio scriptorum tribuendum, si dissonantem verbis sacræ paginæ reperierit auctoritatem. Insuper & translatoris usu potuit evenire. Sicut in XXXII. Omelia de hoc Moysi dicto: Prophetam suscitabit vobis Dominus; quod transpositum est in verbis: appetat, & etiam alibi in locis nonnullis. In LXVI. omnes traham ad me ipsum, usus habet: omnia traham ad me ipsum, & cetera. Est & aliud notandum pro rudioribus; quod raris & singularibus utitur verbis & locutionibus, quas etsi viris doctis non opus sit, aliis tamen non sic, sed utile est declarare. In XXX. Perdius & Pernox. In XLIX. Constat, pro consonat, vel concordat. In LVIII. ponitur hæc oratio. Boni & mansueti viri instar: & totius civitatis; instar pro exemplari vel exemplo. Loqui ad gratiam, aut ad voluntatem, pro adulari transfertur sæpius. In XXXI. Tempori eam reprehendit, rara constructio. In XXXIIII. Ipsi auditent: & in XLVIII. Mihi non auditis. In XVII. Reverterunt, & alibi: Convertimus ad gentes. In plerisque locis: supplicia manent, pro imminent. Poenas daturi. Demum in simplicibus terminis ne errare contingat. In primis præstare recipitur sæpius pro proferri. A pueris, id est, a juventute. Usuvenit, pro contingit. Callere, astute inquirere. Fucis, pro apibus. Concessit, pro fecessit, vel cessit. Secundo vento, idest prospero, ut in Prologo, & multis aliis locis. Esto, pro sit, vel tanquam concesso. In XLIX. Alius mortis. In LXXXIII. & alibi. Alius cujuspam mulieris. Hæc omnia improvisa possent decipere legentes, ut vel Scriptores vituperarent, aut libros sine causa macularent. Quare melius est præcognoscere. Tabu-

m  
lam

[ 1 ] Typographi quidem nomen latet, sed Mattaire in Annal. Typ. Tom. I. P. I. pag. 287. Georgium suisse Laver putat: quem perinde, ac Cœnobium S. Eusebii Romanum commemo-rat ad ann. 1472.

[ 2 ] Franciscus hic ex Aretina Urbis Accol-torum familia prodiit: qui cum Græcis tum La-

tiniis litteris, atque etiam Jurisprudentia ex-celluit quammaxime. Multa de Francisco, ejusque fratre Benedicto Jurisconsulto ac Historico, summa cum laude scripsit Blondus in Italia Il-lustrata Reg. III. Videndus Jo: Maria Maz-zuchellus Brixiensis Comes de Scriptoribus Ita-lis Tom. I. P. I. pag. 72.

lam autem sequentem ita legant, quod primum numerum Omeliis tribuant; secundum autem numerum faciebus vel formis Omeliarum, ut exempli gratia: Johannes cur præ cæteris divinam generationem contexuit: Omelia **IIII.** facie **II.** & sic deinceps.


*Ad Clariss. Virum Cosmum Medicen Florentinum in Joannis Chrysostomi Commentarium super Johannis Evangelio Francisci Aretini Præfatio.*

**C**ommunis fere omnium opinio est, COSME vir Clarissime, superiores, & longe a memoria nostra remotas ætates; omnium virtutum genere nostram superasse, nec ullum nunc inveniri, quem majoribus illis comparare possimus; in qua sententia multitudinem esse minime miror, cuius id ingenium est, ut audita visis & vetustissima quæque majora arbitretur. Quod autem viri graves, & doctrina & rerum usu exerciti idem sentiant, hoc ego quam iniquissimo animo ferendum censeo. Non tamen is sum, qui negem, majori clarorum virorum copia illa tempora flourisse: assentior sane libenter, ob meam in sæculum nostrum pietatem (si commode possem) negaturus. Non enim mihi ita fastidio sunt homines mei, ut neminem illis profitear comparandum; ut plerique obstinata afferatione contendunt, male de sæculi sui hominibus meriti, quibus partim qui viderint, partim qui consuetudine devinctorum habuerint, nonnullosque beneficos in se experti sint, facere profecto deberent, ut etiam si non omnino id sentirent, tempora tamen sua amore complecti, & pro viribus extollere viderentur. Est enim, ut sentio, bene instituti hominis temporum suorum bonis delectari; & si quem videant virtutibus præcellere, tanto eos majori admiratione & laudibus prosequi, quanto inter paucos ejus virtus clarior apparet. Et profecto si ætatem nostram non maligne, non invide considerare voluerimus, viros clarissimos habuit, habetque, quos sive magnitudine animi, sive sapientia, sive rerum gestarum gloria, sive magnificentia, sive rerum publicarum administratione, si non præferre, ausim tamen majoribus comparare: unde non minora virtutis exempla quam a majoribus illis nobis proponerentur. Quod licet non hujus loci neque propositi sit impræsentia disquirere; paucos tamen attingam, ne videar velle quidem, quos tamen laudare possim, non habere. Quid enim de Martino Quinto dicam, qui cum primum ad summum Pontificatum est assumpsitus, imbecillimum & variis casibus agitatum Ecclesiæ statum, & diuturnum schisma ita sedavit, ita in unum corpus redegit, ut ex maximis perturbationibus & procellis, in tranquillissimum portum tanti gubernatoris peritia periclitantem Petri naviculam appulerit? Quid ad clarissimum Principem Nicolao Quinto defuit, cuius tempora, et si brevissima quantulacunque tamen, in hac nostra inferiori Italia Augusti paci contulerim? cuius ductu & auspicio ut urbs Roma, ita & Romana lingua renovata est; quem nisi tam repente invida mors e medio sustulisset, non minus quam Augustus, urbem & lateritia marmoream reliquisse gloriari potuisset? Quis Pio Secundo pietate par, vere inquam Pio, qui ut commissæ sibi Ecclesiæ & Christianæ religioni consuleret, invalido & imbecillo corpore nullum recusavit laborem? Quid Alphonsum Arroganum Regem memorem, qui ut maximo animo Siciliæ sibi regnum vendicavit, ita & quoad vixit, & sapientia & auctoritate incredibili illud rexit & tutatus est? Quid Franciscum Sfortiam?

non-

nōnne eum veterum imperatorum jure similem connumerabis, cuius tu nō minis & gloriā, Cosme, vel in primis auctor fuisti? Neque enim te ullo pāto tacere aut possum, aut debo. Tu enim unus es, quem in privata for- tūna cuivis majorum non ēquandum modo, sed longe pāferendum conten- derim. Tu unus es, quem unice admirari, de quo maxime gloriari pos- simus; tu unus multorum simul laudes complexus es, Pompeii auctorita- tem & gloriam, Catonis severitatem, Luculli magnificētiā, Crassi, sed in meliores usus, divitias; summam pāterea in immortalem Deuni religionem. Extant clarissima pietatis tuae & in Deum & in Patriam mo- numenta; extant innumera & in privatos homines beneficia. Longe plu- ra suspicor, quibus tacita tecum conscientia lātaris, quae indigentibus Dei servis, innuptis virginibus, reliquis pietatis operibus tam larga dextra exhibes, ut secundum Domini pāceptum nesciat siniſtra. Et tamen in dies magis atque magis divitiae abundant, crescunt, exuberant. Centuplum accipietis, in- quis, & merito quidem. Cui enim potius cedenda sunt, quam qui sciat & velit quam liberalissime distribuere? Jure igitur summi Dei clementia, in clarissima Italiae civitate, in summa & auctoritate & amore omnium te principem constituit; & ut Ciceronem Italia, ita Cives te tui in Pa- triam, summo omnium consensu, ab exilio reportarunt: ubi tot annos in tranquillissima pace, in omnium admiratione filii paternam imaginem virtutemque reverentibus indolis eximiæ, tot propinquis, tot amicis mu- nitus summa cum laude contemnisti. Ubi te omnes Patrem Patriæ & lo- quuntur & sentiunt, ubi, ut Demosthenem ferunt Athenienses populi, ita tu & principum & rerum publicarum pro arbitrio tuo habenas sāpe nume- ro moderatus es, ut nemo sit, qui sapientiam, qui virtutem, qui inge- nium tuum non admiretur; ut & ubi clarorum principum nomen perve- nire non potuit, ibi tuum celeberrimum habeatur. Atque ut te consum- matissimum virum reddas, inter publicas & gravissimas occupationes si quid otii datur, id omne liberale mensa, hoc eit studiis & divinis impen- dis lectionibus, quibus animus eruditur, oblectatur, pascitur, veramque concipit beatitudinem. Hæc & alia plura cum de pāstantia tua jam diu acciperem, accusabam sane fortunam meam, cui tales virum videre & colere non licebat. Quod ergo unum inprimis desiderabam votis meis, hu- manitate incredibili audisti; jussisti Florentiam venire, veni; te visitavi, ut filium acceperisti, spem bonam dedisti. Sed cum inter loquendum a te acciperem, quantopere in Johannis Chrysostomi commentario super Johan- nis evangelio, quem nuper rudi & inemendato stilo traductum, R. Patri Johanni Episcopo Atrabatensi dederam, delectavere, incredibilem cepi vo- luptatem, aliqua ex pāte tuae in me benignitati satisfacturum ratus. Ita- que cum primum Romam redirem, me ei ultimam manum imponere, & clarissimo nomini tuo inscribere pollicitus sum. Primam igitur ejus partem, cuius græcum exemplar penes me est, pro ingeniali mei viribus emenda- vi; quam (dum reliquum & inveniam & absolvam) visum est interea ad pāstantiam tuam mittere, ut me pollicitationis meæ memorem intelli- gas. Opus enim permagnum est, & tempore indiget. Et licet in libro- rum pāfationibus auctorum laudes colligi soleant, eas tamen in pāsen- tia pātermittere statui; non quin latissimus in Chrysostomo (sive doctri- nam sive mores intueri velimus) commendationis campus pateat, ut etiam infanti linguae uberrimam dicendi materiam pāstare possit; sed cum ad te virum pāstantissimum dirigatur, nolui tamen mihi tribuere, ut ea-

ostendam, quæ tibi longe quam mihi erant clariora. Cognosces vim hominis, cognosces doctrinam, cognosces mores; quorum plerosque vel omnes potius in te cognosces. Non tamen is sum, qui non intelligam, quantum Chrysostomo dignitatis, quantum splendoris imbecillis interpres abstulerit; sed utcumque, sententias tamen me assecuturum spero. Accipies ergo quæ soles humanitate hanc editionem, quam ego tam libenter exhibeo, ut si gratiam tibi fuisse intellexero, maximum abs te beneficium me accepisse existimem. Nec me mediocriter & ad hanc perficiendam, & alia aggre-dienda Cosmus lector hortabitur.



## S. LEONIS MAGNI Epistolæ & Sermones.

Romæ, per Sweynheym & Pannartz [ i ] MCCCCLXX.

*Johannis Andreæ Episcopi Aleriensis ad Summum Pontificem  
Paulum II. Venetum Epistola.*

**S**i tua mihi, Pater beatissime, Paule II. Venete Pontifex Maxime, Sanctitas antehac veniam tribuit, ex imperitia forsitan audenti tenuitatis meæ majusculas lucubrationes tuæ potissimum dedicare pietati; ut per se obscuræ mirifico tuo illustrarentur fulgore, & ferent, te suscipiente, pretiosæ: merito his quadragesimæ augustis venerabilibusque diebus inlytum illum Pontificem Leonem Primum natione Thuscum, ut puto, in Chalcedonensi Synodo summa Patrum admiratione ter sanctum acclamatum, tibi maximo Pontifici tantæ Cathedræ thronum ornatisse implenti debui offerre, non magna difficultate recognitum, sed summa utilitate perlectum. Cujus in brevibus sed divino artificio consummatis sermonibus, latissima rerum divinarum mysteria & secundum canonicas scripturas quidam facri eloquii principatus includitur. Oratione enim parcus, sensibus vero sublimis, in primisque cælestis, & quod est ante omnia admirabile, profundissimus pariter atque planissimus, pontificia differens majestate, & apostolico facundus eloquio, modestia illa vere christiana virtuteque divina, viva nimirum Evangelii tuba & prope electionis vas alterum, castæ fidei sacramentis aures implet christianas: ut si plura illi scribere vel pontificium negotiorum ingens labor, vel invidæ ætatis angusta spatio permisissent, omnes divinitatis thesauros facile fuerit supra expositoris etiam qualitatem aperturus. Hic est, Pater sancte, Leo ille Magnus cognomento, primus dignitate, eloquentia nemini cedens, multos excedens sapientia, brevitatis magister, & pene unicus artifex; qui tantæ appellationis nomen sanctum

[ 1 ] Præcipuam Romanam editionem ad hunc annum collocat *Maittaire* in Annal. Typ. Tom. I. Part. 1. pag. 287. Nobis autem mirari sufficit, *Pashasum Quesnellum* in Præfat. Operum S. Leonis, quæ prodierunt Lutetia MDLXXXV. vetustas inter editiones, quas recenset, primas dedisse Veneta editioni ann. MCCCCLXXXV. typis Andreæ Parmentis, opere & studio Jo. Andreæ Aleriensis Episcopi. Sed quam longe aberravit *Quesnells*, manifestum fit ex iis, quæ eruditæ admodum observavit Eminentiss. Card. Quic-

rius in Append. ad Vitam *Paulli Secundi*. Illud enim certo certius est, Romanam ab Antistite Aleriensi dicatam fuisse *Paullo Secundo*. At anno MCCCCLXXI. mortem obiit *Paullus*; quomodo igitur fieri potuit, ut omnium prima fuerit editio Veneta ann. MCCCCLXXXV? Huc accedit, Jo. Andreæ ad annum MCCCCLXXXV. usque, neutiquam vitam produxisse: ac tantum abest, ut laudatam editionem curaverit ille, qui numquam typis Venetis præfuerit.

sancitatis tamen merito superavit, a sacrosanctis Apostolorum memoriis nunquam discedens. Cujus tu quoque exemplo sacratissima Apostolorum pignora semper amplexus nullo tempore deserenda censuisti. Quo adhuc Diacono & pro rebus Pontificiis ab urbe absente Ecclesiae Romanae regius clerus & sanctus summi Pontificis prope duos menses distulit electionis suffragia sanctiora. Qui etsi vita omni maximus fuit, sese tamen copia miserationis excelsit, & divini ingenii claritate: quem successorum multi adeo sunt admirati, ut diu continuata vocabuli successione, Leones per ordinem voluerint appellari, a quibus civitatis quoque Leoninae facta est celebris appellatio. Hic est ille Leo, qui maximis Ecclesiae syderibus Ambrosio, Hieronymo, Augustino, ne græcas Pontificum majestates percenseam pares maximis omnibus excellentia, occidentibus orbi christiano, & cœlo orientibus Angelorumque consortio, ut sol quidam pro omnibus unus mundo satis fuit illustrando: quem ut fulgur perhorruit hæreticorum impietas, coluit ut Numen Imperatorum majestas, plusquam dici potest veluti parentem venerata est fidelis cuncta Christianitas. Hic est Leo certe Ecclesiasticae dictioonis Tullius, Theologiae Homerus, rationum fidei Aristoteles, & ut omnia unico absolvam verbo, Petrus in pontificio throno, Paulus in pulpito christiano, ita demulcens, ut vincitos auditores teneat, ita docens ut sensibus divinis impleat, ita exhortans, ut ardoribus virtutis incendat, legendus, ediscendus, imitandus. Hujus propria Pontificis jure dici potest oratio; de quo a me magis illum stupente quam laudante id solum accipi dictum velim; amari facile Leonem posse, pro merito nunquam prædicari licere. Is igitur sit noster in terris instructor, in cœlis apud omnipotentem Deum intercessor, qui est in sæcula benedictus. Amen.



## MESUE DE MEDICINIS UNIVERSALIBUS

Venetis, per Clementem Patavinum, MCCCCCLXXI.

*Nicolaus Gupalatinus [i] Peregrino Cavalcabovi Veronensi  
Medico Venetiarum eximio S. P. D.*


**R**EM honestissimam atque utilissimam mortalibus vir insignis effecisti, cum Joannis Nazareni Damasceni Mesuae filii, vulgo Mesue appellati, medicinale opus elegantissimum atque saluberrimum in plurimorum hominum manus, tua singulari industria quam emendatissimum veniat. Nam, ut alios multos antiquos medicos præteream, et si profecto

[i] Praæclari hujuscce Viri mentio fit in Historia Litteria Venetorum illustrium, quæ jam jam, auspice Numine, primam lucem visura est. Præter opus, quod laudatur, illud silentio non mittimus, Nicolaum una cum Theodoro Gaza Thessalonicense in Gracorum voluminibus vertendis elaborasse, & Romano idiomate donandis. Si quidem Magistro docente, ipse literis mandabat. *Sixto Quarto Roma* sedente, Problemata Aristotelis e Græco versa, & Nicolao Quinto jamdiu inscripta, a plurimis librariorum erroribus, quibus scatebant, Clariss. Interpres Theodorus emendavit, typisque Romanis Gupa-

latinus cum Præfatione ad Pontif. Max. consignavit. *Explicit Problemata Rome impressa per Johannem Reynhard de Eningen que Theodorus Gaza Teffalonicensis olim e greco in latinum convertit: eaque nuper ultima emendatione emendavit sub Sixto IV. Pontif. Max. absoluta sunt Ann. MCCCCLXXV. XIII. Calend. Junii. Fæliciter. Laus Deo, in fol.* Adversus hanc translationem Trapezuntius inventivam composuit, quæ MS. in Bibliotheca Ambrosiana, teste Cl. viro Saxio, in Histor. Typogr. Litter. Mediol. col. clv, adservatur.

fecto Galenus atque Avicenna , quorum alter scriptorum copia & elegantia , alter ordine digestioneque tanquam ab ipsis principiis artem medicam ordiens , cæteros omnes de ea scribentes superat , medicum doctius copiosiusque instituant , atque informant : tamen , mea quidem sententia , medicorum nemo in curandis morbis , quod sane primum a Medico exigitur , consilium operamque medicantis ad adhibenda remedia promptius , celeriusve , quam Mesue , monstravit , atque edocuit . Quare id de Mesue , quod de Avicenna multi eruditii viri ajunt , dicere ausim . Nam ut ab hoc Galenùm , cæterosque Scriptores tota arte medica digerenda , ita quoque Avicennam in curando morbo a Mesue propter ea , quas intentiones appellant , ex ordine posita , superari facile contendam . Etenim Avicenna cum omnia de medicina , & ea quidem admirando ordine scribens , ita ut ipse dicere recte audeat , quod libro suo superadditum est , incomprehensibile sit , confusum , inordinatumque , sicut omnes alii medici , in sola ægritudinis cura se habeat , usque adeo , ut a quo remedio medelam incipias difficile dignificas ; hanc partem tanquam sibi proprie reliqtam Mesues nobis diligentissime sufficit . Quod tamen opus imperfectum latine habemus ; vel quod Gerardus Cremonensis , qui hoc ex Arabico latinum fecisse fertur , vel Auctor ipse perficere non potuerit . Cui quidem jaætræ Petrus Aponus , ut viro omnis doctrinæ capax , occurrens morbos cordis , ubi Mesues defecrat , aggressus est ; ac sic curas multorum morborum per intentiones Mesuen ad calcem deduxit . Quod opus Additamenta appellavit . Fecit & hoc idem Franciscus Pedemontanus , ab Avicenna librum tertium fere totum mutuatus . Quæcum ita sint , tibi , Vir litteratissime , omnes medici hoc beneficio magnas gratias habebimus , quod codicem hunc rarum prius , & eum quidem medicorum nostri maxime temporis vel inscitia vel negligentia mendosum in lucem protuleris , & tua emendatione castigatum , & hoc novo exscribendi genere prope divino , nostris invento temporibus , impressum . Qua arte habet hæc ætas profecto inauditum cunctis sæculis celebrandumque miraculum , ut quingenta volumina unius Auctoris nunc fieri facile possint , quanto tempore velox scribentis manus difficile unum tantum exscriberet . Ita enim cartha litteræ inscribuntur æneis formulis eisdem ut lubet dispositis , & quoddam alveolo collocatis ; veluti quis diversarum imaginum gemmis multis pro voto positis ac coarctatis in cerea tabella super compressa caratteres imprimat . O bonum Germanum illum hujus admirabilis artis primum inventorem , laudibusque omnino divinis celebrandum ! Quippe qui tali ratione omnia litterarum studia facillime percipi haberive possint , investigaverit . Verumtamen hac in re me palam profiteri minime pudebit , ita quoque hanc artem , ut pleraque alibi inventa , cum in Italiam tradueta fuerint , politiore exultioreque factam esse . Cujus rei sane clarissimum exemplum præbet , libri hujus elegantissimus impressor Clemens Patavinus Sacerdos bonus , virque non solum litterarum studiis apprime eruditus , sed & omnium , quos unquam novi , in dedaleo præsertim & manuali opere ingeniosissimus . Nam cum neminem tale artificium operantem unquam prospexerit , suo perspicaci ingenio , elementis quibusdam tantum hujus artis perceptis , reliqua consummatissime reperiens , Italorum primus libros hac arte formavit . Quamobrem mihi facile persuadeo , si in hac prima impressione Clemens tam eleganter se gesserit , qui deinceps libri ab eo inscribentur , omnes & optimos , & venustissimos fore . Ipse namque & mente , ut ajunt , & calam o perdocte atque pulcherrime scribit . Qua re huic viro omnes medici sum-

summopere debemus, qui facultatem nostram hoc volumine illustrare tentaverit. Utinam igitur immortalis Deus eum nobis dju servet, cum & medicinæ, & omnibus litterarum studiis prodeesse velit ac possit. Rem nobis gratissimam faceres, Amicorum optime, si digestio quoque illa Aphorismorum, quam superiori anno secundum pheen Avicennæ membratim distinximus, ab hoc tuo Clemente imprimetur, vel sola, vel hoc in libro inserta. Etenim optarem laborem nostrum ab impressore approbatissimo in lucem proferri. Vale, & nos ama. Venetiis anno Christi MCCCCCLXXI.  
xv. Kal. Junii.



## QUINTILIANI INSTITUTIONES ORATORIÆ

Venetiis, per Nicolaum Jenson, MCCCCCLXXI.


*Reverendissimo in Christo Patri ac Domino meo observandissimo  
Domino Moysi de Bufoarelis [a] Episcopo Belumnensi Omnibus  
Leonicenus [b] salutem plurimam dicit.*

CUM hanc mihi provinciam demandares, Observandissime Pater, ut Quintiliani Institutiones Oratorias emendarem, dubitavi factor, numquid eam susciperem. Memineram etenim gravem illum ac perdifficilem fore, qui tertio ante anno librum ipsum auditoribus nostris exponere aggressus, ita vitiatum repereram, ut nusquam ferme sincerus videretur; interdum etiam fuisse, ubi nullus omnino sensus elici posset. At ubi mandata tua observarentur animo, rursus hoc mihi oneris quantumcumque esset subeundum esse intelligebam. Id certe ne illa forte suspicio animum incesseret, noluisse me potius, quam non potuisse, cum præsertim viderem, non tibi solum, humanissime Pater, sed omnibus ferme litterarum studiosis ita persuasum esse, me, si quisquam alias, huic oneri sufficere posse. Hac igitur etiam scholasticorum opinione compulsus, ne cui forte laborem subterfugere viderer, ingressus sum rem sane periculosam, et quæ non minus mihi sollicitudinis afferret, quam scholasticis adjumenti, ut eorum studiis pro virili parte consulerem. Accedebant justæ preces magistri Nicolai Jenson Gallici, alterius (ut vere dicam) Dædali, qui librariæ artis mirabilis inventor, non ut scribantur calamo libri, sed veluti gemma imprimantur, ac prope sigillo, primus omnium ingeniouse monstravit, ut huic viro, qui de re litteraria tam bene meruerit, nemo sit, qui non favere summopere debeat. Idcirco non difficulter imprimavit, ut non hoc solum opus, verum etiam utranque Ciceronis artem corri-

[a] Antequam Bellunensem Episcopalem Sēdem condescenderet, Pole Episcopatum tenuit. Cum Præful Polensis esset, Thadeus Quirinus Patritius Venetus, ut refert Eminentiss. D. Cardinalis Quirinus in Epistola ad S. P. Benedictum xiv. qua habetur in prima Decade pag. 65. libellum transmisit, cui titulus: *Traductio in S. Maximum de Parsimonia*, ubi in epist. nuncupatoria se studiorum ejus socium appellat.

[b] Ludimagister in Oratoria disciplina juxta nonnullos insignis; at juxta *Corpussum de Hominibus Doctis* pag. 27. in scribendo *satis amplius*, *sed parum nitens*, *aut excutens*, *nulus candor est Latinus Sermonis*, *neque flos ullus*, *quem in oratione requiri posset*. Inter celebres Joannis Ravennatis discipulos numeratur a Flavio Blondo Ital. Illustr. lib. iv. & a Joanne Bonifacio Rhodigino, in Hist. Tarvisina Lib. xi. pag. 638. discipulus dicitur *Victorini Feltrensis*.

corrigerem. Nunc tamen hoc ut facerem tua me in primis auctoritas adhortata est, quæ cum apud omnes pro tua singulari humanitate atque præstantia plurimum valere debeat, apud me quidem tantum valet, ut paternitati tuæ quidquid illa jussiferit, non parere nefas esse existimem. Sed bene Deus, qui sua pro benignitate orsis nostris successus prosperos dedit, altero quidem tertiove excepto loco; ubi exempla ut videntur græca latinis depravata litoris, verius quam litteris emendationem non accipiunt; nec auctorum, unde ea sumpta sunt, nomina ponuntur, ut ex his quæri possint. Cetera omnia, ut ego quidem arbitror, ita sunt pro mediocritate ingenii mei castigata, ut eruditis ingenii satisfactum iri non dubitem. Valeat humanitas tua, cui me plurimum commendo.



## JOANNIS TORTELLII [a] ARRETINI Commentariorum Grammaticorum de Orthographia Dictionum e Græcis tractarum proemium incipit.

*Ad Sanctissimum Patrem Nicolaum Quintum Pontificem Maximum.*

Venetiis per Nicolaum Jenson MCCCCLXXI.

**C**esperam olim, Beatissime Pater Nicolae V. summe Pontifex, commentaria quædam grammatica condere, quibus omnem litterariam antiquitatem, & orthographia rationem cum opportunis historiis pro poetarum declaratione connectere conabar, profuturus sane pro mea virili studiosis linguae latine; interim ab aliis studiis negotiisque familiaribus interceptus, illa prorsus relinquere, atque longo tempore abjecere visus sum. Sed nuper cum apud Alatrium Campaniæ oppidum ex aeris Romani molestia secessisse, ea absolvere quorundam amicorum rogatu conatus sum; ac sic quoque ad calcem vix usque perduxí opus magnum, varium & diffusum, atque illud tuae Sanctitati, a qua velut fonte omnia mea bona fluxerunt, dedicare constitui. Non quidem ut institutionibus grammaticis, poetarumque historiunculis tua Beatitudo indigeat, qui cæteros in doctrinis omnibus etiam minutis ex summa ingenii memoriæque felicitate præcellis; sed ut in tua illa bibliotheca, quam omnium quæ fuerunt præstantissimam comparas, aliquo pacto collocare possis. Nam licet ex magnificentia animi tui, qui nonnisi clarissima in litteris ædificisque & rebus cæteris aggrederis; viros utriusque linguae eruditissimos ex omnibus fere terris veluti ad virtutis quoddam asylum convocaveris, quos, ut suum possint excolere ingenium, lau-

[ a ] Aretinae Cathedralis Ecclesie Archipresbyter institutus fuit primum. Tum ann. MCCCCXL. se contulit ad Romanam Curiam, in qua ita se gessit, ut perquam dilectus fuerit a Nicolaio Quinto S. P. eruditorum hominum Mæcenate beneficentissimo. Ejus doctrinam cum primis laudat Hieronymus Aliottus Ord. S. Benedicti, in Epistola ad Joannem de Turrecremata: cuius Epistolæ partem aliquam ex Cod. Bernardi Trivisanii P. V. eruit Vir Cl. Apostolus Zenus; quamque inseruit T. xi. Diarium Literaturat. Italijæ pag. 306. Is est Johannes Tortellus,

Archipresbyter Aretinus, qui e patriæ e amiciæ, e propinquitatē nexus devinclus est mihi: e græce latineque doctissimus: e inter theologos atque philosophos non mediocris nec contemnedus magister: qui tanquam alter Plato literas toto orbe fugientes est prosecutus. Nam ob litterarum græcarum peritiam comparandam, quam egregie est affectus, non est veritus in Græciam profici. Et Bononia sub clarissimo theologo Gaspare nostri Ordinis religioso, ipse quoque theologus evasit insignis e.

## [ XCVII ]

laudemque sibi parare , & aliquid confidere , quod posteritati prodeste possit , maximis præmiis afficeris , non tamen deterrebor & ego aliquid pro mea parvitate tuae bibliothecæ offerre . Quam etsi ex clarissimis altissimarum doctrinarum auctoribus fulcire cupis , quia tamen & minores aliquando facultates necessariæ sunt , non deditaberis pro tua sapientia etiam minorum facultatum libros inserere . Video enim quantis impensis & sumptibus , quantaque diligentia græca oratorum volumina , historicorum & philosophorum atque summorum theologorum in latinam linguam traduci procuras . Video quantam adhibes curam in antiquorum nostrorum operibus exquirendis , quæ desperita credebantur ; ita ut nonnullos ad diversas extremasque mundi partes pro re hac multis cum difficultatibus & impensis destinaveris . Quæ cum magnis in rebus efficeris , non pigebit etiam minorum facultatum libros in ipsa tua biblioteca reponere , & maxime illos , qui de Grammaticæ facultate loquuntur . Quæ , auctore Quintiliano , nisi Oratoris futuri fundamenta fideliter jecerit , quidquid superstruxerit , corruet . Et nisi æquo longior essem , complura possem in medium exempla afferre , quibus facile cognosceretur , quot ex hujusmodi artis negligentia in Poetis , Oratoribus , & Historicis quotidie errores insurgunt , quot in jure civili , medicinæque arte , & ceteris facultatibus interpretationes ineptissimæ singulis afferuntur diebus , quot obscurissima ex ejus ignoratione saepissime videntur , quæ alias lucida & perspicua intelligi potuissent . Unde nemo unquam inter doctos connumerari potuit , qui non magnam huic disciplinæ operam impenderit . Et ut ejusdem artis professores , qui in ea præcelluerunt , leviter transeamus ; fuerunt sane inter ipsos Grammaticos viri doctissimi , ut Iginus multi nominis Romæ Grammaticus , Didymus , quem Macrobius omnibus Grammaticis , quique sint , aut fuerint , magna audacia præponere non dubitavit ; Antonius Empho , cuius scholam Cicero post labores fori frequentabat ; Nigidius Figulus , quem Gellius arbitratur juxta M. Varronem omnium doctissimum ; Valerius Probus sua ætate scientia præstantissimus ; Cornutus , Anneus , Castellius , Terentius , Scaurus temporibus Hadriani , de quibus & Gellius ipse mentionem fecit . Fidus etiam Optatus tempore ejusdem Gelli multi nominis grammaticus fuit . Prætereo etiam minus anticos , ut Donatum , Servium , Diomedem , Priscianum , Victorinum , viros non minus rethores & philosophos , quam grammaticos . Sed hos velut ejus artis professores facile transeo , & ad alios venio . Quid non etiam Favorinus temporibus Gellii philosophus clarus de grammatica , Gellio referente , multa eruditione saepè differebat ? Nonne etiam longe ante eum Aristoteles , omnium philosophorum princeps , Theodetesque , ut testis est Quintilianus , ex Stoicorum secta , ut Priscianus ipse ostendit , de hac facultate acri cura & diligentia plura scripsere ? Porfirius etiam eximus philosophus in Homerum commentaria edidit , quæ usque in hæc tempora durant ; & in quibus non solum altissimum Poetæ sensum , & vocabula quoque explanat , sed & minutissimas grammaticæ quæstiones absolvit . At hi , ut dices , Græci fuerunt philosophi : fateor id quidem ; sed non minus nostri & philosophi , & oratores , summi duces facultatem hanc necessariam judicaverunt , & de ea acri cura & diligentia aut differuerunt , aut scripta posteris summa cum laude reliquerunt . Et Ciceronem inspiciamus primum , qui linguae nostræ absque alicuius dubitatione princeps fuit . Quod idem artis hujus , ut dixit Quintilianus , diligentissimus fuerit , & in filio , ut ex epistolis appareat , repte loquendi , hoc est & scribendi , asper

quoque exactor & corrector extiterit. Aut vim C. Cæsar is editi fregerunt de analogia libri? Aut ideo minus Messalla nitidus, quia quosdam totos libellos non verbis modo singulis, sed etiam litteris dedit? Quid etiam de Marco Varrone dicemus? An admirandæ suæ doctrinæ derogavit, quod minutissimas quæstiones in hac arte magno volumine contrectavit? Quid de C. Bass o duce nobilissimo, & scientia præstantissimo, nisi laudes dicere possumus? & tamen plures libros de origine vocabulorum, teste Gellio, & aliis nonnullis, multa cum gloria scripsit. Nonne etiam Plinius sua ætate doctissimus in naturali historia de grammatica libros scripsisse gloriatur? Cujus dicta Priscianus nonnumquam inducit, & nos illorum fragmenta quædam pretiosissima comperimus. Quod si tot tantique Auctores de hac materia scripserunt, in qua tu illis dumtaxat cognitione es comparandus; non dsignaberis meum tibi de Grammatica opus inscribi; nec poterunt ulli tuam excellentiam verbis malivolis laddere, si grammaticæ libros colueris, & de illis æstimationem non parvam feceris, atque iñ tua bibliotheca locandos illos curaveris. Nam grammatica ipsa, Quintiliano teste, necessaria est pueris, jucunda senibus, dulcis secretorum comes, & quæ vel sola plus habet operis, quam ostentationis. Itaque primum de litterarum inventione, numeroque & figura, ac nomine pertractabimus. Deinde cujusque nostræ litteræ per ordinem potestatem, & in alias litteras tam in diætionibus græcis ad nos pertinentibus, quam latinis mutationes explicabimus. Post hæc vero de ordinatione litterarum invicem tam vocalium quam consonantium, & tam in eadem syllaba quam diversa dicemus. Ultimo particularium diætionum orthographiam suis litteris ordinabimus; & quam brevissime dabitur, ea narrabuntur, quæ ad earundem declarationem facere putabimus.

Accepimusque hæc primum ex fragmentis decem librorum Papyriani, quos de orthographia scripsit. Ex quatuor libris Plinii de arte grammatica. Ex unico libro Rhemii grammatici de potestate litterarum. Ex unico Grylli de accentibus ad Virgilium, cuius parva fragmenta comperimus. Ex Capro. Ex Diomedे de octo partibus orationis. Ex Probo doctissimo grammatico. Ex Quintiliano viro summo. Ex Varrone de lingua latina. Ex Aulo Gellio. Ex Donato, Servio, Prisciano, Victorino, Sergio, ex pluribus aliis latinis grammaticis, græcisque minoris auctoritatis, cum antiquorum grammaticorum libros amiserint. Reperi tamen Herodiani fragmenta quædam de orthographia, & ejusdem libros integros quatuor de constructione. Ex glossulis etiam Aristarchi super Homerum & Hesiodum. Quin & ex Porphyrio super Homerum plura annotavimus. Quæ vero ad historiam faciunt, ex Virgilio, Ovidio, Homero, Hesiodo, Livio, Plinio, Justino, Herodoto, Thucydide, Appiano, Diodoro Siculo, multisque aliis approbatis auctoribus & græcis & latinis, quos suis locis commode inducemus.

## LEONARDUS ARETINUS [1]

de *Bello Italico adversus Gotbos.* [2]

Venetiis MCCCCLXXI. [3] per Nicolaum Jenson.

**E**T si longe jucundius mihi fuisset Italæ felicitatem, quam clades referre; tamen quia tempora sic tulerunt, sequemur & nos fortunæ mutabilitatem, Gothorumque invasionem, & bellum, quo Italia tota pene eversa fuit, in his libris describemus. Dolorosam profecto materiam, sed pro cognitione illorum temporum necessariam. Neque enim Xenophonem Atheniensem summo ingenio virum, cum obsidionem & famem ac diruta moenia Athenarum descripsit, non dolenter id fecisse reor; scripsit tamen, quia utile putabat illarum rerum memoriam non deperire. Neque Livius noster cum urbem Romam a Gallis captam, & incendiis conflagratam refert, minorem meretur laudem, quam cum P. Æmilii triumphum illum præclarum de Macedonibus, aut P. Africani victorias enarrat. Historiæ quippe est tam prosperas, quam adversas res monumentis litterarum mandare. Itaque optanda quidem meliora sunt; scribenda vero quæcumque contigerint. Me certe hæc ipsa scribentem quanquam multa pro singulari amore meo erga Patriam conturbant; tamen illa ratio consolatur, quod et si res tunc maxime adversas Italia perpessa fuit, ad extremum tamen superatrix externalium gentium nostram ad usque ætatem terra marique potentissima remansit; civitatesque in ea ornatissimæ magnis opibus magna que auctoritate viguerunt haec tenus, hodieque vigent, quarum gloria & imperium longe lateque extenditur, ut non tam ingemiscendum sit pro his quæ tunc acciderunt, quam lætandum. Ceu Herculem magni labores celebratiorem fecere, quam si nunquam tam periculose laborasset. Taceo morum elegantiam, humanitatemque præcipuam, ac bonarum artium disciplinas, in quibus parens simul & alumna incomparabilis Italia reperitur. Sed commendationis aliud fuerit tempus. Hujus autem belli, quod nunc scripturi sumus, nulla apud Latinos notitia supererat; fama tantummodo quædam & ea ipsa tenuis admodum & obscura ferebatur. Belisarium & Narsestem Justiniani Duces Gotbos Italia pepulisse, ubi vero, vel quomodo, vel quibus rebus gestis nihil penitus sciebatur. Nobis autem ex Græcorum commentariis eorum rerum notitia fuit. Itaque ut alia satis multa, sic etiam hæc jam plane oblitterata ad cognitionem nostrorum hominum reducere studuimus. Atque eo libentius fecimus, quod cæteræ quidem historiæ de alienis rebus fere existunt; hæc autem tota de nostris est. In qua operæ pretium fuerit, quæ tunc per Italiam Urbes, qui populi, quæ conditio rerum esset, cognoscere; quæ obfessæ urbes, quæ expugnatæ, ac viæ, & quibus

n 2 in

[1] His ortus est ex gente *Bruna* Aretii. A Secretis Literarum Apostolicarum fuit sub *Innocentio Septimo*, *Alexandro Quinto*, & *Joanne Vigefiso secundo*; demum Reipublica Florentina Scriba constitutus, a quo ob plurima ejus merita, Florentina civilitate donatus non modo, sed etiam dignitatibus ornatus fuit.

[2] *Jacobus Tomafus* de Plag. Liter. num. 361. pag. 159. inter plagiarios *Leonardum* enumerat propter hanc Gothorum Historiam, ut-

pote ex *Procopio* translatam. Cl. autem Vir *Apostolus Zenus* in T. ix. Diar. Litter. Italæ, pag. 208. illum tuerit: nam ut ipse contendit, non solum ex *Procopii*, verum etiam ex aliorum diuersis Historianis hanc consarcinavit.

[3] Prima Editio commemoratur a *Maittaire* in Annal. Typ. T. I. Par. I. pag. 290. ad ann. MCCCCLXX. per *Emilianum de Orfinis Fulginatem*, & *Johannem Numeister Theutonicum*, eorumque Socios.

in locis prælia commissa. Hæc enim omnia & scire pulcherrimum est, & ignorare turpissimum. Diligentis siquidem viri est patriæ suæ originem & progressum, & quæcumque illi per superiora tempora contigerint, non ignorare. Habet præterea historiæ cognitio voluptatem animi permaximam, cum omnes natura scire concupiscant; & utilitatem plurimam per exempla similium cœptorum atque exituum multarum ferum instructionem, quæ senes adolescentibus sapientiores existimantur, quoniam plura conspexerunt in vita, & non ex suis tantum, verum etiam ex alienis periculis cautiores effecti melius judicant, melioraque consilia assumunt. Opes vero atque imperia maximorum regum, potentissimorumque populorum, qui usque adeo faciliter corruisse leguntur, hi quam stultum sit intelligent pro illis superbire ac glorari, quæ nemo exploratum habere potest, usque ad vesperas esse duratura. Ita & sapientiores & modestiores nos historia efficit. Ego igitur, Reverendissime Pater, hos libros ad te mittere constitui, ut & amorem meum erga te præcipuum recognoscas, & judex existas laborum nostrorum; quos ita demum recte suscepisse putabo, si a te homine doctissimo ac sapientissimo probabuntur. Principium vero narrandi hinc potissimum assumemus.

## STRABONIS GEOGRAPHIA.

Venet. MCCCCCLXXII. per Vindelinum Spirensem.

### *Epiſtola Episcopi Aleriensis PAULO II. Pontifici.*

**G**eographiam multos scripsisse novimus, Pater Beatissime Paule II. Venete, Pont. Maxime, temporum nostrorum felicitas & gloria, cum ejusmodi sit doctrinæ opus, quod omnibus gratum, a pluribusque tractatum vix unquam tamen ad plenum vel apprehensum vel explicatum esse censeatur; dum nunc cæli, nunc marium, nunc situm cæterorum ratione aliquid priorum scriptis adiici posse perspicitur: tanta consequente lectionis hujus studiosos utilitate, ut indoctus nemo videri sanius possit, qui vel exactam membratim, vel in summam collectam rationem reddere patriarchum queant. Illum sane Reges maximo honore prosequuti sunt, illum ingentes sunt exercitus admirati, illum ductores legionum tanquam cælestem ducem sunt sequuti, illum miro amore omnes mortales sunt exosculati, quem regionum peritiam callere didicerunt. Ob eam rem divino ingenio atque eruditione viri Hipparchus, Eudoxus, Eratosthenes, Hippias, Sebosus, Bion, Xenophon Lampsacenus, Beton, Timæus, Dionysius, & artis totius splendor & constans artifex Ptolemæus, & ante illum Plinius ac Mella, Augustique temporibus Strabo, aliisque plures, nunquam satis laudati, prodire. Absque id genus viris nulla ab Imperatoribus ac Regibus unquam expeditio est suscepta; id christianitatis principes, ac sedis tuæ Romanæ Ecclesiæ sanctissimi Antistites recte intelligentes, & ante omnes, Pontificum maximorum splendor ingens Nicolaus V. prædecessor haud dudum tuus, Pater sancte, miro studio egerunt, ut Ptolemæus, Straboque Cretenis, non minus historicus quam geographus, atque philosophus, & homericae majestatis illustris expositor, romanis vocibus audirentur, demandata rei mire difficilis provincia multi nominis viris, Jacobo Angelo Florentino in mathe-

mathematicis doctissimo, ab Alexandro V. transferendi in latinum Ptolemaei, Strabonis vero a Nicolao item V. Guarino [1] Veronensi, & Gregorio Tifernati. Quorum ego in manibus sumptis exemplaribus ex Gregorii Archecystis Asiam atque Africam describi feci; Guarini autem Europa perlecta, quod in ea multa deerant fragmentis, ut puto, Græcorum illius exemplarium, amicorum ope, addi omnia procuravi. In quo Theodoro meo Gazæ, atque Andronico Lampo, item Birago græce latineque doctissimis viris non exigua gratia est habenda. Evidet Strabonem scio lectio- nis varietate, copiaque, ac summa rerum plurimarum esse eruditione singularē, multoque in sua quam in nostra lingua magnificentiore, in qua etiam si non est verior, aliquanto tamen futurus est clarior, latinis hominibus placitum, de quo pro viri merito atque amplitudine nihil dici nimium potest. Sed ab optimo homine Cretensi, ad ineptissimum rābulam bonos omnes calumniantem, Pater sancte, cum tua bona venia ver- tenda est epistola. Illius enim maledictio irritatus tam diu tacui, quod locum, in quo insigniter eum affigerem omnibus spectandum, non quia tamdiu mihi silendum foret, expectabam. Feret igitur Cretensis illustris coin- fulanum suum per totum orbem obscurissimum, qui sanctis laboribus meis, utilibusque communi studiosorum Reip. medius irruit importune, ut sœva in fruges calamitas, utque in armenta lues, Erinnys verissime improba quietorum. Hunc, quoniam amarulento quandam Timoni mortales omnes odio insequenti simillimus est, non alio quam Cenotimonis, id est novi Timonis nomine, cum honoris præfatione doctis omnibus juste mihi ignoscentibus, appellabo; ita ut si inter ulcerosi illum tergi (ut dicitur) plagas tetigero, responsum sciat, non dictum prius, nec deinceps usque adeo fiat præceps in convitiando, ne dicendo quod velit, quod nolit cogatur audire. Ignoscam enim illi in præsentia pene omnia, quæ, si irritabit crabrones, secundum hanc prægustationem profundentur. Nam tanquam omnis docte castaque scribendi occupatus locus omnino foret, nec ulla superesset materia sapientiæ, in tetram penitus ac cadaverosam totum se se convitiandi demersit fœditatem, ut nostra justior fiat iracundia. Quæ enim (proh pudor) intemperies, quæ larvæ, quæ nisi extrema dementia hos impulit in Platonem? Quem quidem nos humanitatis, virtutisque dulcedine ac laborum, quos maximos atque utilissimos in studiis pertulit, ad posterosque transmisit, non ullis contentionum partibus, ab hujus pro virili turpitudine vendicamus; non ignari, satis superque esse in Platonica de- fensione illum ab integerrimo & doctissimo & philosopho & theologo scri- ptore defensum. Quando igitur cogor, (quod minime expectabam) convitiis respondere, quid mihi de his præstigiis videatur, hac epistola Lectores intelligent. Gorgiam Leontinum ferunt primum auream statuam & soli- dam Delphis sibi in templo posuisse, quod summus illi docendæ oratoriæ artis

[1] *Nicolaï Quinti S. P. jussu, ut Jo. Andreas Episcopus Aleriensis refert* hac in episto- la, demandata est provincia interpretandæ Geographia Strabonis Gregorio Typhernati, ac Guarino Veronensi. Si Aleriensi credimus, Guari- nus tantum interpretatus est illam Mundi par- tem, quæ Europa dicitur; at si fidem præsta- mus Voffio & Fabricio, x. libros Guarinus trans- tulit, septemque antea Gregorius. Sublato e vivis Pontifice, imperfectum remansit opus, nam x. solum libros interpretatus fuit Guarinus. Cl. Vir Marchio *Scipio Maffejus* in Parte II.

Veronæ Illustrata col. 75. & seqq. differens, gravissimis ductus rationibus contendit, totum opus Strabonis in xvii. libros divitum, *Nicolaï Quinti* mandato absolutum fuisse a Guarino. Verum precibus Jacobi Antonii Marcelli Equitis finem imposuit. Cl. Marchio exhibet Codicem originalem, manu ejusdem Guarini exara- tum, qui quidem extat apud Amplissimum Se- natorum Venetum, *Jacobum Superantium*; unde certo colligimus ea, quæ vere probarat Maf- fejus.

artis questus foret hunc æmulaturus; sed male Cenotimon iste insignis Rhetor, ut ipsius ad Turcum ja<sup>c</sup>stat epistola impia atque gloriofa, ut Christiani docti omnes intelligunt, scoria fordesque, non imagines aureas, non plumbeas saltem personas aut luteas, sed convitiosas sibi in philosophiae quodam templo ac candore Platonico larvas & intemperies collocavit, plena<sup>s</sup> sane argento vivo sui stultiloquii, quod rebus omnibus est venenum, per quos se nigrore ac fuligine in perpetuum indelebili deformavit. Nec contentus tam inopis cerebri errore, immo scelere inaudito rugit per plateas, & in triviis non stridet, sed boat in me, qui nemini hominum unquam maledixi, & ei sa<sup>p</sup>e adjutor fui, non cessans oblatrare, nisi si est ignoscendum e compotatione, non convivio madido, ut fieri solet, proruenti. Platonem divinitatis secretarium a me parcissime dictum, tanquam nefas atque facinus impium stomachatur homo religiosissimus, atque ægre fert, diffamatque christianissimus, quem etiam philosophie sacrarium, imo philosophorum deum a summis viris scriptum: tantus fuit semper amplissimi viri illius amor, tam ingens apud doctissimos admiratio, etsi obliviousissimus est & minime pudens non negabit. Teque, Pater sancte, convitionis suæ vindicem flagitat, ignorans miser, quod virgæ baculique tui censura magna esse noscitur percussi consolatio. Secretarium tu divinitatis, homo formosissime atque doctissime Cenotimon Platonem diu vetas? ac gravissime ut nefas accusas? irridere hoc debui, non rescribere, nec tibi in plateis cantillanti (qui nemini omnino parcis) respondere. Sed ne nimium tibi sapere videare, non tacebo. Tu ne solus, bone vir, tu ne quid secretarius sit, cum tamdiu volueris secretarius diu, non nosti? Tabernarius quid sit (non enim dicam cauponarius) ne convitiando imiter quem convitii accuso, e taberna, ut scribis, convivali, immo combibali nuper egressus, aut usurarius, nam fœneratorium nomen propter decoctionem perhorrefcis, aut carcerarius, si meministi frequens tuum diversorium; neque enim hæc in te sunt convitia, quæ ipse prædicas, quæque sunt omnibus magis quam tibi propter obliviousum ingenium tuum cognitissima: quare non item quid sit secretarius propter nominum proportionem tenes? Ut enim illi a taberna, usura, & carcere, sic iste deflectitur a secreto. Quemadmodum igitur qui tabernis vacat operaturque tabernarius; qui item usurarius usurarius, qui carceri carcerarius; nonne pari lege qui secretis dicetur secretarius? Deus quidem quisnam, aut quid sit, si vis me credere te nescire, neganti facile assentiar; non enim potes convitiis simul & Deo querendo indulgere; & in coeno occupato maledicentia necessario nulla est de cœlestibus cura: verum te ego pietatis gratia, ne me criminandi, non docendi tui causa rescriptsse putas, paucis, adverte, docebo. Ita enim cui rei studueris, quid assidue mediteris, me quoque nosse tibi ostendero. De Vicario tu quidem Dei jugiter cogitasti, nec desinis (uti mea est opinio) cogitare merito sane; merito, inquam: fuisti enim, sisne vero adhuc, ignosce hoc mihi, id equidem nescio, illius secretarius. Idcircoque tu quoque divinitatis poteras non injuria, non mendacio secretarius dici. Nam si Deus (uti est) ipsa veritas est, & Vicarius Dei cathedram veritatis tenet, quisquis hujus amplissimi Vicarii verus est secretarius, idest qui partem aliquam principis hujus sui secretorum novit, quandoquidem is princeps est Dei Vicarius, ejusmodi vir jure est divinitatis secretarius. Sed heus divine secretarie, etsi ego te numquam illius majestatis nosse ullum omnino secretum certus sum; tamen afferenti tibi de tuo te principe cogitare non negabo.

negabo. Cogitasti tu quidem lepidura caput de Christi Vicario; ceterum omnis tua cogitatio, immo furiosa mentis agitatio, & scelerosa insanitia fuit, quomodo illum, quid illum dixi? quomodo cum illo sanctum populum Christianum Turco per epistolas tuas, licet stultas, tamen venenosissimas, simul traderes infideli. Audi Cenotimon, audi; et si quis pudor est late ac publicam, si Christianus esse vis, publici facinoris age poenitendum. Quis praeter te insignem pontificium secretarium, Turcum impiissimum Christianorum sanguinem vorantem, Imperatorem unquam appellavit universi? Quis illi te christianitatem proditum scripsit? Hæc quidem a me tacerentur, si essent occulta. Hortatur delirus barbarum impissimum, ut se ad eum cum litteris & pecunia accersat, vias se illi aperiturum, ac consilia, quibus jugo infidelitatis Christianitatem subiiciat, quo populum a confusione, ut dicit insanus, ac colluvione regentum in libertatem vendicet. Suum divinum Principem Christi Vicarium, & Reges omnes, ac Principes catholicos tali dedecore impedit, atque contaminat, quasi de omnibus male meritos. Huc usque non ego, sed indignatio turpissima, & fidei zelus, & mentecapti hujus sceleris horror me ad non tacendum impulit. Jam me hominem esse Episcopumque considerans ad humanitatem redeo atque miserationem. Inops consilii homo, & multum multumque lugende, quæ te nostra injuria ad excors facinus inauditumque irritavit? Non te hominem advenam egentem ad nostros principes venisse olim recordabare? non tu liberalitate Pontificum grandem cogitabas te aliquando fecisse pecuniam? quorum Principum nulla injuria, sed sponte a te scenoribus obligata si omnem turpissime amisisti propter usurarum avidum ingenium tuum; debuisti ne propterea factus a mente alienus tam nefario te scelere obligare? Pudet miseretque tum ceterorum tuorum, tuique, tum veteris scholæ, in qua loquentiam forsitan, certe nullam sapientiam didicisti: loquax es factus absque omni modestia, & tui tantum te periculo conscelerasti. Modo etiam quis de te in mea epistola loquebatur? Tu te illum esse profiteri non erubuisti, qui sis convictiatus in Platonem? prodiisti subscriptor magnifice solus tanta criminationis inventor. Ego tamen tibi omni tempore nomen sacri fontis pie condonabo. Sed revertor ad secretarium, unde discesseram. Sive igitur Deus est ipsa sapientia, sive virtus, sive ens ipsum, sive maximum ipsum, quo magis cogitari etiam queat nihil; horum omnium si quicquam Plato scivit, sciisse autem multa præter te diffitetur nemo, divinitatis secretarius citra omnem injuriam reprehensionemque potest appellari, quippe quo gentilium Scriptorum nemo sapientior, castior, & verior legitur; tamque secreta & secrete omnia scribit, ut decadentibus sibi etiam (ut in quadam epistola scribit) propriis tabellis, non possit tamen nisi a divinis hominibus lectus atque perlectus intelligi. Ecce iterum Cenotimon insurgit & in medium Prophetas profert; item Apostolos atque sanctæ Doctores Ecclesiæ, & quidquid potest veritatis christiana, ut in cœno Platonem convolvat. Aurita imago hominis, & ejus quidem deformis umbra, quis ita loquitur de Platone, ut de christiano? Scimus gentilem fuisse philosophum, scimus illi multa defuisse homini necessaria baptizato; de fide certissimi & constantissimi doctrinam diligimus in Platone. Boetius pueris nostris in schola Platonem facit admirandum, nisi etiam Boetium pari errore insanique condemnas. Divus Augustinus mirabilem prædicat in Ecclesia; quod maxime mirum potest videri, cum tot ea tempestate florarent infideles; quocirca seipsum vir sanctissimus quodam loco digne est retractando interpretatus.

Sed

Sed impetu detrahendi in spurco ore nascentia verba profundis. Igitur cum sanctis Platonem ut Antistitem quendam philosophiae admiramus, conscientiam ex maxima parte naturae; gratiam nobis Christus Dominus beneficentissime attulit. Illi natura dux fuit; virum bonum credo fuisse Platonem, doctissimumque ac summum, quantum gentilis homo assequi potuit, theologum, & a nostris inclytis theologis magna ex parte mirifice commendatum; &, in quo quidem tui maxime dissimilis est, summe fuisse verecundum, ideo divinitatis, idest summae virtutis conscientiam atque secretarium. Expectas, ut tibi Cenotimon respondeam, qui me ex gurgustio prodidisse oblatasti? Hoc ego ingenue fateor, me communem habuisse cum sanctis humilibus mansionem, pro qua cum vicinis meis non esset futura mihi certatio; immo ne gurgustium quidem ipsum, unde prodicem, ante Pauli II. Veneti pontificatum felicissimum habui. Prius fui Acciensis episcopus, ex qua ecclesia post quadriennium potest quatuor cornuum vervix unus expectari. Nunc modeste illius mei divini Principis beneficio collocatus sum in sancta & quieta Aleriensi Ecclesia, quia fui omnes laudando illi carus, non, ut tu, convitiando rabiosus. Sed ego a te, rex palatiorum, peto: gurgustione carcerem quoque anteponis? Ego bonarum fui (ut ais) artium studiosus, tu mea sententia aliquanto magister excellens. Sed tua recentia opera neque doctrinam sapiunt, neque modeliam; & tandem vetera non probo. Non te miserabilis pudet loqui de doctrina, qui doctrinarum arcem, ut gigantes cælum, oppugnasti? quæ est munimento adamante omni firmiore, plusquam centuplici muro cincta illa illustri defensione Platonis. Dictus es ibi piëtus magister ejus generis coloribus atque pigmentis, quæ omnis mundi aqua non possit abluere. Multa tibi & ego & cæteri condonamus, quos immundo ore contaminas, aut potius ornas, quia delirorum (ut ajunt) convitia, sapientum sunt præconia. Didicifles miser ab illustri terrarum situs scriptore Strabone, qui tantum gloriae laudando promeruit. In ejus ego te fronte spectandum idcirco constitui, ut patriæ communis caritate te secreto alloquutum moneret tandem aliquando resipiscere, diceretque se orbem diligentissime lustrasse terrarum, neque unquam tibi simile monstrum invenisse, Platonis laudatores omnes ubique reperisse, quippe te non feris modo, serpentibusque, sed anthropophagis etiam esse tetrorem; illos humana carne vesci, te mortuorum post duo prope annorum millia cadavera devorare; immo vero in animis omnium hominum sapientum viventes discerpere, & nulla penitus eorum laceratione saturari. Tu solus restabas Cenotimon addendus nostro operi, ne quicquam esset omnino in terrarum orbe monstrosum, quod non in Strabone possemus invenire. Cæterum indocti homines scio quam sint ad carpendum propensi. Si potes cum tuis combibonibus ac mandionibus philosophis intelligere, docebo vos equidem humanius, in quo lacerandi rabidi queatis absque calumnia diversari; errores meos quarite & corrigite, sed timetis scio me docere. Verum ignoscant omnes necessitati meæ, & per te, Pater sancte, ante alios vir cultissimus atque elegantissimus Pontremulensis Nicodemus ad tuam sanctitatem Ducalis Orator Mediolanensis ornatissimus. Nam quod illum inter cæteros amicos meos veteres sinceros ac vetustissimos magna ratione plurimum veneror ac observo, timeo ne ego illi etiam laceritus injuria & juste iratus videar non quidem nimium, sed præter rænum morem exarsisse. Strabonem ei scio mirifice placitum. Nam ille ut qui optime intelligit, quique supra modum cultioribus studiis delectatur,

tur , hanc præcipue sciendi partem amplectitur , situs omnes , in quibus fuit , optime tenens , cæteros ad quos illi ire non contigit , perdiscit ex libris studiose . Et tempestatum singularum viros excellentes in propriis quosque patriis non magis perquirit ad laudandum , quam ad imitandum , atque assidue , (quod facit ) superandum . Illum quidem reor Cenotomi- ni huic miserabili & importuuo multa humanitate ut resipiscat suasurum . Ut tu Pater Beatissime , etiam atque etiam obsecro , ignoce necessitatì hu- jus epistolæ , quæ omnino est contraria studiis meæ voluntatis . Vale sem- per felicissime , sanctissimeque ac placidissime Pontifex .

*Ejusdem Guarini Veronensis Epistola ad NICOLAUM V.*

**T**Uarum plerumque rerum contemplatione adductus , Beatissime Pater , in eam venire soleo contentionem , plus ne tibi litterarum , & bonarum artium studia , an tu illis debeas ; quippe cum illarum in te , tuique in il- las ultro citroque singularia extent merita . Illæ quidem tibi fructum , fa- mam , decusque pepererunt , & ingenium multis & magnis rebus adornatum reddiderunt . Tu vero contra illis splendorem dignitatem gloriamque com- parasti , quæ majestatis sedem & pontificale naætæ fastigium , sibi ipsiis trium- phare , & vere , (ut dicitur ) ascendisse videntur . Quid enim splendidius , magnificientius , aut glorioius vendicare possunt disciplinæ & hæc huma- nitatis studia , quam ut Romano Pontifici , & christiani nominis ductori assistere se cognoscant & jacent ? Tantum namque artes extolluntur , & tanti fiunt , quanti earum cultores professoresque memorantur & celebra- tur ; unde militarem disciplinam , juris civilis scientiam , philosophiam , cæ- terasque id genus vel hinc maxime commendamus , probamus , admira- mur , quia generosos homines , clarissimos principes , inclytos reges in eis versari solitos dicimus , eisque operam dedisse testamur . Quocirca memo- ria proditum est , Alexandrum illum magnum , cum ad currendi certamen invitaretur , id libenter & strenue se facturum respondisse , si reges æmu- los habiturus esset in stadio . Ut autem Dominum nostrum Jesum Chri- stum & hac imiteris in parte , cuius Vicarius vestigia fere sectaris in reli- quis , absumptos jam morte Scriptores , ut ille Lazarum & alios permul- totos , ad vitam revocas , & mertos in tenebris in lucem retrahis , labentes- que per ætatem auctores , quasi putrescentia cadavera , in juveniles annos renovas . Hinc factum est , ut illi te patrem recreatoremque cognoscant , pretiosissima bibliotheca quasi præclarissima bibliotheca Romanam locuple- taturum Ecclesiam . Quæ tanto reliquis vasis potiora sunt , quanto argen- tea vasa vel aurea alios usus , & quidem mutos expectant . Codices autem ad sapientiam , ad religionem informandam loquentia sunt instrumenta . Eos tua cura , vigilancia , sumptibus magnis ad Christianam præsertim re- ligionem pertinentes e græca lingua in Romanum conversos eloquium esse fama est . In quibus tuæ pariter majestatis nomen in dies germinare ac florere posteritas aspiciet , & eo quidem amplius , quo magnificientius ipsum beneficium minores intelligentia intellectum amabunt , amato fruentur . E sanctorum namque virorum libris , lucubrationibus , & divinorum man- datorum lectionibus datum est nobis , ut ad humanæ fragilitatis auxilium intercessores invitemus Angelos , dæmones propulsemus , peccata deleamus , vitæ sanctitatem exoremus , regni cælestis beatitudinem fruendam , fide ipsa pollicente , speremus ; & , quod summum & amplissimum est , ipsa inter-

prete lectione, Dei veri fruamur alloquio. Pro quibus quidem maximis & immortalibus tuae sanctitatis meritis omnis ætas tibi laudes, tibi gratias, tibi honorem, non minus quam Ptolemæo Philadelpho Secundo Alexandriæ Regi, decantabit & persolvet, qui divinarum secreta scripturarum per septuaginta interpres ex hebræa lingua convertenda curavit, & ante Incarnati Verbi mysterium annis ducentis & octoginta in lucem eduxit, & posteris manifesta reliquit atque legavit. Postremo cum memoria teneas, Domini Dei nostri verbum a Patribus antiquis in te legitima serie derivatum, quidquid ligaveris super terram, ligatum erit & in cœlis; ut quam late pateat divinitus attributa pontificali potestas ostenderes, terra ac maris ambitum, cuius imperium penes te esse voluit, per singulas descrip-  
tum regiones mortalibus cognitum esse voluisti, quamquam per nos tristis quoque homines mundi formam compertam haberemus, græcum etiam tem-  
tem adhibere instituisti Strabonem, scilicet virum doctissimum, & magna-  
rum rerum cognitione peritissimum, qui vel omissas, vel neglectas, aut  
vetustate oblitas orbis partes ad unguem restituit, & diligentissime desi-  
gnavit, populos, nationes, res gestas, flumina, montes, maria terminos  
ante oculos ponens. Eum tuae sanctitatis tractus imperio, in latinum ver-  
tere conatus sum, non tam meo, id est tenui, ingenio, quam mandantis  
gravitate fretus. More autem majorum, qui præclaras actiones consulari  
nomine insignibant, hunc in codicis fronte titulum insculpendum esse  
censui. Strabo recte & acute perspiciens mundi designator acutissimus, at-  
que soleritissimus, ut ex Latinis peragrandi orbis viam commonstrareret,  
Guarini Veronensis interpretamento Italis quoque se aperuit, Pontificante  
Nicolao Quinto, eodemque mandante.

*Ejusdem Guarini in absolutionem Strabonis incoati probemium al-  
terum ad insignem ac patricium equestris ordinis virum  
D. Jacobum Antonium Marcellum [ 2 ] Venetum.*

V Eteres illi quorum auctoritas cum sapientia ad posteros usque provecta  
est, memoriae prodiderunt, Atlantem virum illustrem regemque poten-  
tissimum late quondam terris imperitastè. De cuius magnitudine cum alia  
permulta, tum illum cælum fulsisse prædicant. Cæterum longo aliquando  
labore fessum, cum deficeret, Herculem Jove (ut ajunt) natum, & re-  
rum gestarum gloria ea tempestate celeberrimum invocasse, qui tantum  
subiret onus, & robustum hominis munus impletret. Idem meo de Strabone  
in præsentia dicendum offertur; quod quidem opus arduum & cælestis  
volumen, cum sanctæ memorie Nicolao Papæ Quinto terras cœlumque re-  
genti destinasset, cum de illius majestate ac potentia veritas ipsa loqua-  
tur, quidquid ligaveris & solveris super terram, ligatum & solutum erit  
& in cœlis: & invida viris bonis, & hominibus doctissimis fortuna ipsum  
litterarum ductorem benignissimum intercepit, & spes nostras abruptit. In-  
terea circumspicienti mihi, & animo cuncta lustranti amplitudinis tuæ splen-  
dore, & digno immortalitate nomine quasi Hercules alter occurrit, qui  
defi-

[ 2 ] Nicolao Pontifice defuncto, *Guarinus* se, siuumque opus nuncupavit *Marcello*, qui jam *Guarino* calcaria addiderat, ut cæteros libros transferret. At *Marcellus Guarini* opus tanti fecit, ut quasi ex ejus manu prodierit, illud

cum nuncupatoria epistola dicavit *Renato An-*  
*degavensi*, Neapolitano Regi. Hæc porro *Mar-*  
*celli* epistola in commemorato jam *Codice le-*  
*gitur*.


deficientis onus subires , & arduum munus impleres . Nam cum nobilitatem tuam , sapientiam , resque tuas domi ac militiae fortiter , prudentissime ac prospere administratas contemplor & mente revollo , quid tibi ad summum gloriae cumulum desit , nequaquam intelligo , sive genus , sive tua gesta perpendo .

Consideras namque & ipse ponderas , quanta tibi sit indita necessitas e tot terrarum regina patria , & e Marcellorum profapia ortum esse . Quid cum M. ille Marcellus laetis offertur auribus , qui primus Hannibalem superari docuit . Cujus memoria cum tibi ante oculos obversatur , ad sublimia , ad magnifica , ad miranda totus accenderis , ut in tanto nomine degenerasse videaris . Nam si antiquis annalibus , & auditis fides abroganda non est , numerosam Marcellorum familiam Romana cadente Republica quatuor ingentibus onerariis navibus Venetas adventasse fama est , quæ immensis opibus refertæ fuerant . Quarum auxilio speciosissimas ædes condidisse marmoribus & aliis ornamentis instructas , tantæ nobilitatis vestigia & antiquitatis documenta constantissima . Ipsæ mecum obstupescere videntur litteræ , cum præclara tua facinora non minus fortiter quam sapienter ac magnifice administrata prædicare instituunt . Venit in mentem Casale majus , cuius Præfetus cum esses eo bello , quod Philippus Maria Medioli- ni Dux adversus Venetum gerebat imperium , ita defendisti , ut nullo capi consilio ac robore siveris , cum ejus potiundi avidissimus hostis esset . Et erat quidem obsidio robore militum ad triginta millia , & omni machinamentorum genere apparata , & ductoribus cunctis sub Imperatore Picenino florentibus , qui omne validissimum oppidum populaturi primo videbantur impetu . Multa quidem ingentia de te fese offerunt , quæ prologorum compendio & brevitate potius , quam pro dignitate memorari dolent , & conqueri videntur , cum grande ex illis confici corpus & possit & debeat . Quæ aliis post memoranda relinquo . Quædam tamen præ illorum nobilitate reticere non possum , spreta prohemiorum formula . Malo enim ipse supervacua verborum copia damnari , quam meis pro viribus tuorum te laborum laude fraudare ; præstetque ut potius redundans , quam ingrata notetur oratio . Cum bello , quod supra commemoravi , eo res deducta esset , ut in Brixia captivitate aut defensione terrestris & Veneti pondus vergeret imperii , hostilibus copiis & ingenti exercitu civitatis urgebatur obsidio ; spes quidem hostibus , Venetis autem desperatio crescebat in dies , fames & inopia premebat obsecros , nec spes opis ulla dabatur . Campus enim tractus montanus in hostium potestate ita tenebatur , ut nulla adeundæ urbis via præstaretur , nec inclusi pro paucitate contra tot millia auderent erumpere . Tu igitur , Marcelle vir sapientissime , ad tanta pericula propulsanda , & malorum remedia excogitanda missus per sylvestria loca & rupes iniquissimas transvolans ex insperato urbem intraisti , civesque ac milites adeo animasti , ut te duce obsecrum per id tempus vehementer ab hoste Roatum Castellum , civitatis vere clavem , & Brixia columnæ ex hostium faucibus eripuerint . Subinde civitatem firmatam munitamque dimittens , ut moræ vir impatiens , assumpto millium circiter triginta exercitu , majore ex parte inutili , quippe qui commeatus absumeret , & cum hoste qui majores copias & vires reparaverat , congregdi longe impotens esset , per inascensa rupium cacumina , collesque tristilimos invictus velut Hannibal alter per alpes cursitans in agrum Veronensem revertisti . Eo sane adventu exercitum ipsum , cui brevi intra moenia pereundum erat , incolumem servasti , ac tractum omnem eis

nuncium dubium firmasti , debilem roboraſti , ruiturum ſubtentasti , donec illo ingenti exercitu ſubſidia maxima attulisti . Quibus quidem fortiter ac ſapientiſlime geſtiſ , cum vehementius hōstem adverſus Brixiam exasperaſſes , quoddam humanis viribus majus , & vix posteritati credibile facinus invaſiſti . Quod unum pro ſua magnitudine & admiratione ne omittatur expoſcit , & quod Xerſis Perſarum Regis facto non modo confeſſe , ſed anteferre non dubitaverim . Iſum , inquam , Regem potentia & audacia nobilitatum ſic navibus helleſpontum ſtraviffe , & in mari pontem conſtruxiſſe fama canit , ut exercitiū permeabile pedibus mare conſiceret . Opulentiſſimo regi facile fuit jaectis inter undas anchoris , in ſtratis tabulatis , ſalva rerum natura conſicere . Tu vero animi magnitudine , mentis acumine , ingenio perſpicaci terrefre iter ſtraviſſi navibus , & loca perasperrima , montanosque trāmites in Benacum Veronensis agri lacum non mediocrem clafſem myoparonum , biremium , triremium , & alia varii generis navigia induxiſſi ; cum interim Piceninus adverſis repugnatur apparatus a te fuſus proſligatusque proſuge-ri . Dædalum non tam mirarentur homines præpetibus pennis auſum ſe credere cælo , quam iſum tuum inventum laudibus & admiratione profe-quantur . Nemini dubium eſt , ea via , conſilio , & industria ſolvenda Brixiaꝝ quaquaversum obſeffæ adiutum patuiſſe , commeatu , pecunia , armis a-bunde ſuppeditatis , ejusque liberationem tuo acceptam beneficio referri de-beret . Et quoniam præ tuarum cupiditate laudum coepi verecundiꝝ fines tranſire , non verebor bene & graviter impudens eſſe . Quam præclarum fa-ſtum illud , quam rei Venetaꝝ perutile , quod cum Nicolaus Piceninus re-dintegratis iſtar hydraꝝ viribus Veronenses fines maximo cum imperii Ve-neti diſcrimine occupaſſet , & Vicentinum nonnihil agrum , & ingenti con-tra Comitem Franciſcum Sforciām foſſa & mumentis te ciñiſſe , & ap-paratu iſtructuſ maximo ſubſidio liberanda Veronaꝝ adventabat , nec ullus Comiti Franciſco tranſitus præſtaretur ; tu veluti Veronaꝝ Dictator , vi redactis in potestate montibus ab hōſte poſſeffiſ , per invia loca , rupesque vaſtissimas Comitem iſum Franciſcum , & militum quadraginta miſſum multitudinem in columem perduxiſſi ; tantumque Picenino terroris incuſiſſi , ut qui timendus antea fuerat , nunc denique timidus trajecto Athesi falu-tem fuga comparariſſet . Atque eo momento omnis citra transque Mincium reſ Veneta ab omni metu periculoque liberata eſt . An vero quisquam hu-jus ætatiſ eſt qui neſciat , cum urbe Verona furtim hōſtis potitus eſſet , & intra mœnia cuncta in potestate præter arces teneret armis , ad extruden-dos hōſtes imperatorem noſtrum tua ope , conſilio , & celeritate uſum re-paſſe ? Illum autem in tuaꝝ virtutis testimonium dixiſſe memoriae prodi-tum eſt : Marcella , tua non minus opera Veronam , quam virtute noſtra recepiſſimus . Teſtis eſt etiam iſula Padi , tuo duſtu & auſpicio in ea fuſum proſligatumque exercitum fuſiſſe ; qua clade non ſane mediocri nobilitata eſt . Noviſſime trajecto Adra fluvio , qui finis eſt imperii , cum adverſas ri-pas adverſariorum copiꝝ pro ſtatione tenerent , tantus eſt injectus terror , ut populationibus , incendiis , vaſtitati incuſtodiitus relinqueretur ager ; unde inſtigta illa & ſemper imperioſa Mediolanum ſuis in portis Venetorum affigi vexilla ſpectaverit . Quo præclaro & memorando facinore tuo auratae militiae & equeſtris ordinis iſignia , magnanimitatis & fortitudinis tuaꝝ mo-numentum meruifiſi , & approbante exercitu adeptus eſt . Dux igitur Philip-pus tantaꝝ rerum permutatione commotus , ut qui aliis antea bellum in-ferre longius ſoleret , nunc ad portas bellum fervore cerneret , mentem do-lore

lore saucius, ex ægritudine morbum contraxit, & paucos intra dies mortem obiit, Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras. Mox ubique populationes factæ, Laudum & Placentia sub Venetum venit imperium; &, ut fama constans, & una omnium lingua testatur, nisi livor æmularum, & felicitatis comes semper invidia, & hostis vaframenta, ne tuis sapientissimis consiliis Senatus Venetus fidem adhiberet, per infidias obsti-  
tisset, Mediolanum ipsum sub Venetorum juga pervenisset, atque inde illi universæ terra marique imperassent. Illud tua de continentia, integritate, innocentia, occurrit sacerulis omnibus celebrandum, Fabriciis, Curiis, Æmiliis, Catonibus sane conferendum, quod in tanta opum, auri, & spoliorum facultate, atque licentia, cum tui locupletandi (a) occasio, nihil divitior domum revertisti. Quin pecuniae publicæ parcus & sobrius administrator majorem in continenda, quam in adipiscenda pecunia gloriari collocasti. Nihil enim tam angusti animi esse, quam amare divitias; nihil tam fortissimi, quam illas ad liberalitatem munificentiamque convertere constitisti. His ipsis de causis Strabo e Græcia in Italiam nuper adventans triumphatus est tam illustrem nauctus hospitem; præsertim quia certior factus est, te, orbe peragrato, maria, terras, portus, insulas, littora, montes, lacus, flumiina, de quibus dicturus est, noscitare, & proinde eos tibi gratias habiturum, ut quorumque iter & cursus aget, nomen tuum diffeminet, maxime cum tantum opus, quod Pontifex inchoarat, mancum, imperfectumque reliquerat, Magnanimus eques Jacobus Antonius Marcellus confectum & absolutum sua opera & cura reddidit. Unde litterarii ordinis homines, & studiorum ac latinæ eruditioñis professores perpetuo sibi etiam atque etiam devinxit officio.

(a) deest verbum



## APPIANUS [1] ALEXANDRINUS.

Venetis, per Vindelinum Spirensem, MCCCCCLXXII.

*Ad Gloriosissimum & invictissimum Principem Alfonsum Aragonum  
& utriusque Sicilie Regem in libros civilium bellorum  
S. P. Q. R. P. Candidi [2] Prologus.*

**P**Arthurum Regem, ut ab Anneo accepimus, sine munere salutare nemo potest. Ego vero, glorioſiſſime Rex, cum tuam virtutem, humanitatemque considero, tum cæteras naturæ dotes, quibus inter  
ætatis nostræ Principes vel in primis illustris es, sublime ingenium, sum-  
mam

[1] Appiani Historiam e Græco in Latinum  
verit Philephus, non quod Reipublicæ Litterar-  
iae prodest, sed quod aliorum errata notaret.  
Quam invidus & male feriatuſ Vir fuerit Phile-  
phus, ignorat nemo. Sic ille in epistola ad  
Hieronymum Castellum lib. xxxi. pag. 219. Ego  
Appianum historiographum Latinum reddere sum  
aggrefus, ne istius vestri Petri Candidi Decem-  
bris barbaria & inficitia diutius Latinas aures  
inceptis suis obtundat.

[2] Petrus hic est Candidus Decembrius Vi-  
glevanensis, ex Parente Uberto natus, qui tam

Græcam quam Latinam lingüam callauit maxi-  
me. Ad ejus tumuli latus hoc ei prefigitur elo-  
gium: P. Candidus Viglevanensis Miles, Phile-  
lippi Marie Ducis Secretarius, subinde Medio-  
lanensem libertati prefuit, parique modo sub  
Nicolao Papa V. & Alphonso Aragonum Rege  
meruit, operumque a se editorum libros supr.  
cxxxvii. vulgaribus exceptis, posteritati memo-  
riæque reliquit. Plura de illo Cotta in Musæo  
Novariensi pag. 250. & Clar. Saxius in Hist.  
Typogr. Litter. Mediol. col. ccxci.

mani caritatem, summam continentiam, nulla ratione adduci possum, ut non pluris apud te fidem meam esse existimem, quam ulla opes: quippe cum te indigentibus & veluti e naufragio emersis, quamquam ignotis, offerre videam pias manus. Cæterum nec sine munere ad te veni, nec vacuis, ut ajunt, manibus tuam majestatem sum adoraturus. Nam cum priores Appiani libros Libycum, Syriam, Parthicum & Mitridaticum Nicoloao Quinto summo Pontifici, dum in humanis ageret, e græco transtulifsem; reliquos civilium bellorum commentarios, quæ Senatus Populusque Romanus invicem gessit, nondum editos aut perfectos a me, ad quem potius mitterem, quam ad te, invictissime Princeps, Hispaniæ pariter & Italiae nostræ decus, & qui non minus optimarum artium studiis & literis, quam armis inclitus es atque memorandus. Accipies igitur novum opus, nec indignum regio animo regioque conspectu tuo; sed quod cum priscis illis voluminibus, ab his qui historias scripsere posteritati traditis, facile conferri queat. Quod si in contrarium nonnulli refragentur, (ut æmulorum mos est) quem velint, ex Latinis in medium adducant, sive Crispum, sive Cæsarem, sive Curtium, sive alia vulgata doctorum nomina eorum, qui historias scriperunt, nullos ex his qui cum civilibus Appiani libris conferri possint invenient; si historiae pulchritudinem & varietatem, si orationum copiam, si bellorum magnitudinem, & eorum qui gessere gloriam & famam, non eloquentiae lenocinia metiri velint. Cujus tamen nec hi quidem omnino expertes sunt. Deinde cum Romanorum facinora omnia ut magnifica & præclara celebrentur, quid magnificentius aut præclarius ab illis actum asseremus, quam cum exteris relictis inter se vertere manus? Et quanquam illa nefanda & horrenda sint, illustria tamen habebantur, si ducum excellentiam, militum præstantiam, præcipuum in perferrendis rebus tolerantiam & prudentiam velimus recensere; ut in his quæ Mutinæ, quæ Perusii, quæ aliis in locis gesta & translata memorantur. Adeo quod doctis & Ciceronis opera quotidie versantibus, aut aliorum, qui de Romanis scripsere, nihil utilius aut necessarium magis dicet quispiam, quam historiam per partes concisam, & a variis auctoribus hinc inde disjectam, vixque quodammodo intelligibilem ordine suo inspicere; & quæ in philippicis, quæ in familiaribus epistolis & ad Atticum a Cicero ne præscribuntur intelligere. Ego medius fidius dum hæc lego, non audire Romanorum gesta ut haec tenus confueveram, verum intelligere, nec intelligere tantum, sed interest mihi videor; ita suo ordine singula apposita & descripta sunt. Quod a græco homine tam accurate diligenterque fieri potuisse, utique admirarer, nisi jam perspectum haberem & cognitum, quod luce clarius intueri datur, ex Augusti commentariis, quos de vita sua edidit (ut Suetonius refert) hos libros desumptos & exaratos extitisse: sed hæc suo loco in Illyriorum bellis, quæ ab eodem sunt gesta, sexto hujus operis aperte describentur. Nunc civilium bellorum motus, qui a Romanis prodierunt, referemus.

## CAII PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIA

Venetiis, per Nicolaum Jensonium, MCCCCCLXXII. (1)

*Johannis Andreæ Episcopi Aleriensis ad Pontificem summum  
PAULUM II. Venetum Epistola.*

**P**roperatio omnis jure reprehendi solet, Pater beatissime Paule secunde Venete Pontifex maxime, in iis operibus, quæ vix satis matuari queunt; quod ipse cum multis aliis in rebus sim expertus, in Pliniana tamen recognitione potissimum, quæ ejusmodi quidem est, ut semper incipi posse, nunquam digne absolvi, ac pro auctoris merito videatur. Sed quid facerem? tot undique flagitantibus, in nonum annum premi non potuit emendatio, ne futura quidem exæcta post nonagesimum. Versandi erant etiam atque etiam scriptores omnes latini græcique; consulendique non tantum sapientiæ principes, verum officinarum quoque omnium opifices; ac penita abstrusaque in artificiis omnibus & perscrutanda diligentissime, & eruenda planissime. Juvit sane ac mirifice juvit conatus meos, quod minime dissimulandum arbitror, vir summae eruditio[n]is & sapientiæ Theodorus meus Gaza; atque ita quidem, ut absque illo neque ego, nec (pene dixerim) mundus hoc munus fuerit impleturus. Codicum nostrorum lectio, ubi in manus hominum venerint, periculum de fæse præbebit nostræ diligentia. Conferentur cum iis voluminibus, quæ prius habebantur omnia, & ex librorum collatione judicii censura constabit. Quæ mihi sint visa plus habere difficultatis, emolumenti vero rectissime etiam inventa minus, ea sunt locorum quorundam nomina, & dimensionum numeri in situ terrarum positi. Potuissent tamen longissimo tempore ea quoque partim ex cosmographis, partim ex historicis, partim denique ex poetis atque oratoribus sparsim attentata & expressa nonnunquam colligi. Sed diuturnitatis prope immensa opus illud fuisse; & legentium plurimi sibi per fæse multa in dies efficient eo studio meliora. Qua in parte omnes humanitatis sectatores obsecro, ut ad communem utilitatem ipsi quoque sollertia eorum inventa proponant in medium. Nihil enim unquam aut tam exiguum & parvum fuit, aut adeo ingens, atque immensum, quod non fieret a pluribus melius. Rudimenta sunt, & inchoata quidem rudimenta nostræ recognitions, experiendo utique assidue profecturæ. Quod si in suis quaque regionibus animadvertentes jam minus resistenter lectori Plinium fuerint annisi cognitos sibi situs sollertiau[m] emendare; & vetustatis tenebris ex parte incognitis præsentium nominum lucem præferre, & more doctissimum viros excellentissimos, tum res ampliter gestas, qua ex historiis mājorum,


(1) Si Beughemio, in Incunab. Typograph. pag. 110. assentimur, editio Pliniana primum Veronæ prodit ann. MCCCCCLXVIII. sed in dubium revocata videtur a Claris. Viris, Jo. Alberto Fabricio Bibl. Lat. Lib. II. cap. XIII. Michaelie Maittaire, Annal. Typogr. T. I. pag. 280. in notis ad num. 3. Scipione Maffeo Verona Illustr. Part. II. Lib. I. col.... denique ab Eminentissimo Card. Quirino, in Append. ad vitam Paulli II. S. P. pag. 206. Prima omnium quæ

extant, tribuitur ab Harduino, in Prooem. sua edit. Plinianæ, Joanni Andreæ Episcopo Aleriensi; at Veneta Vindelini de Spira MCCCCCLXIX. proculdubio præcessit: Romanam siquidem Pontificis Paulli II. anno dumtaxat VI. lucem prospectuisse fatis compertum est. Sunt qui autumnant editionem Venetam typis Nicolai Jenfon Gallici ann. MCCCCCLXX. prodiisse, sed revera hallucinantur, cum Jenfon in calce sua hujus editionis MCCCCCLXXII. epistolam Aleriensis conscriperit.

jorum, qua ex gestis recentioribus suis locis adjungere; ingens fiet illis gloria, legentibus utilitas mira, & voluptas impendio singularis. Juvare potest multis in locis hanc partem divini vir ingenii, & facundiae compositionis, prædecessor tuus Pius Pontifex Maximus Aeneas Senensis nomine, qui recto more Pontificum apud Romanos gentiles adhuc maximorum, qui soli maximos annales scriptitabant, historica dignitate plurima scripsit elegantissime simul atque doctissime. Possunt prodesse Præsules multi, immo vero omnes perdocti suarum diocesum loca designando. Europam certe longe melius maxima sui parte ac verius nos possumus, quam veteres omnes nosse. Hæc ipsa tamen ego quoque si vixerim, pro mea virili adhuc sum diligenter tractaturus. Sed est hoc quidem opus dierum multorum, hominumque doctissimorum atque plurimorum. Mensuræ quidem & fuere haec tenus certe, & erunt omni tempore inconstantes rationibus innumerabilibus, quæ in promptu sunt omnibus. Verum de cosmographia haec tenus. Cætera sunt ut ratione ad attingendum faciliora, ita propter rerum magnitudinem, pondus, varietatem prope infinita, dum a cælo exorsus Plinius quicquid in recognitionem hominum scitu dignum ad ætatem suam venerat, quicquid opifex rerum Deus, & deinceps parens natura crearat atque progenuerat, inexplicabili hoc ingentissimoque opere nulla oratione unquam satis laudato est complexus. In hac tamen tanta rerum summa illud est maxime animadversu dignum, & ante omnia memorandum, discere quantum quave in parte vita ex eo tempore ad nostram profecerit tempestatem. Detrivit illa quidem, quod facile assenserim, multis in rebus iisque clarissimis; sed aucta est in dignissimis pluribus atque utilissimis, de quibus exempli gratia pauca subnectam. Navigatio sparsum late orbem maxime omnium artium semper una conjunxit. Illa enim extrema Indorum Gadibus prope annexuit, & ab Æthiopibus ultimis ad Balticum usque mare discurrit, miscuitque res invicem ortas cælo diversissimo. Ceterum in navigandi arte quid habuit juste ac in parte rudis vetustas cum posteriorum inventis conferendum? Pyxis una magnete moderata plus habet commodi, quam omnis antiqua in contemplando navigatio. Res militaris nonne est erecta magnopere bombardis, pyxidibusque, & id genus multis, quos a sonitu sclopettos, aut zarbatanas, aut aliter rustice appellant, excogitatis, quibus vix montes, nedum arma murique possunt resistere? et si in hac parte scio multa veteres habuisse miri ingenii, & artificii immortalis. Mel cannæ saccar a Galeno dictum, a nobis succarum, vix veteres novere; cuius hodie tam multiplex & numerosa compositio est, ut ab ea parte suavitatis deliciarum omnis sit ad excolendam vitam industrie maxime introducta. Attingamne cetera, quæ exquisitissime Lampus Biragus multumque investigavit, &, ut puto, redegit in volumen? Hujusmodi multa lectione eruditur Pliniana, dum quæri ab eo cernentes singula acerrime & minutissime, permulta tamen habere nos experimur, quæ ille non paucis voluminibus, si suis quoque fuissent temporibus orta, explicuisset. Sed age quid in omnibus hominum inventis tanti unquam fuit, ut cum impressorum nostrorum libaria arte digne conferri & anteferri queat? Quam gloriam æternus Deus tuæ potissimum felicitati tribuit, quod alio quoque loco scripsisse me memini: ut te pontifice maximo id Romæ splendoris & utilitatis advexerit, unde ingenia monumentaque sapientum nulla unquam sint mundi senectute peritura; unde futura omnis ætas sit incredibiliter fese litterarum genere omni exculta. Quæ industria si fuisset apud

apud veteres, profecto & Plinii nostri excellentissima alia monumenta, & ceterorum caelestium hominum nostra ætate non desiderarentur. Equidem, Pater beatissime, Plinianam recognitionem amplissimo domino meo temporali Galiazo Sfortiæ Vicecomiti duci Mediolani inlytissimo statueram tua favente magestate delegare; sed existimavi aliquid me adhuc posse addere huic præstantissimo operi, quod sit deinceps illi Principi plus præbiturum voluptatis: quare in proximam additionem recognitionemque hoc illi munus reservavi. Tu si vides me jam tantopere vigilasse, ut quod prope factu videbatur impossibile, jam aliqua ex parte sit inchoatum, nunquam enim dicam perfectum; hanc meam voluntatem conatumque, munificentissime Pater, pro opere computa, & volentem, tanquam assecutum, quod tam enixe concupivi, gremio fove, juvaque auxilio. Tibi det Sancta Trinitas, caelitesque omnes chori, & primi omnium præsidies throni immortales tui Petrus & Paulus apostolorum Principes, ut te florentissimo & faustissimo diutissime Pontifice Christianus populus de orbe triumphet infidelium, & contumaciam debellet hæreticorum impietatis: quod ille impleat qui est sæpe benedictus in sæcula, amen. Romæ pontificatus tui felicissimi anno sexto.

Herenius Lugdunensis Episcopus, item Justinus ex philosopho martyr, item cum divo Hieronymo Eusebius Cæsariensis, serio posteritatem adjurant, ut eorum descripturi opera conferrent diligenter exemplaria, & solerti studio emendarent. Idem ego tum in cæteris libris omnibus, tum maxime in Plinio ut fiat, vehementer obsecro, obtestor atque adjuro, ne ad priora menda & tenebras inextricabiles tanti sudoris opus relabatur. Instaурatum aliquantulum sub Romano Pontifice maximo Paulo Secundo Veneto.



## REI RUSTICÆ [ 1 ] SCRIPTORES.

Venetiis, per Nicolaum Jensonium, MCCCCLXXII.

*Georgius Alexandrinus [ 2 ] Petro Priolo M. Filio [ 3 ] s.*

**P**rincipales dictiones de tribus rei rusticæ scriptoribus annotatas, ut tibi latinæ elegantia studioso patritio morem gererem, pro tempore brevissime enarravi. Quanquam aut plura annotassem, aut enarratus ea interpretatus essem, si mihi vel plus otii a lectione publica relictum, vel majus ab impressoribus spatum concessum fuisset. Nam tu optimus testis es, hos libros potius transcursum & in tumultu perlectos, quam diligentius emendatos fuisse; adeo me morbo graviter tentatum impressores urgebant. Cæ-  
ter,

[ 1 ] Si Maittaire, in Annal. Typogr. T. 1. pag. 217. præstanta sit fides, inter omnes quæ extant, princeps editio hæc connumeranda.

[ 2 ] Georgius hic est, qui Merula vulgo dicitur, quique Alexandriae Stateliorum natus, in Græcis atque Latinis litteris excelluit ita, ut merito Polyhistor, ac utriusque lingua parens dici possit. Ob ejus eximiam eruditatem, Mediolani cathedralm humanarum litterarum te-

nuit, eamque rexit annis decem. Post Venetiæ se fe contulit, Græcas ibi, atque Latinas litteras docturus. Qui, cum Venetiis decem supra octo annos infumpfisset, Mediolanum, unde exierat, rediit ann. MCCCCCLXXXII. ac vita concessit ann. MCCCCXCIV. xv. Cal. Aprilis.

[ 3 ] Ex Patria Venetorum Gente progenitus, ac studiis sub Merula addictus.

tera, mi Petre, si ἀκριβεῖς ἐπως rustica præcepta evolveris, magna ex parte sine tradente cognosces. Illius tamen & te, & reliquos, qui Catonis, Varronis, & L. Columellæ libros legent, commonefacio, ut de multis medicos consulant, alia ab herbariis discant, nonnulla a veterinariis requirant. Sed ante omnes eum adeant virum, quem diutius ruri versatum collendo agro, tuendo pecori, fructibus condendis, salgamisque faciendis egregie operam dedisse noverint: quando res disciplinaque rustica potissimum usu & experientia docente habeatur. Vale.

## AD L. J. M. COLUMELLAM

*Georgius Alexandrinus Dominico Georgio insigni patritio. S.*

Fanciscus Philelphus, quo primum magistro ad litteras Mediolani sum usus, quotiens a discipulis interrogaretur, immo vero ut est comis facilisque natura, eos ut de se multa quærerent hortaretur, illud duntaxat affirmabat, quod exploratum sibi certumque fuisset, nixus semper tum nostrorum, tum græcorum scriptorum testimonio. Quod si quippam vel parum constitisset, vel in præsens non succurrisset, non pudebat tantum vi rum scriptores evolvere, vel si per ocium id non licuisset, studiosos juvenes ad libros remittebat, locum indicans ubi quod consuleretur tractari explicarique putasset. Nonnunquam etiam si in exponendis auctoribus sententiā minus veram protulisset, tum autem ex lectione varia, aut ab alio vel æmulo diversum cognovisset, libenter sua damnata expositione, alienum sensum comprobabat. Adeo veram doctrinam colebat, tantaque ex fide discipulos erudithebat, ut numquam contentiosus in veritatem insurge ret, aut juvenum mentes iis præceptis pateretur imbuī, quæ aliquando cum dedecore & damno dediscenda forent. Admirandus profecto vir & ab iis in primis colendus atque sectandus, qui prompto & expedito ingenio prædicti honestam cupiunt eruditionem. Gregorius item Tifernus præceptor noster, numquam a me sine honorifica & grati discipuli præfatione nominandus, quod viam ad multa aperuerit, quæ non dico ignorata, sed vix animadversa a doctis viris nostro tempore fuerunt. Adeo acutus & exactus rimator romanæ antiquitatis & censor latinæ litteraturæ severus fuit, ut non modo id probatum elegansque duceret, quod priscorum usu confirmaretur, sed inter eos qui in bonis litteris illustres olim fuissent, judicium atque discrimen exigebat, quando quidem aliis eruditioni magis quam eloquentiæ conferret, contra in alio eloquentia major, quam eruditio spe ciatetur. Illud item ante omnia ab ingenuo præceptore, quæ utilitati discentium consuleret, vitari dicebat, id sibi fidei postulare, quod plerique omnes magistri facere solent, ut sine locuplete teste aut ratione constanti, quæ enarraret credi vellet. Et ut fuit omnibus bonis artibus tam græce quam latine instructus, & in nostra memoria doctissimus, ac sine dissimulazione præceptor verissimus, sic eos maxime omnium promeritus fuit, qui reconditæ alicujus & indubitatae doctrinæ amatores fuerunt. Sed quorsum tanta & tam longe de Philelpho Tifernoque repetita? Utinam post ea tempora, quibus latinæ litteræ diu turpiter oppressæ & indigne jacentes pauplum respirare & se erigere cœperunt, pulsaque fœda barbarie, majestas latina aliquantulum emersit, qui publice per Italiam profecti sunt, sive in publico salario conducti, sive privatis discipulorum impendiis legerent, aut

aut minus sibi arrogassent, aut quos docebant insolescere non docuissent: Nam jam excitatis studiis reque latina in majus crescente, si juvenes ingue & (ut par erat) ad diligentiam magis quam ad insolentem negligentiam instituti fuissent, nostris temporibus in romanam elegantiam exquisitamque eruditionem prope ventum esset. Sed proh nefas, perniciosam illam consuetudinem, qua nulla major peltis studiosis afferri potest, in scholas intulerunt: Ut quotienscumque paulo solertiorem discipulum naezi forent, plus quam conveniret e blanditi atque laudibus attollentes, hunc ex Plauti atque Terentii anima constare dicerent, in illo vim & copiam Ciceronianam plane spectari, alium Διὰ τὴν τὸν πυθαγόρου πελίγγετον per Pythagoræ regenerationem post longa tempora Virgilium referre, illum verum Nasonem effingere, hunc ita facere ut alterum Livium jam latini habere possint. Quæ nugæ eo superbiæ atque arrogantiaz multos perduxerunt, ut isto illiberali sermone & insano præcipientis judicio contenti spreto studio propalam de omnibus se dicturos pollicerentur, omneque scriptorum genus tractare auderent. Quod si unquam ratio gravior petita, vel firmius testimonium quæsitum fuisset, præceptoris verba recordati stulteque elati nil aliud respondebant, nisi pythagoreorum exemplo ἀντός ἐφί, hoc est ipse dixit, quamvis ipse non esset Pythagoras. Ex qua impudenti temeritate intolerabilique arrogantia lectiones tum variæ & dissidentes, tum perversæ atque confusæ nobilium auditorum habentur, & his potissimum diebus quibus in publicum commodum exprimendarum litterarum ratio barbaro invento barbaraque meditatione excussa fuit, ut saepe stomachatus fuerim: cum libros me conferente egregias & proprias dictiones jam sublatas videbam. Quam ne rustici scriptores indignitatem paterentur & præcipue L. Moderatus Columella, amicus quidam priscarum vocum assertor a me impestravit, ut inter multas curas gravisque labores collatis exemplaribus quo ad possem facundissimum agricolationis doctorem juvarem. Quod tamen onus cum a me deprecarer, acrius instare cœpit prolato codice quodam umbilicis geminis decorato, aurea fronte insignito, viridi aluta circumfecto, coccineisque litteris superbo, quem diceret ab eo fuisse exscriptum archetypo, quod unus ex eorum numero, de quibus paulo ante diximus, emendasset. In quo cum elegantes reconditæ & romanæ voces in obvias tritas & pervulgatas, & quod ægrius ferendum fuit, a scriptoris sensu alienissimas conversas offendissem, deploravi primum scriptoris latinissimi casum, tum ignaviam & arrogantiam sæculi nostri conquestus, L. Columellæ libros potius paulo diligentius perlegendos quam emendandos suscepi, quando intra xl. dies instantibus impressoribus res multorum alioquin dierum conficienda foret. Quare pro eo ocio quod nobis tunc concessum fuit, proque ingenio nostro & ea doctrina, quam perexiguam in nobis cognoscimus, multis in locis elegantissima hæc colendi agri præcepta juvimus, ita nobis temperantes ut nihil aut truncaremus, aut adderemus, mutaremusve, nisi quod nobis luce clarius constaret. Nonnihilque dubitavimus, utrum finem sexti libri recideremus, qui eadem iisdem fere verbis illic repeteret, quæ in tertio jam præcepisset. Sed cum nonnulla legerentur a superioribus præceptis vel in verbis vel in re discrepantia, nolui temere falcam alienæ messi (ut ajunt) supponere. Illudque satis habui, hac præfatione consilii nostri lectorem admonere. Quantum autem noster hic labor litteris latinis profuerit, te judicem facio Dominice Georgie facundé Senator magnificeque patricie, quem omnibus prope muneribus, quæ in

sanctissima atque amplissima republica maxima habentur, functionum gloriose videmus. Cujusque integritas generosum prudensque consilium dicendi que vis atque copia sive in agendis causis, sive in consilio patriæ dando adeo mentes auditorum intrat, penitusque in sensu omnibus penetrat, ut te velut tonantem saepe senatus admiretur & stupeat, arbiterque quodammodo curiae dicaris. Porro in veronensi praefectura tum vero patavina ea fuit cum justitia continentia, ut nullo in praefecto unquam aut magis temperata desideria aut moderationia remedia spectata fuerint, ita omni ex parte tibi ipsi imperans miti quadam austernitate placidaque constantia jura populis prudenter & fortiter dixisti. Quare factum fuit, ut te prima saepius desideraverit, genorosique patres sententiam tuam frequenter recordati ægerimme absentiam tuam ferrent. Populi vero humanitatem clementiam bonitatemque tuam experti, te non unius anni praefectum sed praefectorum vices perosi plurium annorum vellent, nimisque festinantes menses & per quam brevis ille videretur annus, per quem magistratum apud eos ageres. Cæterum ne te pœniteat in civilibus negotiis diutine versatum, atque semper magna tractantem res rusticas humilemque materiam legere, quando romani quondam patres iis manibus, quibus gentes domuerant, arva colerent, atque ex agris consulem dictatoremque accenserent, adeo opere rustico delectati, ut urbico oneri renunciantes ruri velut in portu & quiete vitam agerent. Apud cæteros etiam populos de cultura agri præcipere principale fuit, siquidem reges fecere Hieron Philometor Attalus & Archelaus, duces item Xenophon & Mago pœnus poenica lingua. Te præterea oblectabit scriptoris facundia & sermonis elegantia, qui in tenui rerum materia agrestique usu verbis non ex medio sumptis neque impro priis, sed nitidis apteque & commode positis utitur. In dandis autem præceptis & quid verissime & quid decentissime dicat respexit. Tum agricultorū rerumque rusticarum studiosos & docere voluit, & simul docendo delectare. Quod a mantuano vate absuisse, cum de satione trimestri præcipit, Seneca in quadam ad Lucillum epistola scribit. Rationem item collendorum hortorum a Virgilio prætermissam exceptit, adeoque scite et copiose horti dotes numeris absolvit, ut cum poeta divinus illam post se aliis memorandam relinqueret, de Columella divinasse videatur, cuius voices quasdam subobscuras & forsitan a pluribus ignoratas, ne legentem retardent, paucis enarravimus. Id quod in Catone & Varrone fecimus. Vale.

## I N F I N E

*Nicolao Jenson Gallico Franciscus Colucia Verzinensis. s. p. d.*

**E**T si nihil gratius duco vir præstantis ingenii, quam tuae obsequi voluntati, tamen cum a me Palladii de agricultura opus ut emendarem efflagitasti, dubitavi (fateor) nunquid onus susciperem. Videbam enim quam id mihi difficile futurum esset, qui cum unum & item alterum exemplar paulo ante percurrisse, vitiata ea ac diversa non paucis in locis ita repereram, ut non nisi acri judicio discerni posset quæ vera esset lectio. Sed cum eam tibi de me opinionem esse animadverterem, ut putares procul dubio facultatem mihi non defutaram, si voluntas adflet, non potui non rem aggredi, ne tibi persuadere posses me non tam non potuisse, quam tua causa cui etiam majora debo, noluisse. Sed gratias ago deo opti-

optimo maximo: qui pro sua benignitate meis orsis secundos est impertitus eventus. Exceptis enim non pluribus quinque locis ubi licet verba interrupta videantur, sensus tamen elici facile potest, cætera omnia (ut equidem arbitror) ita sunt pro parvitate ingenii mei emendata, ut si qui legerint eis a me satisfactum iri non dubitem. Cæterum illud non omittam, Palladium non modo quæ apud Catonem, Varronem, Columellam, Martialem, Magonem carthaginem, atque alios tum latinos, tum graecos qui de re ruitica scripsere, optime tradita invenerit, excerptissime: sed etiam quæ subinde usus cunctarum rerum magister mortales docuit scitu digna, collegisse, & in hunc libellum quam diligentissime elegantissime contulisse. Cujus ut præcepta magno erunt agricolis adjumento, ita filius dicendi pro qualitate materiæ adhibitus viris etiam eruditis voluptati non mediocri. Vale.

PLAUTI [1] COMŒDIÆ.

Venetiis, per Vindelinum de Spira, MCCCCCLXXII.

*Reverendiss. in Christo Patri & Domino Jacobo Zeno [2] Pontifici Patavino, Georgius Alexandrinus [3] salutem plurimam dicit.*

**L**Ibet laboriosi mei conatus, ne dicam temerarii, difficultatem iis verbis præfari, Reverendissime Pater, quibus apud eum Poetam, quem pro virili nostra correndum & emendandum sumpsimus, Toxilus servus & pauper amore suum gravem, modestum atque ærumnosum conqueritur:

Qui amans egens ingressus est princeps in amoris vias  
Superavit ærumnis suis ærumnas Herculis.

Nam cum leone, cum excedra, cum cervo, cum apro ætolico,  
Cum avibus stymphalicis, cum Antæo deluctari mavelim,

Quam cum amore: ita fio miser quærendo argento mutuo,

Nec quicquam, nisi, non est, sciunt mihi respondere, quos rogo.

Nam Plautinæ viginti Comœdiæ, quæ ad hoc ævi dumtaxat extant, latinæ scilicet linguae delicie, rerum atque verborum venustate & festiva sermonis elegantia legentium animos mira voluptate afficerent, nisi pluribus in locis dimidiatae haberentur; & tum temporum injuria, tum litteratorum negligenti arrogantia, & librariorum infiditia depravatae forent; & sive gentium, sive naturæ historiæ non indigerent, atque tam Graecorum quam Romanorum prisca consuetudine & jampridem desita obscuræ essent. Quo fit ut frequentem ac curiosum lectorem non minus sollicitum faciant & vexent, quam si Cupidinis sagitta illa aurea confixus rusticam & in totum vir operosam virginem sequeretur. Quare qui provinciam hujusmodi duram ac fane perdifficilem cœperit, quippiam ille non solum amantis inconcessa, sed

pla-

[1] Princeps editio.

[2] Feltrensis primum Antistes, denique Patavinus. Nobilitate, doctrina, moribus a cordatis & sapientibus Viris commendatur. Ex ejus calamo Exercitationes nonnullæ prodierunt, Historiæ scilicet & Oratoriæ, quæ recensentur in Diario Litteratorum Italiae T. XVIII. Artic. XII.


pag. 410. & seqq.

[3] Idem ac Merula, de quo nuper locuti sumus. Primus hic fuit, teste Maittaire, in Annal. Typogr. T. I. pag. 314. qui publici juris fecit, celeberrimi, atque vetusti hujus Comœdias.

plane herculei laboris habere videtur. Is siquidem est Plautus, quem velati aliena lingua locutum majores nostri, quorum temporibus litteræ latinæ & florescebat, & summum conciderant locum, vix attingere conati fuerint, adeo ad ejus percipiendos sensus necessaria erat multiplex, varia, & exquisitissima quædam eruditio. Quam rem tum Varro ad Ciceronem scribens, tum Donatus Terentium explanans, testantur. Quod si quispiam nostro ipso sæculo, ubi pleraque veterum Scriptorum aut interierunt, aut fracta & mendoza habentur in tanta librorum inopia, & bonarum litterarum egestate, opus, quod prisci viri maësti ingenio, & omnifariam doctrinam præstantes, cognitu difficultimum existimaverunt, recognoscere & corrigere, immo abdita & pluribus ignota aperire temptaverit; is, si coepit sui aliqua ex parte compos evaserit, nimirum quid magnum effecit. Nam ut de octo prioribus taceam, quis duodecim Comœdias quadraginta abhinc annis repertas lectionis tum confusæ, tum falsæ, duodecim Herculis ærumnis apud Poetas famigeratis jure non comparaverit? In quibus corrigendis operam atque studium infumere velle, monstra persequi atque debellare quodammodo est. Siquidem non magis confici posse videtur rem in desperationem delapsam, & librum qui jaceat atque sordescat, in pristinum statum, pristinamque gratiam vel ex minima parte vindicare, quam leonem prodigiosum, qui nec ferro, nec saxis lædi poterat, devincere. Porro cum nec tantum dictiones examinandæ, sed litteræ atque syllabæ pensitandæ fuerint atque enumerandæ, ut ex earum propositu atque figura aliquid vel verum vel vero proximum aucuparemur; quo deprehenso undique multa erumperent, vel magis aperienda, vel plane confutanda; excedræ hoc quippiam habere videtur. Tum autem multa, quæ a nobis longe absunt, longeque insectantes relinquent, consequi temptasse; hoc certe fuit pernicem, &, ut nobilis poeta cecinit, æripedem cervam delassare. Ætolicum illum aprum vicinæ regioni formidolosum, magniloquentiam Plautinam jure dixerim, quæ amplitudine & religiosa veterum verborum majestate, quasi fulmen quoddam ingenia & eruditionem legentium attonare & concutere ita solet, ut non minus Plautinorum verborum vim & copiam, quam ruentis in se Apri impetum exhorrescant, immo fulgurantem Plautum trepidi expavescant. Aves stymphalicos argutolorum Grammaticorum interpretatiunculis, qui discipulos inter vera & falsa ducunt, comparare possumus. Nam quemadmodum innumerabiles illæ aves vicini agri fructus absumentes præ multitudine fugari non poterant; sic isti in finitimam pravitatem multa aliquin recta & emendatissima deducentes, mentes studiosorum juvenum vel falsa doctrinæ imbuunt, vel eos halucinantes reddunt: adeo turpissimo & manifestatio errato nunquam defuit assertor. Verumtamen numerosa hæc & impudens grammaticorum turba non æreo tinnitu, quemadmodum stymphalices paludis olim volucres abactæ fuerunt; sed vera ratione & multiplici veterum auctorum testimonio absterrebitur, immo fugabitur, atque proteretur. Deluctari cum Antæo est ea cognitione eaque eruditione, quæ per hæc tempora exigua haberi potest, velle in reconditos & peritissimos Poetæ sensus penetrare, & priscarum atque ignotissimarum vocum interpretamenta indagare; quæ quo magis enarrantur, atque aperiuntur, eo acrius & gravius, quasi sumptis a vetustate viribus, contra enarratorem insurgunt. Absunt præterea veteres Grammatici & glossematum Scriptores, a quibus tanquam ab amicis, non argentum mutuo, quod servus se nec invenire docet, sed quæsiones poeticæ, & minus usitatatarum dictionum etymologia atque origi-

requirenda erat ; & si qui fuerunt , nescio quid & modicum , & obscurum nobis dederunt . His omnibus accedit , unum tantum fuisse librum , a quo velut archetypo omnia deducta sunt , quæ habentur exempla ; qui si in manus nostras aliqua via venire potuisset , Bacchides , Mustelaria , Menæchmi , Miles , atque Mercator emendatores sane haberentur . Namque in his recognoscendis libros contulimus de corruptis exemplaribus factos . At septem ultimæ , ut in eas incidimus , quæ simplices & intactæ a censoribus fuerant , quanquam mendoza forent , multo veriores erunt . Sed quales legebantur octo illæ priores , in quibus pro quorundam intelligentia , quam pro eruditione , & docta diligentia , plurima in perversum mutata & inter se pugnantia offendimus . Hanc ego tam arduam , & tam immensi laboris rem veritus , præsertim cum viderem multorum damnandas esse opiniones , & eorum in primis , qui , sive mandante Nicolao Quinto Romano Pont. sive Alfonso Rege Apuliae , qui autores & Dii salutis bonarum litterarum fuerant , tam temere & barbare tum Plautinos sensus invertissent , tum sales venustos & subtile , insipidos & absurdos reddidissent , pene ab emendatione hujusmodi sum deterritus , nisi me potissimum hortati fuissent patriciæ duo generosa prudentia & spectata eruditione viri , Hieronymus Baduarius & Franciscus Minius , quibus cum multa perversa & falsa corrigi , & in veram lectionem redigi posse dicerem , ut hoc nomine rem latinam juvarem , singularique quodam beneficio & qui viverent , & posteros demererer , non desliterunt , donec me , ut hoc gravissimum & formidandum onus suscipiрем perpulerunt , continenter instantes , ut quoad possem revolutis tam nostris quam græcorum scriptoribus viginti Comœdias emendarem , ut aliquando legentibus voluptati , non fastidio forent . Sed neque ipsum , qui omnia me emendas dicam , aut amissa acquisivisse , aut defecta supplevisse , aut numeros ad certam regulam & libram , ut examissim quadrarent , redigisse , immo qui vel in meipso plurima desiderans multa ita ut inveni reliquerim . Illa enim tantisper a nobis vel demutata vel emendata fuerunt , dum sic esse ex diligent & multa lectione comperimus , quæ aut fallor , aut veriora veris sunt . Reliqua iis relinquimus cognoscenda & corrigenda , quibus major eruditio , majusque supererit otium ; quam modestiam si publici quondam censores fervassent , haud ita multa elegantissimi Poetae facete dicta perversa fuissent . Quale illud est , quod pro madulsa habeo , probe mulsum ; pro manta mane posuerunt ; & ignorantes quid significet in proverbio Romano , ve vicitis , ne mihi dixerunt . Et ubi scriblitæ legebatur , sub lite factum est ; & pro sartis tectis sancta leguntur ; & pro numero nunc Grammatici sane semidocti , ne dicam deridiculi , qui item oves Tarentinas , sic enim deprehendimus scripsisse Plautum , in frumentum mutaverunt . Alia item notavimus , quæ nunc consulto præterimus pro falsis scilicet redarguenda in eo opere , quod maturamus , jamque emissemus , nisi succisivo atque tumultuario studio Plautinas Comœdias coleremus . Tu vero interea Patavine Pont. cui nominatim emendationem hanc nostram dicamus , quod sis Pontificii juris consultissimus , & omnium sacrarum litterarum fons atque thesaurus ; quod vel ex hoc appareat , ut si quando de divinis humannisque rebus disceptatur , te omnes unicum adeant disceptatorem , & veluti oraculum quoddam consulant ; tuque ita prudenter & scite de omnibus respondeas atque judices , ut te unum nostra ætas habeat , quæ vere sanctarum legum interpretem , & disciplinarum patrem appellare possit . Has Comœdias leges , revolves & pensitabis , a studijs sane tuis non abhorrentes ; quip-

quippe qui in eloquentia non minus præstes , quam in sacris litteris , & acutis Philosophorum dogmatis sive præceptis . Quam rem gravissimæ illæ de mira arte elaboratae totiens cum summa laude & admiratione in conspectu Romanorum Pontificum habitæ orationes declarant ; tum decem illi libri , quibus Liviano exemplo in Decadis formam præclara illa avi tui Caroli Zeni facinora memoriarum prodidisti , immo immortalitati consecrasti ; nec finis eum interire virum , quem aliquando urbs hæc longe lateque imperans , Europæ decus & ornamentum , saluberrimæ Religionis propugnaculum , & , quod maris sit domina , cunctarum pene gentium communis patria assertorem habuit . Atque ita leges , ut si quicquam te offenderit vel eorum , quæ nos mutavimus , vel eorum , quæ infirmitatem ingenii nostri excedentia ut inventa sunt , ita manent , notabis & corriges ; modo sic esse auctoritate veterum & ratione antiquorum scriptis nixa constet . Res agitur communis . Comœdiae Plautinæ , quæ paucæ ad nos pervenerunt , ab omnibus juvandæ sunt , quicunque musas latinas colunt . Verum hæc exigunt acre judicium , quod plurima , multiplici , & assidua lectione habetur . Nam & Græcis Scriptoribus , & Varrone afferente , judicium Poematum est quid maximum & difficillimum ; quanto magis temporibus nostris , quibus vix bonarum litterarum principia percipi possunt . Quare si quis diligens fuerit & sedulus vetustatis explorator , poterit & ipse opem aliquam Poetæ veteri & eleganti ferre . Nos quoque ut secundius fructum nostri labores ferant , in commentarios conferemus , quæcunque a nobis sive emendata , sive aperta fuerunt . Lectoremque rogamus , qui Plautinas has legerit Comœdias , boni interim consulat , dum sive annotamenta , sive quæstiones nostras Plautinas ediderimus . Vale .



## ROBERTUS VALTURIUS [ i ] DE RE MILITARI.

Veronæ , per Johannem de Verona , MCCCCCLXXII.

*Ad Magnanimum & illustrem Heroa Sigismundum Pandulphum  
Malatestam , splendidissimum Ariminensium Regem ac  
Imperatorem semper invictum Præfatio .*

**C**redo equidem , nec sum nescius , dux & Imperator inclyte Sigismundi de Pandulpe , tanta est livoris & invidiæ nostri hujus sæculi malignitatisque perversitas , quam multos hoc meum incessuros opusculum , quod in tanta scilicet probatissimorum utriusque linguae scriptorum copia , qui accurate & eleganter rei militaris præcepta tradiderunt , ego potissimum ausus sim temere ac jejune libros de tanta re comminisci ; in qua primum censorum aciem struam , quam cœpti mei rationem reddam , quam de præscriptione operis hujus differendum quicquam putem . Inter istos itaque qui mea legent , novum immo antiquum & admirabile ho-

mi-

[ i ] Princeps editio . Hoc opus deinceps e Latino in hebreum sermonem transtulit , peregregius vir Paulus , cognomento Rhamnusius , professione Jurisconsultus ,

qui ob præclara merita Civium Venetorum alio adscriptus fuit . Rhamnusii porro versio Veronæ quoque lucem aspexit , teste Maittaire T. i. pag. 443. ann. MCCCCCLXXXIII.

minum genus fore scio, nec mihi soli ultimo hominum, verum primis ac maximis importunum, quibus nihil rite fiat, quibuscum loqui si cœperis, fastidian singula, sua licet non edant, indignenturque numquam in sententia permanentes, si veluti muta & rationis expertia vitam silentio prætereas. Nonnulli veluti sues in luto grunientes quum norint forsan ad hanc immortalitatis & gloriae partem ex litterarum & ingenii sui conatibus aspirare non posse, nec invenire, nec explicare sermone quod fuerit inventum, incassum me laborasse contendent; & quoniam nixu ipsi suo minime juvabuntur, nullum adjuvari posse censemunt. Alii velut apum fuci & improbissimi Sicophantæ solita libidine omnibus detrahendi & ad singula quæque carpenda proni & ingeniosi, non deerunt interpres, qui calumniabuntur singulorum ordinem, eo pacto scientiæ famam sibi aucupari credentes, qui puerilis jaetantiae studio tenebuntur obnoxii; quum olim consueverint adoloscentes ab insigni accusatione aliqua primum nomen auspicari, Formionis peripatheticæ sectæ philosophi, aut Sergii Galbae persimilem me dicent. Alii, cum nitida ego, ut illi, cute & corpore propter umbram molli, nullo unquam vulnere admisso, de re militari, de fortitudine ac ignavia Ducum, de instruenda acie, de loco castris capiendis idoneo multisque id genus verba facturus sim ad eum maxime Ducem, qui & castris nutritus sit, & exercitus maximos duxerit semper invictus. Erunt & alii porro monstruosí Lucifugi, qui falsam scientiæ persuasionem induent, sub peritiæ tamen ostentatione, ac doctrinarum suarum opinione multa sibi arrogantes, & intra se se nescio quid inepte cornicantes, quique non tam criminibus quam maledictis annitentur obrue-re; quorum voces tumentiaque verba minime perhorrescens nihil pluris ego faciam, quam Demetrius ille, quem dicere solitum accepimus, eodem sibi loco voces esse imperitorum, quo & ventre redditos crepitus: quum nihil pene intersit, qua parte corporis sursum an deorsum turpiter sonent. Acrius urgebunt alii & inculcabunt mihi illud satyricum: Tenet insanabile multos scribendi cacoethes: illius oblii non minoris in satyra, est quoddam prodire tenus, si non datur ultra. Quos omnes eti possum jure meo repercutere, malim tamen æquo animo intactos linquere, maxime quum haud quaquam ex eorum sim numero, qui æmulis carere velim; & eo sint studio & ingenio proiecti, ut nihil reprehensibile, nihil nisi ad unguem perfectum habeant. Non pigebit igitur, si qua me inconsulte præterierint, quanquam mea diligentia & curiosa perscrutatione veterum ex libris explorata omnia esse sciām, vel amicorum, vel eruditorum monitu si vera fuerint emendatione corrigere, si minus, Democriti potius risum, quam Heracliti lacrymas sequi velle. Non enim ægre feram, hanc esse de scriptis meis existimationem, ut qui nesciunt, doctissimos, gravissimos, sanctissimosque viros ab æmulis, quibus referta sunt omnia, perpetram talia perppersos esse, intelligent. Atque ut a Poetis initium sumam, qui sunt multo antiquiores, quam historici, quam oratores, quam cætera scriptrorum genera, Homerus primus omnis philologiæ dux & antiquitatis pārens, divinarumque omnium inventionum fons & origo fuit; haudquam tamen sic posteritatis studia restrinxit, quin æmulos haberet quamplures qui & labantem & cedentem oneri, & dormitantem eum nonnunquam appellant; sed zoilum illum inprimis, quod mirabere, qui a Macedonia Alexandriam profectus optavit sibi cognomen ut Homeromastix appellaretur, quum sua Ptolomæo regi contra Iliadem & Odysseam scripta compa-

rata recitaret, quanquam ante annos mille diem obiisset Homerus. Māronem vatem Mantuanum disciplinarum omnium cognitione ad unguem excultum, & cuius anima, ut inquit Flaccus, candiorem aliam non tulit terra, ab C. Caligula nullius ingenii, a M. Vipranio Repertore, a Cornificio Evangelo, Cabillo Pictore, Hærennio Perillo, Faustino, Octavioque Avito, ac multis aliis non tanquam imitatorem, verum etiam tanquam defloratorem & veterum compilatorem publicumque furem novimus esse notatum. Hæc eadem a malivolis passus est P. Terentius Comicorum summus, qui Comœdiarum Prologos in defensionem scenis dedit. Urgebant enim, Comœdias eum omnes a Polodoro ac Menandro transtulisse, & a Lælio Scipioneque in scriptis sic adjutum, ut merito non sua sed aliena pro suis edentem criminarentur. Sunt qui non tam ab his, qui tum adolescentuli forte fuere, quam a Q. Sulpicio Gallo, qui consularibus ludis fabularum dandarum initium fecerit, vel a Q. Fabio Labeone, & M. Pomilio consulari utroque ac poeta viris, ut pote quorum operam & in bello, & in otio, & negotio nedum Terentius sed Senatus Populusque plerumque Romanus fuerit expertus. Quis M. Tullio Cicerone doctrinarum luce in eloquendo ornatior, quis felicior in explicando, quis in persuadendo potentior? qui in arce romanæ eloquentiæ stetit, id necdum inter ætatis suæ homines, verum apud posteros affecutus, ut ejus non Arpinatis cujuspam hominis, sed animatæ divinæque potius eloquentiæ nomen habeatur. Obtrectatorum tamen morsus evitare non potuit, quominus in eorum linguis incideret; hunc enim Græci repetundarum dignum accusari censem, quod ea litteris mandaret, quæ haud primum ex se forent inventa. Criminantur alii incomposite eum loqui, & non modo tumidum, sed redundantem in repetitione, nimium denique atque verbosum, quum tamen mos sit ei profundam rerum scientiam sub brevitate verborum tegere. Martianus Capella vitiosissimum in clausulis reperiri eum, turbante numeros quadam permixta confusione dicit. Nonnulli quoque inter maximos viros tam prodigiosi extiterunt, in quibus sunt Gallus Asinius Calvus, & Largius Icinius, cuius liber in fugillationem ejus atque notam etiam invulgatus fertur infami titulo Ciceromastix, ut scribere ausi sint, oratorem maximum impropie atque inconsolute locutum: quos itidem, ut in oratione etiam sua Vatinius testis est, ob insignem linguæ festivitatem Consularem cum securram minus puduit appellare: quodque magis mirabere, tanta est judiciorum varietas. Extat ejusdem Ciceronis de optimo genere dicendi liber, tale tamque ex alto sumptum opus, ut idem in epistolis ægre attigit; a M. tamen Bruto, ad quem & cuius precibus scriptus erat, eruditio viro licet, & scribentis amico, non probatur. Quis Demoithene, in tanta Grajorum hominum eruditione, oratoriæ artis præceptis, & dicendi usu ac majestate præstantior? Et quanquam, cum dicturus esset, concursus in audienda causa ex omni Græcia fieri solitos monumentis Atticis atque Latinis memoriarum proditum sit; attamen hic ipse hujus, quem modo diximus, Ciceronis aures persæpe non implit. Quis Epicurum intoleranda superbia detrahentem omnibus non audivit Pythagoræ, Empedocli, Democrati, quem amicum licet, totis voluminibus lacerasse traditur, quod in Philosophia paululum a se, suisque insanis opinionibus discordarent? Democritum, a quo quæ sciebat in philosophicis cuncta didicerat, & quem exigua mutatione verborum in omnibus sequebatur, hunc acrius innuebat; nempe qui magistro caruisse gloriatetur, & videri vellet. Secuti sunt in hac detrahendi libidine Epicurum

## [ CXXIII ]

Metrodorus atque Hermanus supra dictos quosque philosophos lacerantes, nec ullius magnitudini parcentes aut gloriæ, quando idem Epicurus mirum in modum Platonem spernit, & contumeliosissime Aristotelem vexat adversus Tritatum hominem in dicendi nitorē tantum, ut ob divinam ejus eloquentiam Aristoteles Theophrastum appellaret. Scito sermone & Attico invenitur scripsisse etiam fœminam ac meretriculam quidem. Fuit & Zeno ipse maledicus & aspernator non immodice, qui & Chrysippum philosophum acutissimum & ejusdem sectæ nominans, contemptim non Chrysippum, sed Chrysippam semper diceret; nec modo qui tum erant, Apollodorum, sive cæteros coetaneos convitiis ac maledictis incesseret, sed parentem, inimico deum philosophiaæ Socratem, latino verbo usus, quo mordacior, credo, eset, scurram Atticum appellaret. Similiter qui de Platone Xenophontequæ duobus Socraticæ amoenitatis luminibus exquisitiissime scripsere, non affuisse ab ipsis motus quosdam tacitos, & occultos simultatis & æmulationis mutuae putaverunt. Fuit & Annæ Senecæ in Fabium Quintilianum, & Quintiliani in Senecam detracþio non levis; & quamquam ambo excellenti ingenio & doctrina viri, eodem calo geniti, quos ætas, quos professio pene junxerit, sejunxit tamen ideo parium, immo disparium pestis livor, ut nec Fabius Senecam ore pleno probare posset, nec ille de Fabio, pari referens, nisi contemptissime loqui. Livium historicum celeberrimum, tametsi lacteum sibi alii, alii uberem & beatum eloquentiæ fontem vocent, Caius tamen, ferox, fateor, princeps, sed minime rudis, ut Senecæ dicta commissiones meras, & sine calce arenam dixit; ac verbosum hunc in historia negligentemque carpit, cui & Pollio Patavinitatem quampiam dicit inesse. Salustianæ orationis brevitatem, qua nihil apud eruditos elegantius, nihil potest esse perfectius, maligne etiam reprehendere, insciteque obtrectare plerique conati sunt. Utque ad sanctos Patres convertatur oratio, quis Hieronymi contentiones non audivit, non legit, cum Rufino Aquilejense, cum Joviniano, cum Vigilantio, quem nonnumquam proprio, nonnumquam mutato nomine dormitantem appellat? Quis ejusdem cum Augustino non vedit epistolas, & quum contentionis studium & voluntas forte absit, more sanctorum, in quibus illi duo omni genere doctrinæ, & vitæ sanctimonia, omnium judicio excelluerant; æmulationis tamen non parvæ speciem quamdam præ se tulisse haud dubie visi sunt. Cyprianum in omni genere oratoriæ artis admirabilem, & cuius ingenii facilitatem, copiam & suavitatem admirantur omnes, a peritis tamen quibusdam accusari deriderique solitum legimus, & una sui nominis littera immutata Caprianum appellari, quod ingenii tam divitis venam ad dominicam orationem ac humilia quædam alia litterarum ignaris solum endanda convertisset. Ad postremum quum constet, ingenii omnis ævi præcellentibus unum hoc venenum, unamque labem invidiam extitisse; non mirum tibi Sigismunde, nec cuiquam videri debet, si contra me pusillum hominem & indoctum scholasticum quidam & circumforanei rabulæ latrent atque desväiant: quocirca lectorem etiam humanitatis jure postulo, quisquis ille erit qui viderit hæc, ne jurgiis infestetur, conterat, vel detestetur. Verum si ab initio legerit, perlegat quoque & in legendō quæ alibi norit, quum nihil scribi omnino nova inquisitione possit, minime tanquam iniqua repudiet, satisque esse judicet, non esse hæc nec in compitis, neque in tabernis litterarum ludi valde protrit. Illud denique peto, ut non erudiendi ostentandique novi aliquid magis quam restaurandi gratia quæ

deperdita erant clarorum virorum testimonia , quasi majorum demonstra-  
 tione vestigiorum scripta hæc aestimentur : atque ut ejusce deperditæ rei  
 notitia plenior habeatur ab ipsis ( ut ita loquar ) cunabulis scriptores ejus  
 autores recensesebo , quos & multos & præclaros tam Græcorum , quam  
 Latinorum , aliarumque gentium fuisse comporio : Demetrium scilicet Pha-  
 nostrati filium , Phalereum , Democritum , Xenophontem , Pyrrum Epyrota-  
 rum Regem maximum , Iphicratem Athenensem , Anacharsim Seytham ,  
 Cincium , Julium , Higinum , Catonem Censorium , Marcum Varronem ,  
 M. T. Ciceronem , Cornelium Celsum , Martianum , Modestinum , Mar-  
 cellum , Sextum Julium Frontinum , Vegetum Renatum Patrinum ; his  
 minus omisimus , quæ a Romulo , Numa Pompilio , Tullo Hostilio , Anco  
 Martio , Tarquinio Prisco , Servio Tullio ex Regibus ; ex Cæsarum vero  
 & Augustorum familia Julio Cæsare , Divo Aug. Divo Trajano , Adriano  
 quoque instituta , inventa , commutata , vel revocata sunt : quorum pene  
 omnium libri qui scripserunt cum vel temporum vitio , vel jactura qua-  
 dam nostra deperissent , illique ipsi qui fato minus essent absumpti in mul-  
 tis deficerent , quæ ad rem spectare videbantur ; suscepit laborem novæ hu-  
 jus commentationis tuo tantum nomini dedicandum . Nullus enim occur-  
 rebat alius , neque amore aut errore teneor in tanto nobilium Ducum &  
 Imperatorum numero , cui jure tuo munus hoc dedicari dignius posset .  
 Quippe qui hac solus tempestate castrorum filius , exercituum parens optimis  
 quibusque doctrinis & artibus belli imbutus clarissimis exacti temporis  
 ducibus peculiari quadam amoris gratia militaris hujus rei afficeris , vitam  
 illorum ac gesta studens æmulari , eoque libentius id effici , quod concilium  
 caelestium terrestriumque in sedibus immortalitatis te collocasse vide-  
 bam , omnemque inclytæ domus tuæ gloriae , subditorumque populorum  
 spem in tuam potestatem transtulisse , ut non aliter ac Dei nutu sine du-  
 bio factum sit , quod tam arduus ecclesiæ romanæ casus emerserit , quo  
 heroicam divinamque illam virtutem tuam facile posses ostendere . Nec ægre  
 feres de te audiens quod aliquando de summatibus viris & illius tribus di-  
 gnum est , & litterarum custodiæ traditum : ut enim Hectorem & Achillem  
 Trojani belli celebritas claros fecit , innumerabilis Xersem exercitus , & Ma-  
 rathonia pugna Miltiadem , Camillum Galli , Manlium Capitolina defen-  
 sio , Scipiones Carthago , Cymbri & Teutones Marium , Pompejum Mi-  
 tridates atque piratae , Cæsarem Britannia , Gallia atque Theffalia , sic te  
 divina signa per omnes Italiae oras , per omnes exteras nationes notissimum  
 clarissimumque reddiderunt , cum Eugenio Pontifice maximo , omniumque  
 sanctissimo præside , tu gentibus ejus adversus egregium sane Ducem Fran-  
 ciscum Sforciam socerum tuum potentissimum ac acerrimum dominici tune  
 gregis hostem , adversusque Florentinum Venetumque populum Imperator  
 invictus adesses ac sacrosanctam Ecclesiam ejus gentibus laceratam & armis  
 oppressam brevi temporis curriculo contra communem omnium opinionem  
 ad summum dignitatis suæ culmen instinctu divinitatis , mentis magnitudi-  
 ne , ductuque tuo consilio & autoritate provexeris ; neque aliter illum  
 ipsum castrensem impetum atque conatum tuum , qui præcesserat contra  
 hæc ipsa ecclesiastica signa & illum Tarragonensium regem Alphonsum Phi-  
 lippumque Mariam Insubrium , Ligurumque ducem bellicosissimum reor  
 extitisse , nisi quia maxima vi maximoque discrimine modestia tua illustran-  
 da erat ; ac veluti cali temperiem venti imbruesque commendant , ita ad  
 augendum tuæ dignitatis cumulum apud pontificem , apud omne genus  
 homi-

hominum illum tumultum hunc spectatissimum triumphum præcessisse crediderim; ut quot in illo turpitudinis notas extingueres, tot in te triumphales coronæ resulgerent. Convenientissimum præterea videbatur, ut cui merito omnia deboe, & imperio subsum, ipsi meum, siquid esset præ cæteris dicaretur ingenium: sperans denique id fore morte obita, ut ad posteros aliquando non inglorius commigrem & vivam; ubi si immortalitatem illam quam omnes expetunt, pauci vero assequuntur, vel ipse non assequar, gaudebo tamen tuo augusto paternoque nomine, cui hoc de re militari opus inscripsi consecravique, me diuturnam lucem, & sempiternam quandam gloriam adepturum, qui fortasse sine te, qui multis me ad scribendum rationibus impulisti, in tenebris abjectus jacuisse. Sit itaque tuo tantum nomini dicatum; & quid de te mihi pollicear videoas obsecro. Numquam enim hujusc libri exordio nomen ipsum legetur tuum, quum passim & ubique gentium sublime magnificum prædicetur, quin mihi splendoris & gratia plurimum sit allatum. Putabunt enim singuli, ad quos liber iste pervenerit, non parva nec inutilia se percepturos, dum tam splendidum, tam præcellens, tam illustre ipsis primis apicibus nomen tuum intuebuntur & legent. Suscipe igitur clementissime ac optimè princeps Sigismunde Pandulphe, gratissimis ulnis munusculum hoc exiguum, licet ab animo tam tibi deditissimo tuique amantissimo profectum, intentiusque leges, quum aspirare tibi inter plurima strepentum occupationum tuarum agmina licebit: invenies profecto plurima in hoc opere, quæ tibi sint aut voluptati maximæ legisse, aut ornamento vidisse, aut usui meminisse, quippe quæ præceptis & exemplis suis oblectare atque instruere bene institutum animum possunt. De cuius causis nihil attinet plura nunc differere, quum quidem singulæ partes ejus destinatis aliquot voluminibus explicandæ sint, quæ ordine suo tunc demum prosequar, quum præfatus fuero pauca quedam de ipsius rei origine ab aliis pene omnibus omissa Scriptoribus; quam reor ad universæ etiam rei descriptionem ab aliis quoque pluribus intactam maxime profuturam.

## P E T R I D E A B A N O

C O N C I L I A T O R D I F F E R E N T I A R U M P H I L O S O P H O R U M .

Mantuæ, per Thomam Septem-Castrensem & socios, MCCCCLXXII.

ante Tractatum de Venenis. [ 1 ]

*Reverendissimo in Christo Patri & Domino Domino N. Divina Providentia Summo Pontifici. [ 2 ]*

**P**etrus de Abano minimus Medicorum cum devotione præsens scriptum tam vestræ petitioni, quam pro debiti solutione afferre, juxta posse obedire propono: ut Sanctitati vestræ tum ad profectum corporis, tum ad scibilia coaugenda tractatum utilem quam brevem non minus de venenis

[ 1 ] Satis superque de Petro Apone, celeberrimo Mathematum, reque Medicæ Professore, ornatissimus Vir & Comes Joannes Maria Mazuchelius in suis Commentariis de Scriptoribus Italîs differit.

[ 2 ] Quamvis nomen Pontificis in epistola

non innoteat, facile tamen suspicari possumus, Librum de venenis, eorumque remediis Honorio IV. Petrum nuncupasse, cum alios eidem Pontifici, Mercklin, ac Mangeto præsertim testibus, sanitatem restituerit.

[ C X X V I ]

nenis inscribam. Primo siquidem divisionem faciam de venenis, sunt enim nobis magis nota quæcumque per partes dividunt quoddam totum. Secundo unumquodque divisionis membrum resolvam, hinc ad terminum singularem; sic enim cujusque rei scientia completur, a generalissimis ad specia-  
lissima descendendo. Tertio describam modum secundum quem venenum mortificat, & nocumentum inducit humano medicinæ corpori proximatum: inde namque notitia curationis in arte medicinæ versatur. Quarto sermo-  
num faciam de præcautodia & cautela, ne aut venena propinentur, aut si propinata non noceant: præcautoditiae enim ars est curativam excusans. Quinto signa ponam & curas ad quodcumque venenum assumptum, & ad ejus nocumenta introducta. Sexto & ultimo virtutes Bezoarticas, idest a morte liberantes occulta virtute potius, & divina quadam complexione vel natura ad quodcumque venenum describam: & cum hoc solvens quæstio-  
nes duas difficiles valde, quarum prima erit de theriaca magna, utrum the-  
riaca sit alicui veneno bezoar vel medicina. Et secunda erit, utrum ve-  
nenum aliquod possit ad certum tempus taliter exhiberi, quod ex eo quis ad illud tempus moriatur, & non ante.



## LEONARDI ARETINI [1] EPISTOLÆ.

MCCCCCLXXII. fine Anno, loco, & Impressoris nomine.

Reverendiss. in Christo Patri O<sup>r</sup> Domino Jacobo Zeno [2] Episcopo  
Patavino, Antonius Moretus [3] Brixiensis, O<sup>r</sup>  
Hieronymus Alexandrinus [4] S. P.

**I**N emendandis imprimendisque Leonardi Arretini Epistolis, Patavine Pontifex, libenter tibi paruimus. Turpe enim erat tibi apprime eru-  
dito nolle perliberter morem gerere: quum præsertim in hoc & satis-  
facere tibi, ac ceteris impense doctis, qui minus invidia obsecrantur; &  
Leonardi lucubrationibus aliquam gratiam referre possemus, qui de nobis  
tam benemeritus est omnibus lingua Romanam colentibus. Quoi quæ vi-  
ro doctrina, & eloquentia sit, præter æmulos, omnes judicent. Doctissimi  
quoque omnes hujus viri admirabilem eloquentiam, ingenii acumen, ver-  
borum copiam, majestatemque sententiarum intueri poterunt. Completere  
igitur, clementissime Pater, hilari fronte opus, cuius te jampridem cupi-  
dissimum intelleximus. Scimus tamen plerosque livore quodam debilitari.  
Sed qui volunt, legant. Nos vero quanti fecerimus, hinc cognoscitur. Nam  
quidquid nobis erat pecuniarum, lati impendimus. Bene vale, & nos, ut  
foles, ama.

[1] Leonardus hic est, qui de Brunis nuncupatur, & de quo superius verba fecimus, ubi de Bello Italico adversus Gothos loqui fumus. Novam editionem Epistolarum hujus celebrissimi viri, paucis ab hinc annis Florentia paravit Clariss. Abbas Laurentius Mehus.

[2] De hoc nobili Antistite, doctrina, moribusque per celebri, satis apud Ughellum.

[3] Laboriosum munus Correctorius, quo nulum Typographicæ arti magis necessarium, diligenterissime exercebat, sic affatur Eminentiss. D.

Cardinalis Quirinus, in Specimine de Brixiana Litteratura P. 1. pag. 54. De sollicitudine in emendandis Operibus, atque de ejus doctrina testes affent idem Eminentiss. quamplurimos, præfertim Sabellicum in epist. ad Dominicum Grimanum, annotationibus suis in Plinium præfixa: Antonius Moretus, inquit, homo ut nosci, nostratum litterarum perbellè eruditus, studiorumque fautor maximus.

[4] Idem ac Squarciaficus, cuius superiori loco meminimus.

[ CXXVII ]

OMNIBONUS LÉONICENUS VICENTINUS [ i ]  
DE OCTO PARTIBUS ORATIONIS.

Venetiis, per Jacobum Gallicum, MCCCCLXXIII.

*Ad illustrem Magnanimumque Principem Dom. Federicum de Gonzaga [ 2 ] Marchionem Omnibonus Leonicenus.*

**E**N tibi, humanissime Princeps, Grammaticæ libellus erudiendis liberi tuis accommodatus; quem a me tantopere petebas illustrissimorum Principum avi, Patrisque tui vera progenies. Nam & ipsi nihil antiquius habuerunt, quam ut liberi sui his artibus instituerentur: quibus ingenia magna ad excelsioris fortunæ cultum excitantur, quorum alter Victorinum Feltrensem conduxit (quem virum bone Deus!) ætatis hujus tam sanctitate vitæ, quam doctrina præstantissimum, ut inclytis Filiis, Genitor tuo, ac Fratribus literarum magister esset simul & vivendi præceptor. Illum deinde imitatus Genitor tuus optimus me dignum duxit condiscipulum suum, cui tantam in dolem traderet, tuam dico, Fratrumque tuorum erudiendam. In quo mihi utinam fortuna affuissest, studium certe non deerat. Tu nunc utriusque æmulus id præcipue curas, ut liberi tui bonis moribus, & optimis disciplinis imbuantur. Itaque ut eorum eruditioni pro viribus consulerem, hunc libellum, quem postulabas (quantum mihi per occupationes licuit) breviter & commode compilavi. Quem si diutius desiderasti, quam & Tu volebas, & ego opinabar; primum excusabis negotia mea, deinde ipsius libelli tarditatem utilitate pensabis. Vale felix.

[ 1 ] A natali solo cognomen sumpsit, scilicet a Leonico districtus Vicentini haud ignobili oppido. Inter illustres Joannis Ravennatis discipulos numeratur a Flavio Blondo, Ital. illustr. lib. iv.

[ 2 ] Ludovici Marchionis Mantuae, tum armis cum litteris celeberrimi filius, de cuius virtutibus fuse tractat Scipio Agnellus Mapheus in Annal. Mantuanis Lib. xi. cap. iv.

SABINI PARADOXA IN JUVENALEM

Roma, per Georgium Sachsel de Reichenhal & Bartholomeum Golsch de Hohenbart, MCCCCLXXIV.

*Ad Reverendum D. Nicolaum Perottum [ 1 ] Pont. Sypontinum per A. Sabinum [ 2 ] Poe. Lau. paradoxa in Juvenali incipiunt feliciter.*

**N**ON indignum esse arbitror, Reverende Domine, ad te ipsum scripta nostra dirigere, qui virtute ingenii eum dignitatis gradum concendi, ut magis poetica facultas tanto viro, quam ipse laurea per Divum Cæsarem Augustum Fredericum vertici tuo quondam imposita

[ 1 ] Juvat hic exscribere, quæ de Antistite Perotto in Pecto Italia, Jo. Matthæus Toscanus exhibet. Nicolaus Perottus ex Lentino Umbriae oppido, hodie Saxoferrato, Graeca Latinaque litteratura juxta clarus, Archiepiscopatum Sypontinum ob doctrinam, & virtutem meruit; in quo munere recte administrato, extrema jam senectute obiit apud Villam Fugicuwam ab ipso domino nomen fortitam. Husus ex officina prodidit Cornu Copie, sive Latinæ Linguae Commentarius, Liber omnifaria eruditione refertus, cu-

jus Lectorem nunquam collocare in eo opere posnabit. Quibusdam etiam alii Libellis ren Grammaticam juvit, & Polybium Latino elo quio expressit.

[ 2 ] De hoc viro in litteris exculto, judicium habemus apud Paulum Cortesium in Dialogo de Hominibus Doctis pag. 49. In aliquo numero inquit, fuit Angelus Sabinius Poeta, qui non sat, si non coniemni, probari etiam cupiat: quanguam multa sint in eo inaniora, nihilque varietatis adhibeat ad permulcendas aures.

## [ CXXVIII ]

ornatus fueris. Evidem nullo pacto probare possum eos ipsos, qui scripta plerunque sua potentibus divitibusque principibus, sed ignaris, dicatae solent spe quadam mercedis inducti; nam sic Musas ipsas pudicitia & morum sanctitate conspicuas in quæstu pro meretricibus sedere cogunt, quæ, ut Horatius inquit, nonnisi lotis manibus contingi deberent. O viros prophanos, o de humanitatis studio male meritos! Sed ipsi quoque nonnumquam scriptores arenæ semina mandaverunt, & eorum opera tineis corrofa cum ipsis pereunt, quippe quæ tanquam res inanis & divitibus ipsis incognita in aliquo aulæ loco tanquam in fimo relinquuntur. Ipse vero non spe præmii inductus R. D. Vestra nostrum constitui opus devovere, quæ libros torpescere, & situ vel forde aliqua squalere non permittit. Assidue enim, licet majoribus negotiis, & regimine patrimonii impeditus lectitas, & Catonem imitaris qui in senatum Homerum vel Hesiodum, quotiens a consiliis cessaret, deferens lectitabat; vel Julium Cæsarem in castris, qui quanquam militaribus studiis detentus statutam tamen horam litteris repetebat. Satis præmii mihi datum duxero, si viro doctissimo & honore poetico ornato aliquid placitum scripsero. Igitur cum per aeris intemperiem ab urbe Roma in Sabinos Cures me recepisse, Heroidibusque Nasonis poetæ inclyti heroas respondentes facerem, venit ad me vir quidam religiosus cognomine, ut dicebant, Praxiteles Sancti Francisci Ordinis, quædam in Juvenali perdifficilia loca interpretari poscens. Is quanquam Guarini Veronensis Carolique Aretini discipulum se profitebatur, tamen nescio quo Cornuti commentario magis fretus ceteris omnibus melius se Juvenalem intelligere, suisque sententiis reclamare nec quenquam posse existimatbat. Cujus hominis præsentiam cum pro religione & more in omnes meo venerarer, nec indignum mea responsione facere volui. Auctoritate ergo summorum historiographorum divinorumque poetarum adeo omnes ipsius simul & Cornuti opiniones opugnavi & confutavi ut se igni daturum Cornutum ipsum polliceretur, si quas opiniones ipse attulisset, litteris mandarem. Ego quoniam videbam menti ipsius opiniones nostras hærere, ut morem gererem me scripturum promisi. Quare R. D. ex variis, summisque auctoribus diuinis quasdam admirabilesque sententias collegi, ideoque paradoxa dici volui, quas ad D. V. impræsentiarum mitto. Cui tantum equidem tribuo, ut si ipse confirmaveris, non aliud quicquam obiicere possit, nostrumque opus, neque enim virtute ingenii mei, sed summorum virorum auctoritate mihi placeo, nullo paecto peritum videatur. Sed jam rem aggregateamur.

*Ad Reverendum D. Nicolaum Perottum Pont. Sypontinum  
per A. Sabinum Poe. Laur. paradoxa in Juvenali  
incipiunt feliciter.*

**S**Cripferam olim, ut tibi R. D. notum est, paradoxa in Juvenale, nec non postquam me in Urbem Romam recepi, ejus poetæ lectionem aggressus fui, in quo multa memoratu digna & plerisque incognita visus sum explicasse. Quæ omnia quæsita diu cum tandem in invidi hominis manus devenissent, ejusdem auctoris lectionem invasit; namque aliter licet temerarius nequaquam legere potuisset. Itaque ex alienis laboribus expositionem tanti auctoris exceptit, ac litteris mandare ausus fuit. Hanc cum quidam ex communibus auditoribus ad me tulisset, agnosceremque mea-

rum

[ CXXIX ]

rum arborum fructus dolui sane ac debui. Quin impressoribus opus meum committendum censui, ut poma, quæ ille ex agris meis surripuissest omnibus patarent, pariterque ea, quæ sterilis ejus campus, atque arbor produxisset apparerent. Conatur enim suis ineptis opinionibus fructus meos inficere & pro suis recitare. Quare opus fuit, ut altius multa repeterem, ejusque scripta confutarem, & errasse in plerisque ostenderem, ad judiciumque tuum referrem, quo nullum unquam eisdem de rebus dignius existimavi. Vale & quod recte scriptum erit tutari non desinas.

**H E S I O D I [I] T H E O G O N I A.**

Ferrariæ per Andream Gallum MCCCCCLXXIV.

*Bonnini Mombritiæ [2] Mediolanensis Præfatio ad Illustriſſ. ♂ Excellentiſſ. D. D. Borsium Ducem Mutinæ, ♂ Regii, Marchionenæ Estensem Comitemque Rodigii in Hesiodi Ascrei Theogoniam.*

Quis dabit ut nostros digneris habere libellos.  
Ignotumque tibi pauca referre velis  
Quis dabit Estenses humilis petat advena thronos  
Divinumque mihi fas sit adire Ducem.

**M**Ultus ad ingressum timidos tremor occupat artus;  
Nostraque non unus concipit ora color:  
Talia cum tacitus tecum meditarer: ab alto  
Auribus hæc dixit magnus Apollo meis:  
Quid metuis? metuant multoque criminè vitam  
Inficiunt: studiis nec valuere bonis.  
Omnibus iste patet princeps: aditumque volenti.  
Præstat: ad hunc multos attica pallas agit.  
Aspice quid crebris est semita vita poetis.  
Et quibus est curæ prosa soluta magis.  
Hoc Duce cecropias Academia liquit athenas:  
Inque ejus docto migrat ab orbe lares:  
Ingeniis animi surgunt. Spe Borsius omnes  
Implet: & haud frustra fert vigilasse viros.  
Fax quasi succedit: qui defecere labore  
Nunc stipe, nunc fessos denique rebus alit.  
Adde quod hunc pietas facit, atque modestia clarum  
Prudentem cuncti magnanimumque vocant.  
Vidimus hunc unum Ducas unumque secundis.  
A magno qui mos Socrate cepit iter.  
Quid si justitiam memorem: qua regna gubernat:  
Nec Numa collatus, nec Cato justus erit.

[ 1 ] Hæc Ferrariensis editio latuit præstantissimum virum Saxium, qui tantum Mediolanensem sine anno profert. Incompta tamen non fuit Michaeli Maittaire, qui in Annal. Typogr. T. 1. secunda edit. P. 1. pag. 333. illam collocat ad ann. MCCCCCLXXIV.

[ 2 ] Hexametrī versibus ex græco Hesiodi Theogoniam in latinum transtulit Mombritius, & fortasse quidem, dum Ferrariæ literis operam daret teste Ferrante Borsetto in Histor. Ferrar. Gymnas. P. II. pag. 298.

[ CXXX ]

Quo plus miraris: plus est mirabilis ille.  
 Non numerus meritis, non modus ejus ineſt.  
 Splendor in hoc & honos Italorum pereminet omnis  
 Præſentes ſuperat quique fuere præit.  
 Quam bene vos ſuperi populis præſtare dediſtiſ:  
 Qui populis certe præfore dignus erat:  
 O nimium felix, felix Ferraria tanto  
 Principe; fortunam fac tueare tuam.  
 Ille ſibi pacem largitur, & amovet arma.  
 Pax quoque per vicos, paxque per arva volat.  
 Ah quam ſublimi dignus ſedet ille cathedra.  
 Quamque capud dignum digna tiara capit.  
 Lux oculis: vigor eſt facie: de pectore virtus.  
 Exit & a vero denique Sole dies.  
 Aspice quanta manet cœleſtibus indita verbiſ  
 Gratia. quas charites dixeris eſſe pares?  
 Illius effigiem te vidimus ante timere:  
 Humanam quæ ſit viñcere viſa fidem.  
 Non adeo metui debet, quam debet amari.  
 Serve time: verum qui ſit amicus amet.  
 Ergo age deposito coram confide timore,  
 Et tua ſidereo ſcripta repone duci.  
 Parvaque conuerſi nec quod ſit imago libelli  
 Define, magna brevis ſæpe caperſit onix.  
 Dixit ut hæc avidas vox ipsa reliquerat aures:  
 Atque omnem a nobis abſtulit ille metum.  
 Sed jam propositum dux invictiſſime munus  
 Accipe: & aſcræi perlege ſcripta ſenis.  
 Divorum genus Hesiodus ſobolesque gigantum  
 Cantavit docto carmina digna viro.  
 Viſaque ſit quamvis tibi fabula: fabula lector  
 Te vocat: & multis allicit illa bonis.  
 Invenies quæ te nesciſſe fatebere multa:  
 Et quæ romanus non liber ullus habet.  
 Sed quid ago? noſtras Bocchacius intonat aures:  
 Dicere meque ſuo codice vera negat.  
 Seque deum genus & ſcripſiſſe volumina magna  
 Afferit, ah decuit dicere vera magis.  
 Ingenium Certalde tuum non damno, ſed ipsa  
 Tempora: defectis quæ caruere libris.  
 Hesiodum ſed tam juvet auſcultare poetam.  
 Græcus erat, noſtro nunc valet ore legi.

Ad decus, gloriāque Iuſtissimæ. quondam Ducis Borsii, Excellentissimæque Domus Eitensis: Ad Bonnini Mombritii, Hesiodique doctiſſimorum vi-  
 rorum famam perpetuamque memoriam: Peregrini Prisciani Nobilis Ferrariensis opera: Per Andream Gallum Ferrariæ hoc opus impressum eſt An-  
 no Legi Gratiae MCCCCCLXXIV.

## AMMIANUS MARCELLINUS

Rome, per Georgium Sachsel de Reichenhal, & Bartholomeum Golsch de Hohenbart, MCCCCCLXXIV.

*Ad R. D. Ludovicum Donatum [1] Episcopum Bergomensem præfatio  
in Ammiano Marcellino, per A. Sabinum [2] Poe. Lau.*


**N**ON possum non mirari, R. P. quosdam viros ita deditos annalibus antiquis atque historiis, ut si qua deinceps secuta sunt, ea contemnunt, præcipue Christianorum tempore gesta; quod nomen adeo sordet illis, ut tanquam simum cloacasque diffugiant. Evidem fateor, scæcula plura præterita, propter adventum externorum populorum & in urbem confluentium, plurima barbarie usq; sed inde ad nostrum hoc usque tempus quæque videntur mihi limatiora fieri, & quasi in pristinam illam elegantiam esse redacta, vigere ingenia adolescentulorum, & sacra carmina cum Virgilii aut Nasonis cæterorumque poetarum carminibus scribi conferenda. Quare indigne hujusmodi accusant tempora, & infidi, vel forte magis perfidi appellandi sunt, quando a Christianorum nomine tantum abhorrent. Utinam culpa aliquorum principum abest, qui postquam laudanda facere desiverunt, laudari minime querunt, laudatoresque poetas & oratores, historiographosque contemnunt. Sed quod Christianorum tempore gesta posthabenda censem, eos crimine dignos antiqui Scriptores declarant, qualis fuit Svetonius, qui licet non Christianus, superstitiosum genus Christianorum scribat, tamen non indignos memoratu existimavit. Quin & Cornelius Tacitus eos harenæ exponi solitos ferarum loco, quotiens defuissent, tradit; & eorum auctorem Christum sub Pontio Pilato crucifixum memorat: quæ res fidei Christianæ maximum ut pote Paganorum viri perhibet testimonium. Plinius quoque orator & historicus apud Trajanum, nil mali in Christianis reperiri potuisse ostendit, nisi quod Idola nequaquam colerent, & Christum ut Deum ante lucem surgentes adorarent. Adrianus autem per epistolam præcepit, ne quis Christianos sine objectu criminis aut probatione damnuare auderet. Quid ergo, cum tantum scribunt de Christianis auctores, reliquos scribentes negligunt? Nos etiam cum superioribus diebus rogati essemus, ut aliquid imprimendum opus daramus, non indignum existimavimus Ammiani Marcellini opus emittendum, qui Veriniani collega sub Constantio & Juliano Augusto militavit, quique de illorum gestis plenissime scripsit. Verum utinam integrum habuissimus, pace aliquorum detrahentium, utilis admodum, necessariusque videtur, propter plura, quæ non ita late apud alias descripta sunt, plura etiam quæ minime apud alias existant. Hi autem critici propterea deprimunt, quia quibusdam interdum vocabulis uti videtur, quibus veteres usi non putantur; quale est diaconus & quædam alia: non advertentes auctoris excusationem, qui ut vim rerum magis exprimere possit, ad ea confudit vocabula, quæ in sui temporis usu fuerant. Itaque inter historiographos dignissimos connumerari potest; vixque tantus Auctor a quartodecimo li-

r 2 bro

[1] Ex veteri, Patriaque Veneta familia. [2] Angelus Sabinus corona laurea redimitus progenitus, ad Bellunensem Episcopalem Sedem, fuit Sec. XV. Commentaria edidit in Juvenalis dein ad Bergomensem evecus, pietate ac doctrina floruit. Obiit anno MCCCCCLXXXIV.

[ CXXXII ]

bro ad sextum & vigesimum extat. Hi quoque libri per dignissimos impressores Georgium Sachsel de Reichenhal, & Bartholomaeum Golsch de Hohenbart clericos dantur in lucem. Qui si aliquanto depravatores apparrebunt, non illis vitio dandi sunt, nec nos qui commisimus imprimendos; quando maxima penuria in tota Italia hujus voluminis est, nec fuit quod revolvere possemus, atque limam illis addere. Habenda igitur gratia est, quod de paucis effecere ut multi renascerentur. Ac si qui sunt, qui eos limatiores habeant, & qui antea occultabant, mox in lucem proferent, sublata omni invidiae ratione; nam propterea absconsos habebant, ut ipsi soli scire viderentur. Mox cum omnibus patere hos libros adverterint, & gratiam illi pristinam perdent, & castigatores fieri reliqui poterunt, ac sine his, sive aliis impressoribus commendari. Legeris ergo non invitus Constantis ac ejusdem Juliani gesta; quibus cognitis multa possunt ad bene beateque vivendum exempla percipi. Constantius quidem praeter ea, quæ a Persis multa & gravia perpersus est, majora apud diversos populos gessit; Julianus quoque Parthis intulit bellum, in Persis multa gessit, ac in ditione plura oppida accepit, & Assyriam populatus est; pluraque alia memoratu digna uterque gessit, quæ diffusus ab hoc auctore descripta, variisque aliis exemplis ornata patebunt. Quæ si placuisse noverimus, alia ad te plura dirigemus. Alia de Ammiano, quia nec apud dignos Auctores legimus, inferenda minime censuimus. Vale, & nos, ut soles, ama.



LACTANTI [i] OPERA.

Romæ, per Uldaricum Gallum Alamanum, & Symonem Nicolai de Luca,  
MCCCCCLXXIV. [2]

*Johannis Andreæ Episcopi Aleriensis ad Paulum II. Venetum  
Pontif. Maxim. Epistola.*

**L**aboriosis recognitionibus nostris plures videmus veræ humanitatis amore delectari, Pater Beatissime PAULE II. Venete Pont. Maxime. Iccirco animus impendio nobis crescit, vigilantius etiam quam laudabili quidem incepto non deesse, neque prius conatui hujusmodi parcere, quam summus nobis Deus dignabitur præstare, ut linguæ omnis latiæ, quibus in facultatibus potuerimus, circulum, quod ajunt, absolvamus. Sument igitur studiosi abs te hoc tempore per nostros ingenuos opifices Lætantium Firmianum semel ab iis iterumque impressum prius, nonnullis in locis profecto veriorem. Hacque opera cæterisque omnibus quicunque futurus est lector sedulo sit oratus, ut ita de chartis nostris menda, si qua illum offenderint, benivolens ac minime contumeliosus tollat, ut nos de reliquorum libris demenda sine omni mortu Virulentiaque curamus. Non enim errorum imputamus recognitori ipsi emissorum ante nos codicum, sed depravatis exemplaribus culpam; experti satis nos quoque in diemque ma-

[1] Illud convenit inter omnes, Lastantii Firmiani Opera, primum in Monasterio Sublacensi fuisse edita ann. MCCCCCLXV., tum Romæ MCCCCCLXVIII., deinde ann. MCCCCCLXX., quam Editionem castigavit, curavitque Aleriensis Epis-

copus, cuius Præfatio ad Paulum II. Pont. Max. heic iterum recusa fuit a typographis Gallo & de Luca.

[2] Hæc Editio in Catalog. Biblioth. Gadiane p.33. perperam veluti omnijam prima venditur.

[ CXXXIII ]


gis impendio experientes incredibilis opus esse felicitatis, ut sudoribus nostris exemplorum dentur subsidia non vulgarium. Collatis profecto vigiliis nostris ad reliquorum operas, facillime extabit differentia. Tu tantum, Pater Beatisime, quod clementissime facis atque sanctissime, in Christiana undique religione pacem perpetuo fove; studiis castis opitulare, felicitatem numinis tui nominisque hac mercede meritoque diffunde, ut tuo potissimum tempore numerus virorum cultissimus omnibus in facultatibus singularium excellenter augeatur. Non enim frustra omnipotens Deus tam uberem ac facilem latinis præbuit te tanto Pontifice ad cunctas immortales artes, & divina studia facultatem. Ita fiet ut dives sapientia ditior catholica religione pontificatus tuus augustissimus omni sit futuro tempore in animis & linguis mortalium duraturus apud immortalem Deum æterno regno coronandus illius ope, cuius in terris legitimus es vicarius. Romæ, anno natalis Dominici MCCCCLXX. Pontificatus tui floridissimi Anno sexto.

*Ad B. P. D. Dominicum [1] Episcopum Brixensem S. D. N. Papæ Vicarium Laetantii Firmiani emendatio per Angelum [2] Cneum Sabinum Poetam laureatum.*

Indignum R. D. existimarem cum aliquod opus renovatur & in pristinam celebritatem reducitur: non ipsum ad sapientes ipsiusque scientiæ studiosos, & cultores dirigere. Quid enim prodest lapillos preciosos in plumbō, aut aliave quaque materia minime convenienti locare; verum si argento, aut auro parius lapis circumdabitur; ut Poeta diceret, habebit opus suā majestatem, atque gloriam. Nos cum superioribus diebus ab Uldarico Gallo Alamano & Simone Nicolai de Luca, novarum impressiōnum, & ut vere loquar, divinitus inventarum, nobilibus ac singularibus opificibus rogaremur, ut Laetantii Firmiani Codices revolveremus, ac ex variis multisque tanti Authoris libris, veram eliceremus manum; diu multumque mentem agitavimus, ad quem potissimum tamen opus dirigemus. Nec certe immerito cum saepius emendatus & revisus per summos viros, Max. Pont. dedicatus fuerit. Interea humanitas tua occurrit, quæ non parum rebus in divinis institutionibusque versata, atque erudita est. Nihil ergo convenientius existimavimus, quod non ad virum theologiæ peritissimum, opus de divina institutione dirigendum. At quamvis ambigit R. D. neque enim assentationibus utar, a quibus semper fui alienus, te omni disciplinæ genere, atque ingenio munitissimum. Itaque aliquanto limatiiores Quintilianī libros, oculis & studio tuo dignaberis, ut tanti viri autoritate, atque aspectu emendationes, atque digniores apparent. Nos cum emendationes a pluribus, & saepius factas tam Romæ, quam Venetiis cerneremus, elicere conati sumus verissimum & quale ipse Laetantius reliquisset scriptum. Comendavimus emendationem per alios factam, nisi quod quibusdam in locis depravatam, nescio quorum culpa comperimus, quod eo magis dolendum est, quod id opus inter cætera sacra elegantissimum videretur, & facundia & sententiarum copia splendidissimum, quod non solum nostri temporis homines, verum & sacri olim Scriptores eloquentissimum asservarunt, & inter alios regnante veluti media (sic) basiliscus haren.

[1] Dominicus de Dominicis Civis Venetus, [2] De Sabino Vide supra pag. cxxxii. Ad- & Brixensis Antistes, de quo plura inferius. notat. 2.

ne. Quid dicam quod nemo magis ad veritatis appetitionem, & religionis observantiam, sapientiaeque veræ cognitionem hortatur. Quid quod nemo magis ab ingratitudine in verum Deum, in prosperis & in adversis rebus deterret, sine cuius rei observatione, nec quemquam ad optatum finem, bonumque perventurum existimo, nec patitur quemquam injuria damnari, aut meritum ejus cognosci, nec aliud Dei esse unum cultum, nisi qui innocenter exhibetur, beatam vitam dilucidissime demonstrat, & innumera alia cognitu dignissima recenset, omnia humanitati tuæ cognitissima. Nec digniora umquam arbitratus sum apud Tarsum, aut apud illas artium omnium inventrices athenas scribi potuisse; quod si qua diversa de Dei veri cognitione videbuntur, nec mirum esse debet, cum ut Cicero ait, varias esse hominum opiniones intelligamus. Legeris igitur & auctoritate tua protexeris, cui tamen eisdem tribuo, ut si confirmaveris, nec alius opponere possit. Nec fugit te variis rebus impeditissimum, atque hunc librum utpote notissimum, majoribus tuis negotiis habendum; sed decet interdum magnos viros devotissimis servitoribus obsequi, & seria ac magis necessaria posthabere. Tu inter tantos labores Catonem imitaris, qui aut Homerum, aut aliumve quemquam librum in Senatum deferebat, ut nullum tempus optimis studiis vacuum esset, si quando a consiliis cessaret. Et Julium Cæsarem quamvis bellis pluribus, & minis gallicis vexatum, tamen studiis statutam horam repetere solitum; itaque non indigne feres tantum a nobis petitum onus, quod si senserimus non displicuisse, per multa alia ad te dirigemus. Vale.



## DIOGENES LAERTIUS [i]

VITÆ ET SENTENTIÆ EORUM QUI IN PHILOSOPHIA PROBATI FUERUNT.

Venetiiis MCCCCLXXV. per Nicolaum Jenson Gallicum.

*Benedictus Brognolus [2] generosis patriciis Venetis Laurentio Georio, Jacoboque Baduario [3] salutem plurimam dicit.*

**T**imonem ferunt, optimi Juvenes, cum ex eo Aratus quæsisset, quoniam pacto opera Homeri, quæ sine menda essent, comparare posset, respondisse, si in aliqua antiqua exemplaria incidisset, non autem in ea, quæ jam ab aliquo fuissent emendata; quod videlicet aggressi castigare ea volumina volentes ipsa corrigere depravassent. Hoc nescio an factum sit ut possit dici super Diogene Laertio, quem, ut jussistis, suscepি recognoscendum. Nam pro viribus quidem dedi operam, ut ad eam integritatem ipsum reducerem quæ traductus fuit: sed ad hujuscemodi rem quæ procul dubio est utilissima, opus est etiam tum judicio quodam non mediocri, quod ex tenuitate doctrinæ meæ sentio quam in me sit exiguum; tum

etiam

[1] Editio princeps.

[2] Ejus natale solum fuit Lemniacum, Arx munificissima Venetorum in Veronensi ditione. Utriusque Lingua peritissimum exxit, ac per quinqaginta annos publico conductus stipendio Venetiis eloquentiam docuit. Decessit anno Sa-

lutis MDII, cuius in parentalibus Baptista Egnatius ejus discipulus luculentam orationem habuit, typis Aldinis editam ipsomet mortis anno.

[3] Uterque ex familiis Nobilibus, atque Patritiis, amboque Benedicti discipuli.

[ CXXXV ]

etiam animo aliis curis vacuo , ac aliquanto spatio temporis , quæ ex lectiōnibus meis & publicis & privatis aliisque occupationibus quam parce mihi tribuantur , ut ipse taceam , vos mihi testes estis , qui optime nostis , quam raro ac difficulter mihi unquam detur otioso esse . Sed utcumque sit , quod ad me attinuit , pro suscep̄ti muneris officio illud arbitrör me consecutum esse , ut non aliter a fratre Ambrosio [ 1 ] , qui e græco in latinum eum vertit , hoc enim maxime quæsitum est : traductus fuerit , quam magistro Nicolao a me traditus fuit imprimendus ; exceptis tantummodo epigrammatibus & versibus quibusdam , quos ab illo prætermisso componendos curavimus ei- que addendos . Neque vero facile videre potui , quonam modo honeste possem aut munus hoc , quod ut fusciperem rogabatis , recusare , aut suscep̄ptum quam accuratissime liceret non obire vel ex communi officio , quo tenemur omnes , si possumus aliquid utilitatis in medium afferre , cum præfertim ad studia litterarum pertineret , quarum laudes plures sunt ac maiores , quam ut verbis eas quispiam quantumvis disertus sit atque eloquens satis pro dignitate complecti possit , si modo is sim qui ea in re quicquam conferre valeam . Sed adde , quod mihi ut id facerem vos eratis auctores , quorum ea est modestia , probitas , reliquaque boni mores ac virtutes cum doctrina non mediocri ; nec non etiam amor erga me , atque adeo reverentia quoque , ut nisi malignus atque ingratus esse vellem & injustus , non potuerim non vobis obsequi . Omitto , quod cum multi sint impressores in hac excellentissima in omni rerum genere civitate , ab eo videbam Diogenem imprimendum esse , qui sine controversia cæteris omnibus ejus artificii magistris multum etiam antecedit Nicolao Jenſone , qui ea est non modo industria , verum etiam probitate religione ac aliis virtutibus , ut ad illustrium virorum & etiam summi Pontificis familiaritatem pervenerit ; nec dico , quod intelligebam , nullum sumptum fuisse impedimento , quominus etiam quicquid aliud opus esset ad hanc rem quam optimum paretur , ut cum reliqua essent egregie parata , non esset verum hoc solum esse quod de- esset exemplar emendatum , cum rei litterariæ & ubertati optimorum librorum consuleretur . Sed cum his omnibus rationibus facile adductus sim ut morem vobis gererem , illud tamen non dissimulabo , tantæ jocunditati mihi esse videre , quæ fuerit vita uniuscujusque philosophi , quod Diogenes dilucidissime tradidit , ut vel hac re sola facile potuerim persuaderi , ut librum hunc recognoscerem , nedum cum hac in re eadem opera & mea possem , & vestræ satisfacere voluntati , quos pro vestris meritis tanti facio quanti quos plurimi . Nisi forte vacantes medicinæ cum legant aliquod opus Hippocratis , qui primus medendi præcepta clarissime fertur condidisse , aut Diocli Carystii , qui fama ætateque secundus extitit , aut alicujus alias ejus artis ac scientiæ magistri flagrant cupiditate interdum ut sciant , quæ fue- rit patria eorum , qui majores , & reliqua quæ ad ipsorum vitam pertineant ; dediti studiis philosophiæ nihil moveantur scire aliquid tale de Platone aut Aristotele aliisve philosophis , quorum aliquod opus legant , cum illi corporibus , hi autem animis , qui longe nobiliores sunt , & curandis & excolendis incubuerint . Quid quod in hoc libro continetur etiam origo philosophiæ , ut aucta fuerit , ut ad summum perducta , quot partes habeat & quas , cum sententiis uniuscujusque philosophi , & factis egregiis , atque adeo ita ut hæc omnia

[ 1 ] Is est Ambrosius Traversarius , Genera- Græceque peritus , ac in Concilio Basileensi lis perpetuus Congregat. Camaldul. , vir Latine summopere clarus .

[ CXXXVI ]

omnia tanquam in pictura proposita tibi liceat intueri? Ergo si a Diogene unum horum tantummodo traditum esset non invitus perlegerem, cum hæc omnia sit complexus, non libenter legam? Ego vero ipsum etiam libentissime & legi & lego; ex quo non modo cognitionem multarum rerum consequor, quæ mihi summopere placent; verum etiam copiam exemplorum, qualia ex summis viris in omni genere scientiæ præstantibus haberi decet. Quod si non omnia probanda sunt quæcumque tradiderint omnes hi philosophi; mihi tamen jocundum est videre qui fuerint Academicæ, qui Elienses, qui Italici philosophi, & alii: item quid unusquisque senserit, & cur, & ex erroribus aliorum videndis fit, ut veritatem melius percipiam, & in ea validius etiam animus confirmetur. Quæ omnia etiam aliis quicunque hunc librum accurate perlegerint non dubito cum summa jocunditate eventura; cum præsertim mendæ sublatæ fuerint & corruptiones, quibus plerunque lectores adeo graviter offenduntur, ut vel eis solis a legendō prorsus deterreantur; & omnia ita sint distincta, ut ad ea intelligenda lecturis nulla difficultas sit futura. Unum tamen velim nemini occultum esse etiam in græco quædam esse loca ubi aliquid desit; quibus exceptis nihil esse arbitror, quod non recte sepe habeat. Accipietis ergo cognitionem nostram ea mente qua vobis datur; & ita accipietis, ut si non omnibus partibus fuerit absoluta, non voluntatem, sed facultatem defuisse existimetis. Valete. Venetiis, pridie idus Augusti MCCCCCLXXV.

*Fratri Ambroſii in Diogenis Laertii opus ad Cosmam Medicem  
EPISTOLA..*

V Olventi mihi quædam græca volumina venit ad manus Laertii Diogenis de Philosophis prolixum opus. Id, et si auctori plus in legendō studii, quam in scribendo diligentia fuisse ex ipsa lectione deprehenderam, quia tamen varia erat historia, & plurima cognitu necessaria continere videbatur, latinum facere amicis maxime id fieri orantibus statui. Quamquam enim sacris transferendis jampridem studium omne tempusque devo- veram, atque id religionis instituto magis consentaneum; ab hoc tamen veluti curriculo modice deflectere, ut studiosis morem gererem, haudquam reprehensibile existimavi: immo hoc ipso labore meo fore, ut christianæ pietatis & gratiæ dignitas magis patesceret, ac per id fides in Deum promptior ac ardentior surgeret, ratio verissima suadebat. Quando enim inter illos, qui sapientiæ secularis fuere principes, tanta de Deo, rebusque & divinis & humanis opinionum concertatio est, ut se invicem destruant, neque ubi consistas reperire possis; majore profecto alacritate animus divinæ dignitatis amplectitur gratiam, atque ad fontem veritatis accurrens veteris squalorem miseratur erroris. Etsi enim apud illos sparsim probabilia quædam & veritati consona invenire est, mens tamen tanta opinionum varietate fatigata libentius & gratius intra cubicula veritatis se recipit, & divinis libris ac litteris hauriendis majori deinceps desiderio inhiat, & ipsa tamen quæ apud nobiliores quosque philosophos de Deo, de cœlo, corporibusque cœlestibus, de natura rerum subtiliter ac vere disputata sunt, veritati christianaæ maxime astipulantur. Merebatur enim profecto tam egregia indagandæ veritatis intentio, opera illa tam acris, adeo celebre studium sudoris sui fructu non usquequa destitui; Deo id permittente, ut illorum quoque testimonio fides vera firmamentum ac robur acciperet. MUL- ta

## [ CXXXVII ]

ta in his & dicta graviter & facta constanter invenias, ut non modo ex illorum libris fidem inviolabilis veritas capiat, verum exemplis quoque religioni nostræ incitamentum virtutis accedat. Quam fœdum enim quamque plenum dedecoris est, si christianum hominem & de Deo suo pendentem, & cui æternæ vitæ spes certa sit, virtuti & continentia dare operam pigeat; cum gentiles viros & a veri cultu Dei ac religione longe alienos, probitati, modestiæ, frugalitati, cæterisque id genus animi humani ornamentis impensius studuisse comperit. Pleraque exempla hujuscce pene dixerim Evangelicæ perfectioni proxima sunt, ut pudendum vehementer & erubescendum sit, si id minus exhibeat Christi, quam mundi philosophus, plusque in gentili pectore possit amor gloriae inanis, quam in animo christiano religiosæ pietatis affectus. His atque hujusmodi rationibus facile mihi persuasum est, ut hoc traducendi munus non modo ut inutile non aspernarer, seu ut noxiū fugerem, sed contra penitus, ut commodum & necessarium constanter aggrederer. Nempe si quem forte plus æquo ejusce hominum admiratio rapiat, eorumque gesta nostratis philosophiæ præferre seu conferre etiam exemplis velit, id quod solum ferme timemus; is leviter admonendus erit, solidam potius virtutem, quam adumbratam virtutis imaginem admiretur: etenim ipsi, quos stupet, quam miserabili interdum lapsu corruerint ex ipsa lectione docebitur. Tibi itaque, Cosme, vir humanissime, & christianæ nobilitatis decus, hoc opus dedicatum fuit, qui & auctoritate tua in primis nos ad illud impulisti, & gentilis ac nostræ philosophiæ peritissimus, quanta sit utriusque doctrina & dignoscere facileque & dijudicare consuevisti. Neque id modo, verum & de labore ipse nostro judicabis. Eo enim libentius de ingenio nostro ferendam tibi sententiam permitto, quo maturitati gravitatique judicii conjuncta benivolentia singularis errata nostra faciliore donabit venia, verecundiæque consulet nostræ, quæ severiorem censuram reformidans eundem & cenforem & patronum habere cupit. Sane quum versus plurimos & diversos tum alienos tum suos Auctor interserit, quod abhorrire videtur a gravitate historiæ, illos traducere consulto omisi; ita tamen ut nihil deesse ex textu necessario sim passus. Simul & rauca vox prolixam canticionem, ad quam nequaque suscepisset, declinavit, ne risum moveret audientibus. Plura quidem inserta sunt parum pudice tum dicta, tum facta, & quæ pudorem exagitent; sed illa quoque non omitti & lex interpretandi & vera suasit oratio. Sed satis ista superius: ut, si qua superflua æstimaveris, jure tuo refecabis. Vale.

## MARTIALIS EPIGRAMMATA.

Venetiis impensis Joannis de Colonia sociique ejus Joannis Manthen  
de Gherretzen MCCCCCLXXV.

*Georgius [1] Alexandrinus Angelo Adriano Oratori Regio  
Salutem.*

**L**egimus, Angele jucundissime, scriptores veteres in conquirendis Bibliopolis atque librariis, quorum fide, ac diligentia, quos emissuri essent, libri exscriberentur, non mediocrem curam habuisse. Adeo solliciti erant, ut integra & castigata quæ scripsissent suis temporibus haberentur. Et eadem incorrupta atque fidelia ad posteros transirent. Quam diligentiam si posteriores aliqui ex parte terrassent, non adeo acceptus præ manibus error increvisset, ut præstantium scriptorum plenaque volumina ad hoc ævi ita mendosa venerint, ut in illis intelligendis nec frequens lectio nec pertinax studium conferre vel minimum possit. Quare rem in pluribus plane divinandum sit intacta vel a doctissimis hujusmodi scripta quodammodo manent. Id quod cum multis evenerit, tum in epigrammatis Martialis adeo frequens & multiplex vitium fuit, ut sive verum varietate, sive reconditarum vocum significatione incognita, sive suorum antiquorum ignoratione, et si non mediocri eruditione viri in eo laborent, plurima tamen tum obscura, tum ignota habeantur. Quod opus cum nuper impimentum foret, peterentque nonnulli, ut eo per lecto si quippiam vel temporum injuria vitiorum, vel litteratorum quorumdam [2] arrogantia depravatum ostendissem id corrigerem, & quoad possem in veram Actionem redigerem, diu equidem repugnavi; quippe qui in me ipso plura ad hoc munus pertinentia desiderarem, venererque, ne dum rei litterariæ prodesse cuperem tum maxime obesse. Nam immutato aut derafo verbo, cuius me lateres significatio, non solum sensus perverteretur, sed honesta forsitan dictio, pro qua veteribus, qui significanter loquuti sunt<sup>1</sup>, qualia habenda esset, penitus intercideretur; atque in eam vituperationem incurserem, qua nonnullos nostri temporis doctissimos viros, taxari gravissime video. Sed quo magis onus hoc detrectabam, eo magis urgebant, quod non solum ex lectione falsa poetæ mens percipi non posset, sed inter varias & dissidentes quorumdam emendationes quam potissimum reciperent ignorarent; suscepit itaque onus quod recusare non poteram, quodque ex tere laborem nobis alterum

[1] De Georgio Merula, vide, si lubet, pag. cxiii. hujus Operis. Adnot. 2. ad Præfat. in Rei Rustica Scriptor. Vide item Apost. Zeni Dissertat. Vossian. Vol. II. pag. 69. & seqq. ubi plura de Merula ejusque scriptis adverfus Domitium Calderinum, qui Notis suis adornatam Martialis editionem vulgaverat, fuse recensentur.

[2] h. e. ejusdem Domitii Calderini. Jurgii caussam inter Calderinum & Merulam, produnt verba ipsius Merulae qua leguntur sub init. Opusc. *Adversus Domitii Comment. in Martial.* ubi conqueritur se ab Calderino inique accusatum, nimium auctorati Franc. Philephi præceptoris sui tribuisse, cum textu græco uti posset in *Exposit. in Saphus Epist.* ab eodem Me-

rula paullo ante concinnata. Ceterum et si Merula heic silentio præteriti curasset auctoris nomen, qui mutila & incomptis commentariis exposita Martialis carmina ediderat, Cornelius tamen Vitellius non ignoravit Calderinum illis verbis indigitatum; quam revera Calderinus omnium primus Martialis Epigrammata commentariis suis explicuisset. Sed ubi Vitellius intellexit Domitium ab Merula incusari, epistola data ad Hermolaum Barbarum, quæ in Gruteri Thes. Crit. habetur, non lepide modo sed conviciis etiam & scismaticis accusatorem affectit. Rem fuse narrat Aucto Additamentorum ad Vossium de His. Lat. in Ephemer. Litteratorum Ital. Tom. XVII. p. 295. & seqq.

## [ CXXXIX ]

alterum peperit , pluris profecto profuturum . Nam facilitate nostra freti , quod per nos castigatum fuit , id ut publice enarremus effecerunt , verum ut discerent , quibus rationibus , quave scriptorum veterum auctoritate damna- ta frequenti i scriptura nostram emendationem tueremur . Igitur altera no- bis injuncta est cura . Et qui paulo ante in deprehendendis corrigendisque iis , quæ mendoza videbantur , laboravimus , nunc in percipiendo explican- doque Epigrammaton sensu solliciti sumus . Sed legentes ut boni consulant quæso : & si per immutationem , transmutationem , detractionem , additio- nem , & inversionem litterarum , vel metri ratio confusa , vel ex iis quæ tri- ta & pervulgata habentur depravatum quid fuerit , id mihi vitio non ver- tant , sed eorum indiligentiam accusent , qui artificio præpositi sunt . Tunc autem quum paucula quædam mihi tum dubia tum ignota sint , de qui- bus nihil nos mutavimus , si varia & assida lectione , ut fieri per studio- sos , solet , quid illa significant deprehenderint ; juvent & ipsi rem latinam , & quæ percepint , nobis vero ignorata , notent atque subinde aperiant . Nam utcumque ad me scriferint , illis non potero gratias non habere maximas . Et quia petivisti tu quoque Angele aliquid de poeta ingenioso & acuto me- moriæ proderem , strictem quædam de poetæ vita & operibus ejus subiunxi . Martialis festivissimus Epigrammaton scriptor se hispanum ex urbe Bilbili genitum fuisse confitetur . Enutritus autem atque institutus Romæ liberali- bus disciplinis sub Flaviis principibus potissimum floruit ; in Flaviæ siquidem Gentis laudem , ex qua tres Cæsares nati sunt , frequentibus Epigram- matis assurgit . Inprimis Domitianum Cæsarem tanquam Deum laudans , a quo & opes habuit , & jus trium natorum , quod tunc honestissimum habebatur , impetravit . Ad Nervæ , Trajanique tempora pervenit , plurimis & carus & jucundus . Nam junior Plinius & amore mirabili eum ample- xus est , & abeunte viatico prosequutus fuit , ut ex Epistolis ejus appa- ret . Hic poeta relicta trita poetarum orbita ad Epigrammata conversus , pa- rem iis laudem adeptus est , qui aut bella heroico carmine detonassent , aut amores suos miserabili elego conquesti forent , aut plectro lyrico deorum he- roumque laudes cecinissent . Quod si ingenuæ quæ sentimus fateri volueri- mus , ut salibus ac facetiis ubique conspersum opus habemus , sic non vul- garem & utilem romanorum temporum cognitorem colligimus : quæ ad plu- rima volumina intelligenda , in quibus alioqui frustra laboratur , conferunt plurimum . Sed utrique facessant , & qui velut muscæ lichenas & ulcera lam- bentes lascivioribus quibusdam Epigrammatis sæpius inhærent ; & qui am- bitiosa quadam severitate ducti se vel tactu licentioris libri pollui & in- terim purificatione indigere putant ; quando Divus Hieronimus ad Deme- triadem mollitiem juvenum exagitans particulam Epigrammatis velut in- testimonium adduxerit , sic dicens : non bene olet qui bene semper olet . Scripsit quatuordecim , quos habemus , libros quorum duodecim Epigram- mata appellavit . Tertium decimum Xeniorum nomine inscripsit , quod mu- nera sint hospiti danda . Ultimo Lemmata nomen indidit , sive Apophore- ta , munera scilicet , quæ saturnalibus remittebantur . Nonnulla extraordi- nem Epigrammata edita tum in amphitheatri laudem , quod a Vespasiano cœptum per Titum dedicatum est , Titique thermas , tum in venationes & ludos frequenter populo in arena exhibitos in principio libri posita sunt .

T E S E I D E  
DI M. GIOVANNI BOCCACCIO,

COLLE CHIOSE DI PIERO ANDREA DE' BASSI.

In Ferrara per Agostino Carnerio MCCCCLXXV.

Comechè [1] a memoria tornandomi le felicità trapassate , nella miseria veggendomi , dove io sono , mi sieno di grave dolore manifesta cagione , non mi è per tanto discaro il riducere ispeso nella faticata mente , o crudel Donna , la piacevole immagine della vostra somma bellezza ; la quale più possente che'l mio proponimento , di sè , e di Amore , giovane d'anni , e di senno mi fece suggetto : e quella quante volte mi venne con intero animo contemplando , piuttosto celestiale che umana figura essere con meco delibero : e che essa quello ch' io considero sia , dal suo effetto ho argomento chiarissimo : perocchè ella cogli occhi della mente mirata , nel mezzo delle mie pene ingannando , non so con che ascosa soavità l'afflitto cuore , gli fa quasi le sue continove amaritudini obliare , ed in quello di se medesimo genera un pensiero umilissimo , il quale mi dice : Questa è quella Fiametta , la luce de' cui begli occhi prima i nostri accece , e già fece contenti cogli atti suoi gran parte de' nostri ferventi desj . O quanto allora me a me togliendo di mente , parendomi essere ne' primi tempi , li quali , io non immerito , ora conosco essere stati felici , sento consolazione . E certo se non fossono le pronte sollecitudini , delle quali la nimica Fortuna mi ha circondato che non una volta , ma mille in ogni picciolo momento di tempo con punture non mai provate mi spronano , io credo , che così contemplando , quasi gli ultimi termini della mia beatitudine abbracciando , morremi . Tirato adunque da quello a che , quantunque sia stato lungo lo spazio , appena essere stato mi pare ; qual' io rimanga , Amore , che i miei sospiri conosce , il può vedere : il quale , ancorachè voi ingiustamente di piacevole sfegnosa siate tornata , però non mi abbandona . Non possono , e non potranno le cose avverse , nè il vostro turbato aspetto spegnere nell'animo quella fiamma , la quale , mediante la vostra bellezza esso vi accece ; anzi esso più fervente che mai con isperanza verdißima in me nutrica . Sono adunque nel numero de' suoi suggetti , com' io solea . Vero è , che dove bene avventurato già fui , ora infelicissimo mi ritrovo , siccome voi volete : di tanto solamente appagato , che tor non mi potete ch' io non mi tenga pur vostro , e ch' io non vi ami ; postochè voi per vostro mi rifiutiate , e il mio amarvi forse più gravezza , che piacere sia da voi riputato : e tanto mi hanno , oltr'a questo le cose traverse di conoscimento lasciato , ch' io sento , che per umiltà ben servendo , ogni durezza vince , e merita uomo guidardone . La qual cosa non so se a me s'avverrà : ma come che seguir me ne debbia , nè da sè mi vedrà diviso umil-

[ 2 ] Questa Lettera , con cui il Boccaccio indirizzò la Teseide alla Fiammetta nella presente Edizione non è intera . Intera la pubblicò il Doni nella sua Raccolta di Prose antiche , stampate in Firenze 1547. pag. 53. Il Chiaris.

Sign. Conte Guglielmo Campofampiero gentiluomo Padovano possiede un buon testo a pena di questo Poema con essa Lettera in fronte senza verun mancamento .

umiltà, nè fedele servire stanco giaramai. Ed acciocchè l'opera sia verissimo testimonio alle parole; ricordandomi che già ne' di più felici che lunghi, io vi sentii vaga di udire, e tal volta di leggere una, ed altra storia, e massimamente le amorose; siccome quella che tutta ardeva nel fuoco nel quale io ardo: (e questo forse facevate, acciocchè i tedirosi tempi con ozio non fossono cagione di pensiero più nocevole) come volonterofo servidore, il quale non solamente il comandamento aspetta del suo maggiore, ma quello, operando quelle cose che crede, che piacciono, previene: trovata una antichissima storia, e al più delle genti non manifesta, bella sì per la materia della quale parla, ch' è d'amore; e sì per coloro, de' quali dice che nobili giovani furono, e di real sangue discesi, in latino volgare, acciocchè più dilettasse, e massimamente a voi, che già con sommo titolo le mie rime esaltaste, con quella sollecitudine, che conceduta mi fu dagli altri più gravi libri, desiderando di piacervi, ho ridotta. E ch' ella da me per voi sia compilata, due cose fra le altre il manifestano. L'una si è che ciò che sotto il nome di uno de' due amanti, e della giovine amata si conta essere stato, ricordandovi bene, e io a voi di me, e voi a me di voi (se non mentiste) potrete conoscere essere stato fatto, e detto in parte. Quale de' due si sia non discopro, che so che ve ne avvedrete. Se forse alcune cose soperchie vi fossono; il voler bene coprire ciò, che non era onesto manifestare, da noi due in fuori, e'l volere la storia seguire, ne sono cagione: ed oltre a ciò dovete sapere il bomero aiutato da molti' ngegni fender la terra. Potrete adunque qual fosse innanzi, e quale sia stata poi la vita mia, che più non mi voleste per vostro, discernere. L'altra si è il non aver cessata nè storia, nè favella, nè chiuso parlare in altra guisa: conciossiacosachè le donne come poco intendentî ne fogliono essere ischife: ma perocchè per intelletto, e notizia delle cose predette, voi dalla turba dell' altre separata conosco, libero mi concessi il porle a mio piacere; e acciocchè l'opera, la quale alquanto par lunga non sia prima rincresciuta, che letta; desiderando di disporre con affezione la vostra mente a vederla (se le già dette cose non l'avessono disposta) qui appresso di tutta l'opera vi pongo la contenenza.

Dico adunque che dovendo narrare di due Giovanni Nobilissimi Tebani Arcita, e Palemone, come innamorati di Emilia Amazone, per lei combatterono; Posta la invocazione poetica, mi parve da dimostrare d'onde la Donna fosse, e come ad Atene pervenisse, e chi fossero essi, e come venissero quivi. Laonde, come premesse alla loro storia due se ne pongono: e primamente dopo la invocazione predetta, disegnato il tempo, nel quale le seguenti cose furono, la battaglia fatta da Teseo con Ippolita Reina delle Amazoni, e la cagione di essa, e la vittoria seguita descrivo: procedendo oltre, come Teseo prese Ippolita per sposa, e con lei insieme Emilia sua sorella trionfando ne mendò ad Atene: quivi acciocchè onde, e come i due amanti venissero sia aperto, un'altra battaglia, e la felice vittoria seguita, fatta da Teseo co' Tebani, premessa la cagione, si disegna: e come appare i due giovani

*Ad sit principio Virgo beata meo.*

Perche [1] preclarissimo principe con elegantissima facundia li philosophanti ne dimostra la iocundissima arte de poesia essere processa da una relevata nobilta de animo la quale fu ne li principii de lumana natura : per la opera de la quale poesia occore: che le virtu e relevati gesti de memoria digni: de li illustrissimi signori: essendo li lor corpi de le anime orbati: per la resonante tuba e modulato scrivere de li poeti la loro gloriosa fama verde e viva: per lo universo mondo divulgata: in eterno rimane. Ma haa dolore immenso che a questi nostri tempi el si trovino li poeti più rari che la fenice che unica in el mondo: e in una sola regione si ritrova. La penuria de li quali poeti la gloriosa fama de li vostrri progenitori : e de vuy quasi semisepulta lassa trascorere: ben che tali e tanti excellentissimi exercitii davano uberrima materia de sonoro e alto scrivere a ciaschuno più eximio vate. Le quali cose quando ne la mente mia rivolvo me atrista la anima in tanto che questo poco de rimanente de la mia vita inveterata al fidele formulato di vuy con gravi affani e acerbi dolori trapasso: e certo nel mezo di tante anxietade mi nasce uno dolce pensero che lo alto dio iusto remuneratore a ciaschuno che de drito core a lui serve produra uno excelente e purificato inzegno che li famosi gesti de vostrri sublimi proavi e de vuy rendera senza morte. E chi non crede? chel somo dio si ricordi quanti elevati adiutorii la ecclesia sua eli pastori de quella habia recevuti da li vostrri pasti e da vuy e ogni di riceva. Lasciamo li exercitii de azzo primo che per sua magnanimita la ferrace vostra ferrara libero. e fu de la sublime vostra casa el primo che per soi meriti dal somo pontefice obtene di quella il vicechariato segnorezando lanticha modena: e la uberrima verona . dove felicemente termino li di soi . E anchora de aldovrandino suo primo genito: el quale debellati quelli che infesta la ditta ecclesia dal sancto padre de la marcha anchoritana obtene el marchionato. dove essendo anchora giovenetto se extinse felicamente el fiore de la sua animositade. Recordiamo azzo secondo del primo azzo figliolo el quale mostrando la grandezza del suo animo strenuo in le bataglie prudentissimo in consigli : campione e protectore de sancta ecclesia con astutia e possanza non altremete chel divino scipione chazasse lo audace hanibale: domasse la fiera carthagine: e liberasse italia e la romana republica . Cusi questo azzo sconfitto el secondo re federico potentissimo: che anni trenta aveva ateso ali damni de la ecclesia libero e la italia , e la ecclesia de la sua acerba possanza. e con non minore ardire la crudele e sanguinolenta superbia del maligno eccerino de romano segnore e occupatore de la marcha trivisana federato e colligato con lo detto re federico con potentissimo braco debello : e perseguitandolo il constrainse la infelice anima rendesse al diavolo: del quale si se diceva apertamente e per spontanea confessione de la madre lui essere stato figliolo. E ben che molto tempo sia passato se ricorda ancora. Che Obizo primo figliolo de raynaldo del ditto secondo azzo figliolo con animosa possanza aiutato dal vechio primo re carlo obtene victoria de manfredo figliolo del ditto re federico non meno ,

Azzo primo  
Aldovrandino  
Azzo secondo  
Obizo primo

[1] Questa Prefazione o più veramente incominciamiento delle sue Chiose sopra la Teside , viene indirizzata dal de' Baffi a Niccolò III. Estense Duca di Ferrara ; e da essa ricavasi ch' egli pose mano a questo lavoro per espresso volere di quel Principe. Il Crescimbeni fa menzione di queste Chiose , e del loro Autore , ove ragiona delle Opere Poetiche del Boccaccio .

[1] Questa Prefazione o più veramente incominciamiento delle sue Chiose sopra la Teside , viene indirizzata dal de' Baffi a Niccolò III. Estense Duca di Ferrara ; e da essa ricavasi ch' egli pose mano a questo lavoro per

[ CXLIII ]

meno, infesto alla ecclesia che stato fusse el padre e dilatando le sue forze di  
 rezo e di modena la secunda volta obtene la signoria. E ritornato a ferrara  
 la felice anima rende al so creatore. Lasso questo primo obizo azzo terzo Azzo terzo  
 so figliolo homo cupido di gloria dispreziatore di robba ede dinari . e per  
 la soa liberalita acquisto tanta fama che fuora de italia de altro signore ita-  
 lico non si parlava. Segnorezo le terre a lui lassate dal padre e capitaneo  
 de sancta ecclesia longo tempo guerezo con la opulente bologna e con la pos-  
 fente parma nel quale exercitio se infermo e tornato a ferrara chiuse lo di  
 extremo. Rimase in signoria aldorvandino so fratello el quale genero la in-  
 clita prole de la quale vuy magnanimo principe felice e glorioso signore  
 avete la origine . e prima rainaldo el quale vendicandose con grande strage  
 libero la volstra ferrara da le mane de li franceschi , e con lo primo Nicolo  
 e obizzo signorezzarno ferrara modena , e parma. Da questo obizo vostro  
 prestantissimo avo furno generati li illustri aldovrandino . nicolo . dal quale  
 avete el nome folco ugo e alberto vostro inclito genitore beatrice : aldaayli-  
 fe: e costanza : Quanti valorosi exerciti siano per aldorvandino : nicolo se-  
 condo e alberto li quali luno doppo laltro signorezono es recente memoria  
 chio non me ne extendero piu oltre se non che per la loro probatissima fa-  
 pientia fra li baroni italici piu digni de reverentia sono stati reputati eda li  
 somi pastori sono stati de amplissimi privilegi honorati che piu honora la  
 sublime vostra casa . E avegnache la illustrissima vostra prosapia de li vostri  
 proavi resplenda de una insigne anticha generosita da li primordiali initii de  
 la quale per longa vetusta non e memoria anchora piu coruscante chiarezza  
 acquista per le parentele contrate con serenissimi regali . E per non recerca-  
 re le antiquita assai fresco ricordo e del serenissimo roberto re de cecilia dop-  
 po salomone in scientia tenuto el secondo : E de andrea serenissimo re de  
 ungharia el quale ave la ditta beatrice veramente beata se la virtute heroica  
 po li mondani beatificare come se crede Come vuy Nicolo terzo capitaneo  
 de sancta ecclesia ge acquistassi bologna occupata da la casa potentissima de  
 li visconti lo abiamo veduto . de la celeberrima virtu del quale in li facti  
 de arme e in ogni altra generation de exercitio vogliando apieno descrivere  
 non mi bastaria el tempo . e abiandome restretto in scrivere le altre cosse  
 in questa non mi voglio troppo extendere . Ma pur chi me domandasce  
 come tra tanti anfracti de guerre di nogle di tribulazione da le quale tutta  
 italia e slipata e oppressa . Questo vostro preclaro mirifico e quasi regale im-  
 perio in tanta requie se conservi . nel quale [1] nuy vostri cittadini veramen-  
 te felici veramente beati usiamo tanta optima liberta in tanta copia de tut-  
 te le cosse in tanta uberta tranquilla pace e somma quiete . Responderia ,  
 ben che ciaschuno come mi el po discernere . Chi considera ben remossa  
 da se ogni passione de animo le sublime virtu vostre in ogni generatione de  
 prudentia e comprendera aperto le casone del nostro bono e optimo essere .  
 E se io con tutte le forze mie de lo inzegno ede lo animo contempro la  
 singulare magnitudine de lo animo vostro . la acutissima prudentia la inte-  
 gerimia iustitia . la abundante misericordia con exquisita alegreza di core  
 existimo ogni persona come mi con grandissimi voti amplissime preghiere  
 suppliche alo omnipotente dio ne vi conservi senza morte : Tante sono le  
 innumerabile laude : le preclarissime vostre dignita : li ornatissimi vostri exer-  
 citii : che nessuna vetulta de tempo li potera absorbere: non se potrano per  
 invi-

[1] Da queste parole ci si dimostra la Patria dell' Autore .

Aldovrandi-  
no secundo

Rainaldo  
Nicolo pri-  
mo . Obizo  
secundo  
Aldovrandi-  
no terzo

Nicolo se-  
cundo  
Folco . Ugo  
Alberto

Beatrice da  
Este regina  
de Ungaria  
Nicolo terzo

invidia rompere ne per la longezza de li labili anni conminuire: E a questo provedera mi afferma l'animo la infinita possanza de lo eterno dio come di sopra ritocco el quale recordandossi e avendo ala memoria fixi li prenominati exercitii de immortalita digni operati al suo servitio amando temendo e obsequendo sempre el suo somo pastore non comportara la gloriosa vostra fama senza eterna recordatione trascora: E azzo mi da ferma credenza la tenera e grande affectione la quale sempre aveti avuta ali poeti e ale loro opere facendo grandissima reputazione de la medulla quale se cava de le fictione poetiche: racordandovi che poesia non e numerata fra le altre scientie liberale: ma abrazandole tutte piu excelsa e veneranda rimane: E come el principe fra el numero de li grandi citadini e riputaro el piu digne: Cussi de le altre scientie larte poetica e preeminenti: E come de le altre piu nobile piu se inzegna de accostare ali cori magnanimi de excelsi signori e possenti: Crediamo nuy? che se ottaviano iulio cesare e li altri cesari e molti ali quali la nobile e insigne sapientia de li poeti con profunde fictione per loro prepondera di versi anno dato eterna fama: non avessero con la serenita de lo sapientissimo loro inzegno cognosciuto e amato la sublime poesia: che virgilio: homero: e molti altri poeti ali quali el misericordioso dio de li premii ricompensatore ha soffriato del suo intelletto: perche quelli homini electi da lui al governo de li altri: e che optimamente se e altri governano li renda immortali avessero durati cotanti affanni? Certe el convene essere quello che Cicerone dice nel suo libro de la senetute. Pares con paribus vetere proverbio facile congregantur. zoe il vechio proverbio dice legiermente se congrega infeme luno che sia con volonta pari al altro. Nel presente proposito parla poeta claudiano nel suo magiore volume e dice. Gaudet enim virtus testes sibi iungere musas. Carmen amat quisquis carmina digna gerit. zoe ciaschuno homo virtuoso se ralegra de aggiungerse in testimonio la poesia. E ciascuno el quale adopera cosse digne da essere scripte per verso ama el verso di poeti. E se mai ad altro signore magnanimo piacque. vuy feti quello. Cognosco ben chio non scrivo apieno ne de li relevati gesti de li vostri. ne da la grandeza de lanimo vostro e del suo glorioso operare, e zo procede per debilitade e grossteza de intelletto. e anche per non essere ascripto ala abominanda turba de li assentatori: la quale sempre me dispiaque: e più a vuy e ali altri sapientissimi signori de dispiacere. E per lo amore el quale a poesia portati: avendo vuy de la lectura del theseo sommo piacere. ritrovandossi alchuni ali quali le historie poetiche non sono cussi note come a vuy [1]: vi ha piazuto commandare a mi pieroandrea de i bassi vostro antiquo e fidele famiglio dechiari lo obscuro texto del ditto theseo facendo a quello giose per le quale li lecturi possano cavare fugo de la loro lectura. el quale texto per la obscurita de le fictione poetiche e difficile ad intendere. Io quantunque accusi la ruvideza mia per piacere ala signoria vostra: come meno male mi respondera il mio pocho sapere mi sforzaro ad ubedire: forse occorrera de mi come de ennio. Che legendo virgilio sommo poeta li versi de ennio el quale ruvidamente scripse fo con meraviglia domandato quello che faceva. Respose. Io coglio oro de quello che someno ennio nel suo letame. Forsi consentira lo omnipotente Dio che qualche per-

[1] Il Duca Niccolò III. fu amico e protettore de' Letterati, e delle Lettere; e chiamò alla sua Corte il famoso Guarino Veronese ac-

ciocchè ammaestrasse in esse Lionello suo figliuoli naturale, che poi gli succedette nel Ducato. Vedi *Differ. Vossiag.* T. I. p. 210.

perspicace intellecto legendo el mio semplice e grosso scrivere con relevato  
stille compira a gloria de vuy el mio somo desiderio . el quale priego mi  
pona ne la gratia vostra come merita la mia pura fede.

Circa la expositione del presente libro si come nel principio de li altri  
libri e costume de fare se de volere sapere cinque cosse . La prima chi fo  
lo auctore . La seconda quale il titulo del libro . La terza quale e la ma-  
teria de che vole tractare . La quarta a quale fine lo auctore lo ha com-  
pilato . La quinta a quale parte de philosophia la opera del presente libro  
e sotto posta . Quanto ala prima diremo che lo auctore del presente libro  
fo Zohanne da certaldo cognominato bochazo . el quale benche la sua fron-  
te non fusse coronata de lauro : si optima prova fa la sua scientia che poe-  
ta se de nominare . Circa la seconda e da sapere chel libro e intitulato  
theſeida de le noze de emilia . e questo titulo e iustumamente facto . perche la  
invocatione di profunda poesia abundante lo auctore comenza a parlare de  
theſeo . poi finisse ale amare e alegre noze de emilia . Quanto ala terza par-  
te cognoscemo lui auctore volere tractare : & effere la materia el suo su-  
bietto de bataglie . de la poſtanza de amore . de li effecti de venere . le  
quale cosse con abondante copia de polito parlare : inscerto a infinite poe-  
tice fictione e historie : lui elegantissimamente proferiffe : Vole lo auctore  
presente ne la quarta parte denotare che a optimo fine e compilato el li-  
bro presente . azo che per le sue velate demoltrazione lo homo veda li mu-  
tamenti de la fallace fortuna : e guardiffe da lo operare che a lui menaza  
damno . La quinta se vole sapere a quale parte de philosophia el presente  
libro e sottoposto . diremo adunque el libro presente e la narrazione de  
quello effere sottoposti a philosophia morale : perche per la experientia de  
le cosse in quello descripte : e per li effecti moralemente ne amaelstra che  
procaciamo schivare li pericoli & attendere adoperare tali excrcitii che ne  
ne conducano al fine quale desideriamo .

Facta la prima cossa quale si costuma nel principio di ciaschuno libro :  
vegneremo ala divisione la quale il sapientissimo auctore ha elegantissima-  
mente facta : zoe diviso in xii . libri ciaschuno con debito ordine . perche  
nel principio de ciaschuno de li ditti . xii . libri lui a ordinatamente pre-  
missi . xiii . versi li quali sotto brevita sono continent de tutto quello che  
lo auctore vole tractare nel dicto libro . E pero senza altra divisione vegne-  
remo ala declaratione dividendo questo primo solamente in due parte . Ne  
nulos & antiquos legimus. Et sunt hodie forte multi, quorum hoc maximè loco refutandus est error, ne cum ii nullam se artem in dicendo contendant, nostra hæc artis inquisitio ulli vana, prorsus ulli inutilis videatur. Atquè imprimis quantum ab antiquis oratoribus teneo; & asequi conjectura possum, unde error iste manaverit, explicandum est. Etenim cum fuerint homines excedentes ingenio, naturæ vim quamdam sine ullo artificio consecuti, ut ornate & copiose, quæ vellent, eloquerentur, quod eloquentia proprium est, qualem dicebat hujus defensorem sententia Menedemus Antonium, quem inter principes Romanæ eloquentiarum floruisse constat; & cum artis Scriptores ii, quos Rhetoricos vocant, cognoscerentur parum in dicendo valuisse, facile a multis est judicatum, nullam eam prorsus esse artem, cuius expertes magni quidam oratores extiterint, abundantes verò & præceptores nec mediocriter quidem diserte esse potuerunt; hincque ducti sunt Menedemus & Lisias, ut putarent, eloquentiam naturæ esse non artis, quod videlicet omnibus hominibus etiam imperitis ac barbaris a natura ad insitum intelligerent, quod in se recta atque artificiosa diceretur oratio: conciliare in primis, & blandiendo allucere eorum animos, a quibus aliquid impetrandum foret: narrare, postea argumentis instare, & refutare contraria: postrem concludere, & deprecari, quod in epilogis maxime facit orator. Traxit in hanc quidque sententiam Menedemum Cleantem, atque alios ipsius artis descripta vis, & jus vocabuli limitatum: cum dicenter, artem esse ab opinione & varietate sejunctam, non discrepantem a certitudine rationum, ex multis rebus definitis & cognitis ad opus aliquid constitutam. In dicendo verò omnia esse incerta & dubia, neque quod incertis artibus conspiciatur, in potestate consistere artificis certum finem. Cum sæpè Orator falsis assentiat; sæpe quod præmisserit, ipse non impleat. Addunt enīm cujuslibet artificis proprium esse, cum suam attigerit suam, scire; id verò eloquentiam ignorare. Nonnulli autem cum huic dicendi studio nullam certam putarent subiacentem materiam, quod singulis sit artibus attributa judicaverint nulla arte eloquentiam contineri; præsertim verò cum ante Lisiam & Coracem & Gorgiam Siculos primos (ut dicunt artis auctores) plerique perhibeantur sine ulla præceptis in dicendo ingenia exercuisse, ut oratio omnis nequaquam videatur ab arte esse perfecta, quam ante artes inventa constitueri. Nec satis est huic pulcherrimæ atque amplissimæ facultati titulum scientiæ eripere, quem magni quoque Philosophi & in primis Aristoteles libris, quos de ratione dicendi ediderant, inscriperunt, librosque appellaverunt de arte Rhetorica: non satis est, inquam, titulum hunc, quem Philosophi dant, auferre; nisi insuper eloquentiam convicio prosequantur, & dicant eam abundare mendaciis, oppugnare scipiam, & plerumque opus, quod fecit, evertere: ideoque artis eam vacuam, quæ solum vera recipiat, sibi ipsa consentiat; quodque semel efficerit, perpetua ratione tueatur. Fuere, qui nomen artis ab eloquentia subtrahentes honestius eam in virtutum numero collocarent, quod M. Nefarcum fecisse apud Ciceronem in Oratore testatur Antonius. Sunt præterea multa in hanc sententiam vana atque puerilia, neque digna, quæ magnopere refellantur. Quibus omissis his, quæ supra pro contraria opinione collecta sunt, suo ordine recensendum est: fuisse siquidem concedo nonnullos, quibus ingenij tanta vis affluit, & ad orandum tam prompta ac penè divinitus infusa natura, ut magnam gloriam in dicendo nulla arte, sed sola freti exercitatione & ingenio

genio consequi potuerunt. Contrà , non nego multos in arte præstantes ; quos naturæ vis illa destituit, nullam dicendi elegantiam consecutos . Sed velim, aliquis hac mihi in parte respondeat: an verisimile sit , eos illos incomparabiliter futuros fuisse majores, si artem ad naturam adjungere voluissent; si illos motus ingenii a natura datos duce arte ac magistra : si denique copiam eam dicendi ex usu quotidiano redundantem conformassent, excoluisserentque doctrina. Nam eos, qui sola arte laborarunt, nullum elegans genus orationis attigisse non miror . Non propterè tamen artem omnino ab oratione segregandam puto, quum ita valet ars plurimum , si ad dicendum aptè fuerit adjuncta naturæ. Alioquin se se habenti Rhetoris famam dabit, Oratoris dare non poterit. Nam vero ita demùm parit atque efficit illam ornatam, atque uberem illam verè magnificam atque mirabilem in dicendo facultatem , quam nos eloquentiam appellamus , cum fuerit præsidio artis adjuncta , sine qua in multam laudem fortè perveniret, & spem oratoris exhibebit; sed profectò eam , quæ in vero oratore quæritur, excellentiam non attingent. Denique sic habeto , eloquentiam maximam sine arte esse non posse, sine natura nullam prorsus existere ; verisimum: quæ illud esse , quod ab eloquentissimis viris est traditum : tria reddere oratorem consumatum atque perfectum , ingenium , exercitium , & doctrinam . Quod verò de comuni hominum locutionis instinctu argumentantur Menedemus & Lisiás , facile concedendum putarem , si quotidiani sermonis consuetudinem nihil differre ab eloquentia judicarem. Nequè enīm nego , quod Aristoteles confitetur , omnes quodam modo participare Rhetorica , & omnes usque ad aliquid exquirere , & sustinere sermonem , & defendere , & accusare conari. Sed altior res est eloquentia , & a vulgari sermone remotior, quæ licet plerūmque in ambiguis communibusque versetur , ea tamen proprio quodam ac certo instituto continetur , suis temperatur legibus , suo fine dirigitur , quem semper attinget , cum voluerit Orator . Nam bene ad persuadendum dicere semper potest , qui finis est suus; nam ignorabit se bene dixisse , cum dixerit, neque ita falsa recipiet , ut ea pro veris amplectatur. Sed ut verisimilia faciat audienti , quæ omnia artis esse, etiam mediocriter doctus intelliget : iis verò , qui nullam eloquentiae attributam materiam opinantur, tam abest ut assentiar, ut eam præ cæteris artibus uberiore atque ampliore uti posse materia non negandum putem . Nam etiam si quis eam generibus solum iis addixerit , quam sibi nemo unquam est conatus eripere , & laudandis vituperandisque rebus dicendæ sententiaz , & forensibus causulis adstrinxerit , & in Senatu , foroque conduixerit materiaz concedat satis. At multo plus largietur is , qui profectò eloquentiam æstimabit quacumque de re posse ornatè & copiosè dicere, idque ad oratoris infinitum quasi officium pertinere . Et profectò nihil est vel a Philosophia inventum , vel ab aliqua alia arte tractatum , denique tam alicui proprium disciplinaz , in quo non possit Orator sub quodam jure versari : nam quid tam humile , tam obscurum , tam a natura reconditum , quod ornatu & gratia erigere , & in lucem trahere atque illustrari non possit Orator ? Quare nullo modo dici potest non esse peculiarem materiam Oratori , quum etiam cæterarum quæcumque sit artium , facere possit suam. Eos verò , qui ante prima illa præcepta doctrinaz vel in populo , vel in foro dixerint , ut non negaverint aliquid potuisse propter ingenii vim fortassis , ne ita nequaquam concederent munus oratorium implevisse ; & si aliquando uti mendacio eloquentia , non est , ut Quintilianus ait , turpe;

pe ; tamen ex bona ratione proficiscitur, ideoque nec vitium . Nam & mendacium dicere etiam sapienti aliquod concessum est . Bonarum autem rationum plena sit eloquentia , oportetque solius Oratoris esse propria . Non est autem Orator, nisi sit idem bonus, nec ipsa se oppugnat ; sed pugnantes inter se causas secum ipsa composita tuetur & protegit : sic ars suprema militiae duobus plerumque contraria ducibus una est , sic adversariis gladiatoribus eadem est gladiatoria disciplina , sic gubernatoribus navalium pugna certantibus una erit ars nautica . Nec quod fecit eloquentia , opus evertit ; est enim hoc tertium , quod cum contumelia objectum erat . Nam , ut ait Quintilianus, positum a se argumentum non solvit Orator , solvit forte contrarius ; non est tamen , quod ea , quæ utrumque instruit doctrinam , dicendi suum opus tollere videatur , nam utrumque suum est , aut confirmet aut diluat . Restat nunc ut Nefarco reddeam , a quo virtus quædam non ars eloquentia est appellata , atque ut orationis ipsius , quæ est apud Ciceronem ab Antonio in Oratore relata , spinosa quidem & ex illis oratio relinquatur ; qua probare voluit , Oratorem esse sapientem . Cum eo teneamus , eloquentiam esse virtutem ; sed sic tamen , ut ars esse non desinat . Nam etsi plæreque sint artes , quæ stare cum virtute non possint ; multæ sunt tamen , quas virtus amplectitur , atque ex illis multò resultat ornatiō : inter quas meo iudicio primum eloquentia locum tenet . Etenim cum in his rebus potissimum virtus sit , in quibus homines cæteris animalibus antecellunt ; unde fit , ut ponamus in ratione virtutem ; cur non hæc eadem erit in oratione , per quam etiam multa animalia superamus ? Et si ad omnes virtutes quasi semina quædam atque principia dedit natura nascentibus , quibus nulla potest extinguiere , ac penitus extirpare malitia . Nam & in barbaris , & in omni pravitate corruptis hominibus apparent aliquando quædam quasi simulacula virtutum , ut in pugnanti sicario fortitudinis similitudo . Et in turba latronum ac Piratarum , quum quidem unquam rapuerunt , inter se æqualiter partiuntur , imago iustitiae . Si inquam , ad virtutes omnes a natura mortalibus initia data sunt , & nobis nonnullam facultatem ac stimulos ad orandum pro bonis , contra improbos quidam naturales animi motus præstant , quos ut perfectè id possimus , ars perficit ; profectò virtus erit eloquentia , ex qua excellens atque perfecta manet oratio . Denique si sunt idem Orator & eloquens ; Orator autem est vir bonus cum ratione dicendi , consequens fit , ut sit eloquens etiam bonus . Erit ergo , quem tales eum facit eloquentia cum virtute . Nam in homine improbo esse poterit deserta loquacitas , & sàpè perniciosa res , pro eloquentia esse non poterit . Quare dubitandum est , eam nemini vel virtutem esse , vel sine virtute esse non posse . Ea itaque , quæ dicebam , incipiens , magna res est , cuius siquidem magnitudinis argumentum capit hinc Cicero , quod omnibus eam faculis rari , Seneca vero , quod integrum consequuntur sunt nulli . Magnum utrumque magnæ cujusdam ac penè divinæ facultatis judicium a duobus illis non magnis modo , sed maximis hominibus observatum . Et profectò sic est , ut ait Seneca ; magna & varia est eloquentia , neque adhuc ulli se sic indulxit , ut tota contingere . Satis felix est , qui in aliqua ejus parte receptus est ; nec minus , quod ait Cicero , verum est , qui tantæ optimorum Oratorum in omnibus artibus ac gentibus raritatis , cum in cæteris artibus multi magni excellentiisque fuissent , verissimam causam conatus elicere . Majus est , inquit , hoc quiddam , quam quod homines opinantur , & pluribus ex artibus studiisque collectum . Quid enim

enim quodvis aliud in maxima discentium multitudine amplissimis eloquentiae propositis premiis esse putent, nisi rei quamdam incredibilem magnitudinem ac difficultatem. At mea sententia, & (ut opinor) omnium, si quis ulla aetate, ulla in gente fuit unquam, qui hoc, quo rarissimi concenderunt, Oratorium culmen attigerint, Cicero ille fuit, cuius splendor eloquii tum in omnibus gravibus Philosophiae locis emineat de Diis, de fato, de divinatione, de mundo, de legibus, de re publica, de senectute, de morte, de dolore corporis, de aegritudine mentis, de perturbationibus animi, de beata vita, de finibus bonorum & malorum, de probationibus Stoicorum, more, sententiis, de amicitia, de consolatione, de laudanda Philosophia, de omni genere officiorum, de ratione dicendi, tum, inquam, eloquentiae suae splendor his locis effulgeat. In orationibus mirum in modum irradiat prorsus ac fulgurat. Nam in illis satis duxit ostendere, quam gravis esset ornatus quidem Philosophus. Qua in re tam exundanti non fuit opus eloquio. In hiis vero, ceterisque in locis simili ratione tractatis ut inventivis Verrinis & Philippicis patefecit, quantus quisque mirabilis esset Orator. In quo genere cum fuerint sibi hominum animi vel ad iram vel ad misericordiam commovendi, quod eloquentiae munus est maximum, totis nervis ingenii omnibus artibus usus est viribus. Itaque nihil est iis oratoris operibus elegantius, nihil uberior, nihil ornatius, & praesertim illis orationibus, quas in variis causis atque temporibus egit, ut rerum causarumque ipsa varietas non nihil ornamenti videatur afferre: de quibus, optime Frater, cum saepius incidisset, ut loquemur (ut solemus plerumque) de doctissimorum hominum studiis, deque omni genere literatum loquentes, legentesque nonnunquam; & artem, qua in eis est acutissima, & copiam & elegantiam miremur, pluries elegisse te memini, ut quod occultius esset artis, in ipsis inquirerem planaque detegarem. Nec enim dignum esse dicebas, in re tam artificiosa locum aliquem artis incognitum praeterire. Eos autem saepe altius latere, quam ut ab homine licet docto inter legendum notari possent, atque deprehendi; & certe sic est. Nam id maximè artis est, artem non ostentare dicendo, sed tegere. Itaque (ut dici solet) laboriosam mihi provinciam commisisti: est enim eas res investigare difficile, quas, qui invenit, laboravit abscondere. Sed gerendus fuit mos voluntati tuae, fuit & tuis suasionibus obsequendum: tibi denique nihil negandum, cum quo amicitiae jure quam summe ambo cum aviditate contraximus; omnia mea debent esse communia, vel ingenii sint beneficia, vel fortunae. Sed ne prohemio tamen, quantum operi concedamus, in quo eo peccemus, dum de oratoria arte perquirimus quod ab oratoria arte scimus esse damnatum, finem faciam, si seriem prius operis sequentis ostendero. Primo siquidem loco argumentum singulae orationis est positum, in quo breviter tota causa comprehenditur. Secundo causae genus inquiero, quod universalior est, quam status. Tertio naturam ipsius status, seu constitutionis causae discutio. Et ita opus cognito generali, quod particularius est, habetur; est enim ista præstantior, & naturae magis accomodata cognitio. Quarto orationis dispositio investigatur, ex qua potissimum orationis ordo & numerus cognoscuntur. Quinto singulae orationis partes, ut ex arte confessae sunt, quæque suo loco aperiuntur, & argumenta, & loci in confirmationibus & confutationibus ostenduntur. Sexto de elocutione tractatur, quæ est una pars artis, quo loco exornationes, quæcumque se mihi legenti semel obtule-

[ CLXXVII ]

tulerant , assignantur ; neque eis dicere ausim omnes collegisse . Sunt enim penè infinitæ , vixque locus aliquis vacat exornatione , & relegens aliquando cognovi alias esse præterita ; etenim fieri vix potest aliter . Nam in re non valde utili diligentia opus est maxima , quam intenti majoribus præstare non possunt . Ex omni siquidem arte hoc unum est investigatu fastidiosum , nec multum cognitu fructuosum : ibi enim potissimum acuendæ sunt curæ , ubi conflictatio fit locorum . Tantum tamen exornatum indagini impensum est , ut meo judicio pauca frustrasse oculos videantur . Verum , quæ exornationibus oratorum scemata , Tropique conveniunt , aliaque figuræ , quas Grammatici descriperunt , cui exornationi , quod scema , qui Tropus , que Figura conveniat , non ommittendum duxi , sed semel ostendisse contentus , non quoties de simili exornatione fit mentio ; fuisse enim hoc opus inutile , & vanus labor .

HIERONYMUS [1] SQUARCIASFICUS ALEXANDRINUS

*Reverendissimo in Christo Patri Domino Antonio Seracho Archiepiscopo Corinthiensi , O Reverendissimi [2] Domini Patriarchæ Venetiarum Vicario salutem plurimam dicit.*

Cum superioribus diebus , humanissime Pater , orationes eloquentissimi Ciceronis percurserem , in illis mirum in modum delectatus sum propter sententiarum gravitatem , qua ubique præclarissimus auctor usus est . Tanta ingenii acrimonia , tanta dicendi copia ac vi , tanta elegantiarum cærbritate & robore , tanta animi magnitudine , & tanto spiritu res suas agit ; ut nemo melius , nec præclarioris , neque elegantius facere possit . Quod cum hoc opus dignissimum esse percepimus , summa cupiditate exarsit animus ad eas cognoscendas . Verum illæ non nisi ab eruditissimis iisdemque copiis rerum affluentibus hominibus percipi posse existimavi ; si commentarios , quos nonnulli eruditissimi homines ediderunt , in manibus habere valerent ; & cum hoc diù mecum meditatus essem , doctissimum atque humanissimum virum Marcum Barbum Patritium Venetum offendi : & ea , quæ mihi essent animo , cum eo agitare cepissem , & posteaquam meam opinionem bonam esse affirmavit , non te fugit , inquit , Hieronyme , Antonium Luscum clarum virum commentarios in xi Ciceronis orationes luculentissime edidisse , & Georgium Trapesuntium , qui non minus Græcarum literarum quam latinarum eruditissimus habebatur : qui cum olim in hac amplissima Urbe doceret , orationem subtilissimam pro Q. Ligario absolutissime commentatus , & in ea quidem amplissime posuit argumentum , & partes tetigit , & ad digitum (ut ita dicam) colores ostendit ; sic & Luscus in omnibus , quibus ipse commentatus est magno cum studio , abundantissime omnia docet . Quos libellos , si quis diligenter inspicere voluerit , procul dubio & facile vim earum orationum cognoscere posset , & cùm hoc non solum meo judicio , sed etiam ab eruditissimo homine acceptissem ,

[1] Hieronymum Squarciaficum Alexandrinum Statelianum qui Commentaria in Petrarcham a Fr. Philepho inchoata , ad finem perduxit , Ghilinus in Theatr. V. Ill. inter celeberrimos doctissimos ætatis suæ viros censem . Et Oldoinus

Athen. Ligustic. p. 292. perperam Johannem appellat , illumque saltē origine , Genuensem tradit .

[2] Scilicet Maphei Girardi Ven. Patr. postmodum S. R. E. Card.

pissimum, maximo studio eos libros & habendos, & diligentè legendos curavi. Licet ego etsi sèpè aliàs viderim, sed non diligenter a me lecti minime fuerant: sed cum utilitatem, quam nunc secum afferunt, animo advertissem, consilium diligentissimi Barbi atque sententia & vera mihi & approbatissima visa est. Quare pro utilitate publica eos in lucem dare curavi, & ut id assequi valerem, summoque studio cum Ioanne Colonensi mercatore optimo & socio suo Ioanne Gerretzem contendi: ut quemadmodum omnes commentarios juris civilis & Pontificalium, nec non omnes penè totius linguae latinæ libros suis impensis imprimere fecissent, hos nullo pacto prætermittendos paterentur; qui, ut sunt benigni atque humani, facilimè opinioni meæ annuerunt. Quod opus, ut ex omni parte magis absolutum redderem, ei duodecim argumenta Xichi Polentonii suorum temporum literatissimi viri inserui. His præterea Codicillis Asconium Pedianum auctorem vetustissimum, & a multis auctoribus, & in primis a Plinio celebratum non incongruè adjunxi, qui divinus auctor quamvis laceras fere totus existat, attamè non mediocrem fructum ab ipso libro habere possumus; cum multa in illo contineantur, quæ alibi invenire minimè possunt, & herclè in principio magis epistolæ meæ quam in fine a me nominandus erat. Quamdbrem deflenda sunt superiora tempora, quæ adè magna vel calamitate oppressa vel negligentia erant, ut præclarissimum auctorem passa essent perire; & de hoc tam parvo fragmento habenda est magna gratia præstantissimo Oratori Poggio Florentino, cuius diligenti indagatione auctor nobilissimus qui per tot sacerula in media barbarie sepultus erat, magno cum labore atque industria erutus est. Cum itaque opus præsentium librorum una compagissem, ad quem potius dirigerem, Archiepiscopè insignis, quam ad te, qui quotidiè in simili arte versaris jura reddendo? Nam quid aliud ii libri præstant, quam sensum Ciceronis orationibus enucleare? Et quid aliud vult in illis egregius Orator Tullius, quam suos defendere benevolos atque amicos, quos ab inquis viris oppresfos esse videbat. Sic etiam foro tuo, cum ad illum pridiè venirem, facere videbam. Nam quotidiè jurisconsulti de rebus maximis & gravissimis ante tribunal tuum disceptantur. Ex hoc, Reverendissime Præfule, te potissimum delegi, ad quem meam hanc dirigerem epistolam, cum neminem haberem, cui rectius presens opus destinare possem; cuius ingenii vim optimumque judicium ad cognoscendas causas perspexerim, non itaque alienum existimavi ab instituto tuo huiusmodi opuscula, quæ de institutione oratoria traduntur, ad te legenda mittere. Et si meos labores tibi gratos esse sensero, post, ut spero, majores a nobis lucubrations & sortassis etiam placidiora, ad te mittere curabo. Vale felix Pater optime, & me, ut soles, ama. Venetiis ex ædibus solitæ habitationis quarto nonas Junias MCCCCCLXXVII.

## COMMENTARII C. JULII CÆSARIS

[1] per Antonium Zarotum anno MCCCCCLXXVII.

Petrus [2] *Justinus Philelphus salutem plurimam dicit Johanni [3]*  
*Simonetæ Ducali Secretario.*

Cum viderem nonnullos ad id maxime operam suam accommodare, ut alii atquè alii libri quotidie imprimarentur; ne cogitantes illi quidem ullam aut utilitatem aut dignitatem eorum, quæ scripta essent, mihi jure venerunt in mentem, Joannes Simoneta, Commentarii C. Julii Cæsaris, qui ex omnibus latinis in admiratione maximè esse debet. Fuit enī vir nulla nequè animi, nequè corporis excellentia ex omnibus mortalibus cuique cedens. Eloquentia verò, quantum cæteris hominibus præstiterit, non ex Plutarco solùm, sed ex M. Tullii Ciceronis locupletissimo testimonio satiis ac supèr dignosci licet. In ejus autem Commentariis non solùm magna quædam cognitio rerum ab eo gestarum inest, verū etiā dilucide apparent, quanta fuerit ejus sapientia, quanta clementia, quanta liberalitas, quanta in rebus omnibus moderatio, ut facile dici possit, C. Julium Cæsarem expressum quoddam ac perspicuum speculum extitisse perfectæ cuiusdam totius absolutissimæque virtutis. Ex quibus quidem ejus scriptis præster eloquentiam & dignitatem, quæ maxima est, eam potissimum utilitatem consequi possumus, quod, quo pacto vivendum sit, & parendo, & imperando edoceamur. Adieci autem iis Cæsaris Commentariis illos etiam Commentarios, qui disertissime quoque elucubrati sunt ab A. Hircio, & Oppio. Ad hæc etiā subjeci alia quædam scripta non mediocriter necesaria ad cognitionem & populorum, & huminum, & locorum, ac rerum aliarum Transalpinarum diligenter & excogitata & inquisita per gravissimum eruditissimumque virum Raimundum [4] Marlianum qui cum in partibus Transalpinis diù multumque fuisset, omnia est accuratissimè perscrutatus, quæ ad hujusmodi cognitionem pertinerent. Hæc autem omnia idcirco volui tuo nomine imprimi, quoniam & doctissimus es, & Cæsarii nominis studiosissimus. Vale O & præsidium, & dulce decus meum. Mediolani ex Ædibus meis xv Kalendas Decemb. anno a natali Christiano MCCCCCLXXVI.

[1] Deest Editionis locus. At Mediolani peractam fuisse, oppido monet *Saxius Hist. Lit.* Typ. Mediol. p. 192.

[2] Petrus *Iustinus seu Augustinus Philelphus Tholentini ortus ex Alina Francisci Philippi ex fratre Nicolao nepte; unde proavunculi mons haustus retinuitque. Præter hos C. J. Cæs. Comentari. alia nonnulla recentiorum Scriptorum, T. Livi Decades tres, Juvenalis & Perii Satyras, & Silium Italicum iterum castigatores elegantiioresque imprimi curavit. Nullam vero extare de suo penu depromptam lucubrationem testatur prælaudatus *Saxius* l. c. p. 144. a quo hæc excerptimus.*

[3] De Joanne Simoneta. Vide infer. ubi de *Gelis Francisci Sfortiae* ab eodem conscriptis termio erit.

,, *Raymundus Marlianus* ex equestri nobilissimo, ma Mediolanensi familia genitus-illustriorem se redditio eximio cultu scientiarum. Captus nobili desiderio remotas urbes invisendi Gallias omnes perlustravit fructumque itinerum suorum retulit, gloriam scilicet illius operis topographici - quod recondita eruditio refertum, seculo subsecente variis in urbibus, Parisis nempe, Francofurti, Venetiis recusum fuit. Reversus in patriam - Senatorio Ordini adscriptus - ob doctrinæ prudentiæque famam a *Carolo Burgundie* Duce ad Supremi Consiliarii munus amplissimum evocatus Collegium Marlianum Ticinensem ultimis tabulis instituit. " Hæc *Saxius* l. c. p. 194. Vide insuper Cl. V. *Sitonus de Scotia in Chron. Collegii Equit. & Judicium Mediolan.*

## GIUSTINO VOLGARIZZATO.

Venetia a le spese di Johanne da Colonia & Joanne  
Gherretzem MCCCCCLXXVII.

**H**ieronymo squarzafico [1] alexandrino: al magnifico & generoso messer Nicolò [2] di campo basso: & di tremule dignissimo conte: & di larte militare imperatore egregio. Salute manda. Soleva dire magnifico conte quello sapiente huomo di Archita Tarentino secundo che scripsse Cato. Nessuna magiore peste agli huomini puoter esser data che la voluptade: & libidine. Noi in veritade questa preclarissima sententia aprovamo esser vera. Et a questo ne pare meritamente di poterli agiunger: che nulla cosa contra di questo meglio non se li puo opponere che la doctrina: & eruditione de le lettere per le quale ali boni exempli si viene de lhistorie. Che in veritade in lora si cognosce perfectamente ogni arte piu valere quanto ele congiunta cum li exempli. Questo e che molti sapientissimi huomini lhistoria magistra: & parente di la natura lano appellata. Quanto di fede & di auctoritate ella se sia. Nel foro ne le corte: nelli comitii tueto il giorno si vede: che per imitatione de le cose degne: da li nostri predecessori facte: siamo duno proprio ardore spenti ala iusticia: fortitudine: temperantia: fede: & pietade. Et tu? che tueto il giorno per le re publiche sei versato chiaro il vedi. Tanta forza a la memoria de le cose bene adoperate: che molte volte di grandi huomini si venghano ad imitare: come Fabio Pericle: Cato Curio: Cesaro Alexandro: Pelopida Trasibulo. Per questo e che li nostri magiori limage di Socrate: Platone: & di Aristotele: & di molti altri tenevano non solamente in tabule: & vasi depinte: ma nelle publiche piazze: & ne li templi le collocaveno. In tale che per quelli admirandi facti gli fusseno exemplo ala via de le virtude. Per questo bene Demetrio phalerio consigliava ptholomeo philadelpho che mai li libri de lhistorie si togliesse di mano. Egli sono (come dice horatio) de li exemplarij greci da rivoltarsegli per mano il giorno colla nocte. perche da quelli altro che bene non possiamo havere. Per questo aduncha Io habbio stimato esser bono di consigliare ali optimi mercadanti Johanne da colonia: & Johanne gherretzem suo carissimo compagno chegli non vogliono negare di fare imprimere Justino in la nostra vernacula lingua elegansissimamente tradueto: Et loro come benigni: & degni dogni laude: questo non ano pretermesso: appresso agli innumerabili volumi: di Justiniano cum li pontificali: & di la sacra theologia: cum tueti gli boni: & utili volumi: che ne larte de lhumanitate si puosseno usfare: ano cum li suoi denari perdusti in luce cum molti libri incogniti. Che veramente costoro non minore laude ano acquistato di Andronicho rhodio il quale tueti li libri di Aristotele: & di Theophrasto che per la magiore parte erano sparsi: se gli redusse insieme: & da quelli sono pervenuti questi puochi quali noi al pre-

[1] Versionem hanc seu mavis perversionem ipsem *Squarciaficus* typis evulgandam dederat Johanni de Colonia, & Johanni Gherretzem, quos mercatorum optimos appellat: ut monet haec eadem Epistola ad calcem totius voluminis impressa.

[2] De *Nicolao Campi-bassi* Comite, ejusque gentis origine & agnominibus audi, si vacat, *Squarciaficum* grandia narrantem &, Torva Mimalloneis implentem cornua bombis. Vid. inf. pagg. 81. 82.

al presente havemo: & gli mando a roma ne la biblioteca quale haveva ordinato Silla: possia che quella di Athene havea spogliata. Et la cura di quella al doctissimo huomo M. varone fu data per consiglio di Asynio pollione: & la sua immagine ivi gli fu sculpita. Et non mancho honore fecundo il mio iudicio meritono costoro: che il magno pompeio: per la corona quale ebbe navale per havere vinto li pyrati. Se questi adunca per esser stato proposto de la biblioteca romana. & l'altro per havere di Aristotele: & di Theophrasto ricolti li volumi ano tanto meritato Quale laude adunca si dara a costoro: che tutta la machina ( cosi dica ) de libri: che in qua: & in la erano dispersi ano riducta in uno corpo: al modo di Esculapio che il lacerato Ipolito: si ridusse vivo nel pristino stato. Non una ma mille corone e statue meritarebbero: sel tempo presente fusse tale che si dasesse premio: & laude ala virtude. Ma teste e laudata ( come dice Juvenale ) & poi si ne sia fresca. Et ora mai venendo a la prima intentione: dico che vedendo questa opera di Justino continere la narratio-ne di tante guerre: di mutatione di signorie: tante misserie di la conditio-ne humana si gli vedano: che facilmente a noi dimostra: non dovere ponere speranza in questi fragili: & caduchi beni: con li quali ne alu-singha: al modo duna esca: questo fragile & caduco seculo. Si che a noi si havemo il drichto sentimento se ne insegnra che queste nostre varie: & fluxe opinione si dovemo restringere: & in questi falaci beni di la fortuna non prestare pensiero. Ma piu tosto pensare di fare tali effecti: che pos-siamo venire ali premij di leterna salute: & di fama immortale. Questo considerando il egregio historico trogo pompeio huomo di grande eloquentia: & non di minore ingegno. Mosso per emulatione di gloria: & per dare ammaestramento ali futuri scripsse in quaranta e quattro libri lhistorie greche: & non solo quelle: ma di tutto il mundo ( si puo dire ) cosa vera-mente degna: & di grande fatigha. per lanima & pel corpo. come dice esso Iustino. Et e cosa in veritate da dolere a tutti: che tanto degno lava-re a noi non sia possuto pervenire: ne tutto ne in parte. Et come se sia perduto mai in nessuno luogo ho possuto trovare: sel non fusse quello che la piu parte degli huomini dicano: che tanto bene: & ornatamente Iustino si la abbreviato: che per quello suo pollito epythoma limmensa ope-ra di Trogo se sia manchata. Et e cosa certo maravigliosa: che pura uno picolo fragmento si ne possa trovare. Noi veramente non possiamo fare che lopera di Iustino non commendiamo: si come degna: & excellente si come nulla altra abreviatione: che tenga la greca: & latina lingua: ex-ceptuando Lucio flor: dil quale al mio iudicio piu pollitamente non si po-trebbe dire & cum lui Iustino di par segno giostra. Contenendo adunca in se questo libro tante mutatione di cose: a chui meglio di te il poteva intitolare: il quale io sappio che la magiore parte de li mundani adveni-menti: che ali mortali possino advenire a te siano pervenuti. Non voglio qui ricontare la progenia de li tuoi magiori: che non solamente nel rea-me di Neapoli dove egli dimorono: ma per tutta la gallia transalpina do-ve trasino il suo principio che fu da li re di franza: & si chiamavano conti di monforte. Ma insino ne la Ierosolima rimbunbo il suo preclarissimo nome. per quello conte monforte: il quale ando cum Gottofredo de ba-glione per cumquisto di la terra sancta. Che diro? de quelli altri duoi fra-delii che per comandamente di philippo re di franza andarono contra il re Manfredi il quale per sua opera in puglia fu vinto: & morto & per quello

il con-

[ CLXXXII ]

il contato di campo basso acquistorono & di altri lochi . Si che a volere queste tale cose ricontare altro ornato : & altra facundia mi bisognerebbe : chio non uso in questa mia epistolua vulgare : la quale io fago contra il mio consueto . Ma piu non si puo ; cosi richiede lopera : & il tempo alinstancia di chui io al presente scrivo per mantinere la vita : & per puodere tra glialtri ornato comparere . forssa che pensi che le tue laude io voglia qui ricontare : o dio il volesse che la scripture fusse tale chio le puodesse si come le meritano dire . Ma chi sara quello che in cosi breve compendio possa narrare ? quello che per te ne la italia ne la ispangia : nella franza : & ne la germania se sia adoperato . queste sono cose da impirne ogni grande volume . Si che tutte queste cose ad altro tempo le riferbo : dove cum altro ornato & cum altra eloquenza le voro explicare . Teste questa iscriptione te mando : in tale cognosci parte de lamore qual ti porto . Et si cognoscero questo esser te suto grato cum altre mie piu degne lucubracione visitaro te invictissimo mio conte . Dio te salvi honore del seculo nostro . Data in Vinesia ali giorni . xij. setembris . M.CCCC.LXXVII.



D A N T E.

Mediolani per Ludovicum & Albertum Pedemontanos MCCCCCLXXVIII.

*Divo Guilielmo Marchioni Montisferrati Militiae supremo Duci,  
Sacri Romani Imperii Principi, Vicarioque Perpetuo.*

*Martinus [1] Paulus Nidobeatus Novariensis  
P. F. D.*

**D**Antis Aldigerii clarissimi Poetæ Florentini comediam cum nuper accipissim in manus , ut inter magnarum rerum curas ex cæde nefaria Divi Principis Galleacii ingruentes , quem Tu Ducem imprimis pro vetere amicitia , indissolubilique affinitate , & cæteri boni haud secus ac erat par , immortalē esse cupiebaris ; aliqua si possem mærori meo solatia invenirem : ita sum ejus stilo materiaque delectatus , ut cum latando lenimen maximum cæpissim , in admirationem etiam venerim : quonam paecto Poeta unus complecti omnia a sæculi primordiis per quoscumque rerum Scriptores memoriae tradita , virosque celebres seu merendo seu demerendo ad sua usque tempora tam brevi opusculo potuerit perstrinxisse . Quid enim per immortalē Deum Dantes noster omisit intactum ? Historiam , Fabulam , Philosophiam , liberales mechanicasque & exceptivas , quas vocant , artes , Cosmographiam , Theologiam , que summum ad bonum ducit , iis libris non solum tacta decenter , sed enucleata diligenter , disputata subtiliter , decisa

[2] De Martino Paulo Nido Beato , seu verius Nibio , patria Novarieusi , deque Guidone Terzago Mediolanensi , qui iunctis curis hanc Algeriani Poematis editionem concinnarunt , luculentter differuit solertissimus Saxius Histor. Typ. Lit. Med. ad ann. MCCCCLXXVIII. quem


adī . Legenda insuper Epistola Joann. Vic. Pincelli ad Nob. V. Jac. Contarenum qua de vero Auctore Commentariorum hujusc Edit. nonnulla , eaque scitu dignissima recensentur . Extat in Bibl. Lat. MSS. D. Marci Venetiarum p. 240.

## [ CLXXXIII ]

decisa eleganter invenies. O facer & magnus non jam Vatum , ut Luca-nus inquit , sed vatis Ætrusci labor , omnia fato eripis , & populis donas mortalibus ævum . Miratus deinde vim carminis vicem ejus indolui , quod in tanta imprimentium copia , quibus magna Italia , Germaniaque , & totus propè orbis exuberat , nemo illius accuratius imprimendi animum , cu-ramve suscepit ; cum tamen innumerabiles libri blattarum ac tinearum futuræ epulæ sint impressi . Itaque Princeps optime Guilielme , tuo etiàm rectissimo judicio nefas ratus tam celebrem Poetam ab ingrata aut imme-mori arte deltitutum , silentio , tenebrisque obrutum pati ultra non potui . Sed Guido Terzago nobili Insubri summo ingenio ac diligentia viro , per-suasi , uti per idoneos homines negotium conficeret , commentumque appo-neret , ut docti pariter , & indocti percipere fructum iusti laboris possint . Sunt enim obscura permulta cùm idiomate , tūm sententiis , quæ tibi qui-dem excellenti ingenio atque doctrini principi , cæterisque viris eruditissimis esse clara per se , atque aperta possunt , multitudini sine commento non possunt . Commentatos certè in hanc Comædiam non ignoro admodum octo graves & eruditos viros : Franciscum imprimis , deinde Petrum Dantis filios , Iacobum Lanæum Bononiensem , Benvenutum Imolanum , Ioannem Boccacium , Fratrem Riccardum Carmelitam , Andream Parthenopeum , & nostra ætate Guinifortum Barzizium Bergomensem , Oratorem eundem gravem , & jureconsultum disertissimum , quos omnes & perlegisse me , & singulorum doctrinam ac diligentiam sæpe admiratum fuisse confiteor ; pa-res enīm ferè omnes omnibus ingenio , eloquio , doctrina , diligentia vide-bantur : sed Iacobus Lanæus materna eadem & Bononiensi lingua superare est visus , cum sit illa Vrbs in umbilico Italæ posita , ut assiduo commercio non terfa solum vocabula , sed Provinciis omnibus etiàm communia ha-beat ; nec minore gratia , dignitateque sit in Italia Bononiensis sermo , quam laconicus oīl in Græcia fuit . Evidem haud abnuerim ; ullam esse fententiam , ullum paulo obscurius verbum , quod non Commentator noster infima etiàm ingenia fortitis intelligendum præbeat . Et nos aliquibus locis pleraque coniunximus aut usu comperta , aut ex diversis auctoribus & Annalibus tanquam ex Fluminibus derivata , quæ cùm juvare tūm etiàm delestante legentem possint . Ergo hunc Vatem , veluti denud ab inferis ex-tractum contentus reddidisse mundo Tibi potissimum dedicavi , quem scio non civili solū & bellica laude , sed liberalibus etiàm studiis , & cùm præ-senti , & cum omni retroacta ætate certare . Ac nescio , ne eo sis admirabili-or , quod miti imperio subditos , prudenti consilio Finitimos , Federatos-que , qui Te veluti Hamonis & Apollinis oraculum adeunt , regendo suf-ficias , quam quod talibus distentus curis surripere Teipsum tibi , multas-que horas quotidiè impendere studio possis ; C. Cæsarem scilicet imitatus , quem ne inter bella quidèm litterarum oblitum ullum unquam diem le-ctionis expertem traduxiste ferunt . Scis enīm me tecum per annos septem & viginti legisse sæpe , sæpe legenti affuisse . Sæpiissimè admiratum , cum tu vix dum pubes Martem secutus , qui abhorret a literis , ævum omne tela inter gladiosque versaveris ; unde tantam hauseris disciplinam , quan-tam vix ulli eorum hausisse contigit , qui totos annos cum summa diligen-tia ac studio inter Philosophantium cathedras sunt versati . Sed ita est : ego Te semper , dive Guilielme , atque adèo cuncti mortales divinum hominem ac veluti quoddam Numen e sinu Iovis delapsum existimavimus . Ne-que hoc profectò pro nihilo , cum Tu multa solus peragas , quæ multi fin-gula

[ CLYXXIV ]

gula agere nequaquam possunt. Accedit ad hæc & vulgata in omnes liberalitas ac mansuetudo tua, & præcipua quædam in me pietas atque munificentia, qua mihi per annos septem & viginti, & domi, & Foris munia quæque non tamquam servo, sed uti fiduciario homini mandando esse inter viros bonos voluisti, & largè donando egere meque, meosque Posteros noluisti. Quis non igitur naturæ iniuriam factam putaret, si non ipse quoque perpetua fide atque officio tibi veluti glebae adscriptus tanquam Lari ac Genio consecrarem? Emendatum sanè opus accipies; nec si quid inemendatum offenderis, auctoris potius quam impressoris incuriam accusabis. Vale Principum decus. Mediolani. Martii MCCCCLXXVIII.



D O N A T I [i] A C C I A I O L I  
EXPOSITIO SUPER LIBROS ETHICORUM ARISTOTELIS.

Florentiæ apud Jacobum de Ripl MCCCCLXXVIII.

*Ad Clarissimum Virum Cosmum Medicem.*

CUm post interitum quorundam doctissimorum hominum studia Florentina magna ex parte remissa viderentur venit in hanc Urbem [2] Argiropulus Byzantius vir ingenio præstans summus atque Philosophus, ut juventutem literis Græcis ac bonis artibus erudiret; iamque plures annos doctrinam tradidit nobis tanta copia, tam multiplicibus variisque sermonibus, ut visus sit temporibus nostris veterum Philosophorum memoriam renovare. Sed inter cætera Philosophiæ opera cum Aristotelis libros, qui ad Nicomacum de moribus scribuntur, mirificè esset complexus, eos tuo nomine latinos fecit, publicèque deinde explicuit non sine magna audientium approbatione. Habent enim libri ii summam dignitatem, admirabilemque doctrinam, ordinem verò propè singularem. Itaque si accurata & exquisita quædam explanatio accedat, magnum auditoribus afferrent frumentum. Quod ego iam inde ab initio mecum considerans una cum plerisque aliis, qui hujus quoque præceptoris disciplinam sequuntur, in iis audiendis

[1] *Donatus Acciajolus* Senior, præclarissima gente Florentiæ natus ann. 1428, *Jacobo Ammanato*, postmodum *Card. Ticinensis*, & *Johanne Argyropulo* præceptoribus, quam græcis tum latinis literis excelluit, & Oratoris, Philosophi, ac Mathematici insigne nomen adeptus est. Patriæ sua magistrisbus pene omnibus perhorifice functus, plures insuper suscepit legationes ad Lud. xi. Gall. Regem, Romanosque Pontifices Paulum II. Xystum IV., aliosque summos Italia Principes; & Mediolani tandem dum Legati munus obiret, ann. 1478. Kal. Sept. diem clausit extremum. Non defuerunt qui *Acciajolum* de plagio postularent, quos inter *Naudens*, *Vossius*, *Morhofius*, aliquie, quod veluti de suo penit depromptas expositiones hasce venditare voluisset. Sane, ait disertissimus *J. M. Mazzucchellus* in *Bibl. Script. Italor.* si legissent quæ *Donatus noster* in *Præfatione* præscriperat,

utique laude & commendatione dignissimum non vituperatione faciles censuissent. Vide laud. *Mazz.* l. c. ubi quæ ad rem faciunt omnia, sedulo collecta pro more suo egregie recentef.

[2] *Johannes Argyropulus* Constantinopoli natus, nobili genere, si fides *Papadopol.* in *Hist. Gymn. Patav.* Roma decepsit septuagenarius ann. 1486. Testatur *Jovius Argyropulum* apud *Cosmum Medicem* summo in honore fuisse, tantaque nominis existimatione ut *Petro filio nepotique Laurentio* præceptor datus, loco parentis haberetur. Præceptorem & discipulum uno calami ductu depingit *Paulus Cortesius* in *Dial. de Homin. doct.* p. 42. " *Joannes Argyropulus* „ *Byzantius* prope perfectus Peripateticus & sane „ tolerabilis *Scriptor*. -- " *Huius auditor* fuit „ *Donatus Acciajolus* homo non indisertus & ipso „ orationis genere copiosus &c.

## [ CL XXXV ]

diendis præcipuam curam, diligentiamque adhibui, ut ea tantum documenta perciperem, quæ ad bonos mores & rectam vivendi rationem conferrent. Postea verò cum viderem hos libros a te, & ab iis omnibus, qui ingenio vehementer excellunt, libentissime legi ulterius progrediendum ratus: expositionem hujus doctoris accomodatam præcipue menti Philosophi literis mandare constitui, ut ii, qui adesse non potuerunt, & harum rerum desiderio tenerentur hæc, quæ nos ex ejus ore accepimus, percipere; & ipsi pro arbitrio possent. Quarè traductionem illius ac ordinem explicandi pluribus verbis secuti sumus, lata interdum, & diffusa oratione utentes, ut explanatio aperta magis magisque omnibus esset communis. Verum tibi, Cosmæ, ac Petro Filio tuo hæc omnia accepta referri debent, quorum opera factum est, ut ex uberrimis sermonibus hujus summi Philosophi antiquorum more ad cives vestros manaret doctrina; & in Florentia urbe, in qua cæteræ artes magnoperè vigent, floreret etiam, quoad fieri potest, studium sapientiæ. Quarè nemo mirari debet, si homines eruditæ omnes vigilias, ac exercitationes ingenii sui ad vos potissimum deferunt. Hæc autem tuo præcipue nomine scribenda suscepimus, quia Viro excellentissimo omni genere virtutis nullos sermones gratiore fore arbitramur, quam eos, qui de moderatione animi, de liberalitate, magnificentia, cæterisque virtutibus referuntur; in quibus tu unus tantum excellis, quantum & nos scimus, & ipsa ingens, frequens, quam de te fama declarat, quæ non contenta Italæ finibus, longius latiusque progressa eò usque pervasit, ut apud exteræ gentes tuum nomen multorum linguis atque literis celebretur. Hoc tibi gloriæ primæ, cæteris deinde Civibus exemplo esse debet, ut quantum studio & labore contendere possunt, summas virtutes tuas imitentur, talesque evadant, quales Aristoteles viros felices, & omni probitate perfectos iis suis libris expressit, quos nunc in manibus habemus; ut eorum explanationem, sicut diximus, in medium afferamus præmissis antea non-nullis, quæ cognitu necessaria videbantur.



[ CLXXXVI ]

LE FAVOLE DI ESOPO  
VOLGARIZZATE DA ACCIO [1] ZUCCO.

Verona MCCCCLXXIX.

Apri ch'io sono Esopo o tu lettore  
A cui gli detti mei di leggier piace  
Gia latino e vulghare fui fallace  
Lamendoso per colpa del scrittore.

Hora son stato in man di correttore  
Che in latino e vulghar con mia gran pace  
Esser me fa: come gia fui verace  
Esopo & Accio Zucco translatore.

Le cose che a fanciulli & a ignoranti  
Vano per man: foglion perder sua forma  
E mutar spesse volte soi sembianti.

Vien poi chi per pieta quelle reforma  
Reducendole a quel: cherano innanti  
Ondio corretto son: sotto tal norma

Da Gioanni alvise e da compagni sui  
Con diligentia bene impresso fui.

*A seopus fueram deformis. non satis istud  
Ad lasanum stobam sordibus atq. lacer  
Hic cantum hic numeros laniaverat arte refartus  
Nunc docta metuo non piper uncta garum  
Me lege nec ludo tibi sit mea fabula lector  
Vtiliter salibus seria mixta dabit.*

[1] Accio Zucco Veronese (scrive il Ch. Sig. M. Maffei Veron, Ill. Lib. III. p. 135.) tradusse in altrettanti Sonetti le Favole di Esopo precedendo sempre Epigramma Latino e susseguendo la moralità in altro Sonetto. --- Il Testo a penna Saibante 388. vagamente figurato ha quest'opera con assai varietà. Finisce

» Chi del pronome mio saper si lagna  
» Rispondi el Zucco da Summacampagna.  
Volgarizzamento più antico di queste Favole io non vidi mai. Il Maistrale riportando il titolo di questa Edizione, malamente scrive *Summa Campanæ* in cambio di *Summacampaneæ*.

[ CLXXXVII ]

[i] P L A T I N A  
I N V I T A S P O N T I F I C U M.

Venetiis per Joh. de Colonia & Joh. Gheretzem MCCCCCLXXIX.

*Hieronymus [2] Squarciaficus Alexandrinus Doctissimo  
viro [3] Platinæ S. P. D.*

**L**Egens juniorum scripta , mente sèpè mecum voluto , quid inter ingenia nostræ tempestatis intersit . Offerunt se mihi hinc , qui veteres Poetas , Oratores , aut Historicos interpretantur . Ii & si rem laboris magisque ingenii aggrediantur , tamen quia suo labore gignunt fructum pueris atque novitiis interpretando grammaticè secundum corticem , quod possunt . Sunt nimirū laudandi . Hinc exeunt mihi , qui externa lingua scripta latina faciant . Iis verò , et si hoc non multum ingenii ( ex se nihil inveniendo ) ostendunt , tamen satis gratiarum debemus . Declarant enim nobis lingua nostræ incognita , sed illi mihi sunt maximi , qui ab se inventa aut disposita scribunt : ii quidèm non fraudantur feraci ingenio suo , & quæ possunt posse videntur . Ex hoc numero tu te sèpè mihi offers , paucis antè annis illo clarissimo honestæ voluptatis libro de rerum natura , quod nihil acutius dici potest ; nunc verò magna historia , quæ nisi consumatissimi esset viri , qui possit circumquaque perspicere , qui chirographiæ gentium , consiliorum rationem nosse , & quod arduum est , scripta factis æquare . Quarè age , magne vir , ejus , quod tibi natura largita est , fac nos participes , qui cupidè Joannem de Agrippinensi Colonia & Socium suum Ioannem Manthen Gheretzem optimos quidèm viros consulemus ut scripta tua accuratissimè semper imprimantur . Felix vale . Venetiis .

P R O E M I U M P L A T I N Æ  
I N V I T A S P O N T I F I C U M.

*Ad Sextum Quartum Pontificem Maximum.*

**M**ulta quidèm in vita utilia esse , Beatissime Pontifex , & humano generi commoda nemo est qui ambigat . Scriptere Philosophi multa , scriptere Mathematici excogitata & inventa ad ingenia hominum excoldenda . Magnum fuit ( ne mentiar ) rimari secreta naturæ , Cælos scandere , atquè indè ad nos doctrinam & artem earum rerum traducere , quæ Au-

aa 2 etor

[1] Editio princeps .

[2] De Squarciafico V. supr.

[3] Bartholomeum Sacrum , Platinam a vico Piadena Cremonensis agri , ejus patria , cognominatum , male Lambecius aliquie Baptistam vocitarunt . Floruit Romæ sub Paullo II. P. M. a quo bis in carcerem detrusus est ob nimiam scribendi procacitatem , qua Epistolam Pontifici dederat iure meritoque :

*Et brevibus Gyaris & caco carcere dign am.*

Vide egregiam Ap. Zeni Dissert. *De Platina aduersus Voffium* . Vol. I. p. 248. ubi insuper Cl. Vir. adnotat Antonium Koburger Noribergensem Bibliopolam , altera hujus Operis adornata Editione sub ann. 1481. Venerorum Typothetarum nomina in hac *Squarciafici* Epistola adnotata abrasisse , suumque repoluisse , ut credulis hominibus fucum faceret , novamque suam veluti castigatiorem , omniumque primam venditaret .

## [ CLXXXVIII ]

Autor & Parens omnium Deus procul ab oculis mortalium collocaverat; ut cum tantam pulcritudinem, tantum ac tam perpetuum ordinem admirantes intueremur, Majestatem Divini Numinis meritò collaudaremus. Negari certè non potest, quin ex hac philosophandi ratione magna utilitas ad homines pervenerit ingenio præsertim utentes, quippè pulchritudine Divinitatis commoti humana contemnentes, vitam cælestem in terris ducere nituntur. Verùm, ut ait Poeta, *non omnia possumus omnes*. Invenienda igitur via fuit, quæ omnibus aditum ad felicitatem præstaret, ne solis philosophis consultum videretur. Ea certè rerum antea gestarum cognitio est, quas ipsa historia continet; ex qua non quid una, sed quid omnes ætates egregiè fecerint colligentes, magistrum vitæ nostræ vetustatem ipsam habituri, privati etiam quovis imperio digni existimamur. Præterea ex hac cognitione ad prudentiam, ad fortitudinem, ad modestiam, ad omnes denique virtutes animi hominum ita concitantur, ut laude ipsa nihil antiquius, turpitudine autem nihil detestabilius existiment. Quid si veteres illi, apud quos virtus in pretio fuit, celebrari Majorum suorum statuas in Forum collocatas pro Templis ac aliis in locis publicis volebant ad utilitatem hominum respicientes! quanti a nobis facienda est historia, quæ non muta ut Statuæ, non vana ut Picturæ, veras præclarorum virorum immagines nobis exprimit quibuscum loqui, quos consulere & imitari ut vivos, fas est. Addo præterea, quod historiæ lectio, quæ vitam hominum continet, ad eloquentiam, ad urbanitatem, ad usum rerum quavis facultate gerendarum confert plurimum; atquè adeò quidem, ut eos etiàm, qui rebus gestis nequaquam interfuerent, dum aliquid compositè atquè eleganter narrarent, supra ceteros sapere & intelligere arbitramur. Tu itaque, Theologorum ac Philosophorum Princeps, hac hominum utilitate motus, simulque dignitati Ecclesiasticæ consuleus non frustra mandasti, ut res gestas Pontificum scribentem, ne illorum benefacta perirent negligentia scriptorum, qui suo sudore & sanguine hanc Rempublicam Christianam tam amplius nobis, tamque præclaram reliquere; utque deinceps haberentur Posteri nostri, quoad benè beatèque vivendum incitarentur, cum legendo perdisserent quid imitari, quidve fugere oporteret. Non sum tamè nescius futuros quosdam, qui dicant, me hoc onus suscepisse, cum id antea a plerisque factum sit. Leguntur certe multi ( Damasum semper excipio ) qui nullum florem orationis, nullam compositionem & elegantiam sequuntur, non de industria (ut ipsi jactitant) ornatum fugientes, quod eleganti stylo res sacræ scribi non debeant, sed inscitia & ignoratione bonarum literarum. Iis autem obiicere Augustini, Hieronymi, Ambrosii, Gregorii, Leonis, Cypriani, Laetantii eruditionem & doctrinam sit satis, qui hac in re Ciceronis auctoritatem sequentes arbitrati sunt nil esse tam inculsum & horridum, quod non splendesceret oratione. Non negaverim tamen huic generi scribendi difficultatem quamdam inesse, cum nudis verbis interdum ac minus latinis quædam exprimenda sunt, quæ in nostra Theologia continentur. Hæc autem ad latinitatem qui referant, magnas perturbationes ingenii nostrorum temporum hac consuetudine imbutis afferat necesse est, mutatis præsertim terminis, unde omnis disputandi ac ratiocinandi series colligitur. Sed habeat hanc quoquè auctoritatem ætas nostra, vel Christiana Theologia potius: fingat nova vocabula; faciat, ne veteribus tantummodo id licuisse videatur. Verùm jam tandem huic Proemio finem imponam; ubi lecturos prius admonuero, non esse mirandum, si cum Pon-

tificum

[ CLXXXIX ]

tificum vitas & mores scripturum me pollicitus sum , Imperatorum quoque , Principum , ac Ducum res gestas inferuerim adeo enim haec simul connexa sunt , si primos Imperatores dum Christianis adversantur , si ultimos dum favent , inspicis , ut alterum integre sine altero exprimi nequiventerit . Legant ergo aequo animo , & si quid emolumenti ex hac scritptione nostra percepint , Tibi soli , Pontifex optimè , gratias agant , cuius sanctissimo Imperio libenter obtemperavi .

Δ  
**HUBERTINI CLERICI CRESCENTINATIS**  
**COMMENTUM IN EPISTOLAS CICERONIS.**

Vicentiae per Hermannum Licheten MCCCLXXIX.

*Bonus [1] Accursius Pisanus Clarissimo ac doctissimo viro Joanni [2]  
 Francisco Turriano Ducali Quæstori dignissimo S. P. D.*

Cum omnes homines , ut Stoicorum sententia est , nati sint ad communem hominum utilitatem , ut sibi mutuò adsint : mei instituti esse duxi , ut qui jandi ac multum in palæstra , ut ita dixerim , sum versatus aliquid afferrem in medium , quod Scolasticis iis conduceret , qui se dicendi & haberi & esse studiosos existimari cupiant . Quare cum ad eam rem familiares Ciceronis epistolæ in primis accommodatae sint , nec tamen multis in locis propter & rerum & temporum conditionem dilucidè intelligantur , volui commentationes quasdam de his imprimi ; per quas , quæ maximè dubia videntur , reddantur luce ipsa , ut ita loquar , clariora . Venerunt igitur ad manus meas & argumenta , & scripta nonnulla , quæ feruntur emanasse alia e Guarino Veronensi , alia a Joanne Petro Lucensi , alia ab Omnibono Vicentino , & alia ab aliis viris mea sententia & eruditis & diligentibus , quæ tamen ipsa non essent satis emendata . Novissime verò Hubertinus Clericus Crescentinas , vir , ut mea fert opinio , egregiè doctus & perdisertus , qui in celeberrimo Gymnasio Papiensi septem annos maxima cum audientium & attentione & utilitate publico legit stipendio , earumdem epistolarum locos reddidit longè apertiores , ut quasi oculis ipsis dignosci valeant ; est enim usus diligentia singulari , eademque conjuncta cum mirabili ingenii acrimonia , ut fecus res haberi non possit . Hæc enim omnia & sua & aliena idem Hubertinus rededit tanquam in corpus unum ita compositum atque compactum , ut nulla ex parte discrepet . Rem autem ita habere commentationes ipsæ perspicuè ostendent . Quod ego laboris onus & subii alacrius , ut tibi clarissime sapientissimeque vir Ioannes Franciscus Turriane , rem facerem non ingratam , utpote qui ex huiusmodi mea

[1] Bonus Accursius , a patria Pisani agnomen adeptus , Mediolani moram egit diuturnam , & rem literariam constanti labore promovit , celebriorum veterum Auctorum operibus , emendandis , edendisque in lucem semper intensus , et *Saxius Hist. Typ. Lit. Med. pag. 162.* & seqq. Franc. Philelphum præceptorem suum impense & amavit & coluit ; eoque cohortante post ann. MCCCLXXIII. Mediolanum profe-

ctus , ludum ibidem literarium aperuit , non sine discipulorum affluentia , & nominis sui reique domesticæ incremento . Teterima lue , quæ post ann. MCCCLXXV. Mediolani graffabatur , egrum virum e vivis eruptum suspicatur *Saxius l. c. quem vide.*

[2] Mæcenati suo , & cui nonnulla ab se edita Bonus Accursius dicaverat .

di mea provincia non parum utilitatis afferes tuis liberis , quos ego non secus & diligo & amo , atquè expressa quædam probitatis tuæ & summæ eloquentiæ simulacra . Ea sanè sunt merita de me tua , ut cogar die noctu- que aliquid semper cogitare , quod tibi sim gratificaturus . Id autem tūm mihi contigisse intel igam , cum Te animadvertero huiusmodi meis manu- sculis delectari . Vale .

## HUBERTINUS [i] CLERICUS CRESCENTINAS

*Bono Accursio Pisano Viro disertissimo & humanissimo  
S. P. D.*

C Um jàm multos & eosdem utiles libros , Vir eruditissime Bone Ac- cursi Pisane , opera tua imprimendos curaveris , non contentus ea , quam jam plurimis labore tuo utilitatem attulisti , cupiens etiàm in dies majorem afferre , sàpè numero me hortatus es ; ut quæ inter legendum interpretandumque idoneos Romanæ linguae Auctores optima & probatissima annotasse , ea tandem ad studiosorum hominum utilitatem ederem , ne essent penes me tanquam ignis abstrusus in venis silicum . Ego verò , etsi id libenter te hortante eram facturus , tamen quoniam multis & pu- blicis & privatis occupationibus impeditiebar , quo minus id satis commodè facere possem , in hunc diem distuli ; non ut tuæ honestissimæ voluntati adversarer in re præsertim , quæ esset mihi non minus benevolentiam & gratiam conciliatura , quam aliis utilitatem allatura , sed quod existimabam oportere esse & ingenio elaboratum , & industria atque diligentia perfectum quod esset commune & liberum omnium judicium subiturum . Quod etsi planè ut volebam , fieri non potuit ; nolui tamen diutius expectationem tuam morari , ne majus esset in mora incommodum , quam in celeritate utilitas & gratia : præsertim cum epistolarum Ciceronis , quas familiares appellant , interpretationem & commentationem a me factam exigeres ; in quarum lectione & imitatione tanta est & rudibus , & longius provectis utilitas , ut nesciam an in aliis ejus libris ulla major esse possit , quod in his Epistolis præter tersum quoddam & familiare dicendi genus inest etiam magna Philosophiæ pars ; unde utramque commoditatem & dicendi & vivendi percipere possumus . Itaque id opus ea diligentia explicavi , ut sperem neminem fore vel mediocri ingenio præditum , qui meæ industriae opera si modo paululum studii adhibere voluerit , breviter plurimum non sit profecturus . Nec quisquam deterreatur quod sint aliquæ in hoc volumi- ne Epistolæ , quarum obscuros locos , & quædam quasi ænigmata non modo Edippus ipse , sed ne Apollo quidèm solverit ; nequè enim hac causa impediemur , quo minus ad dicendi commoditatem perveniamus , si in tanto epistolarum numero aliquæ ignorentur , quas vel ipse Cicero , vel alii ejus ætatis

[i] Hubertinus , teste vel ipso Bono Accursio in super . Ep . ad Turrian . -- in celeberrimo Gymna- fio Papieni , septem annos -- publico legit sti- pendio . Vir adeo egregie doctus & perdisertus ut ad hunc laborem sufficiendum a viris gravissi- mis Bono Accursio , & Christophoro Cambiago impelli meruerit . Fuit porro Cambiagus , ipse met Hubertino teste , hac eadem Epistola , per ea tempora Ducalis Secretarius & vir -- non

solum mira quædam rerum prudentia , egregia probitate , & in invictissimum Galleacum Mar- iam Mediolani ducem Quintum spectata fide , sed etiam ita omnium bonarum artium cogni- tione excellence ut fidelior Secretarius an melior Orator sit , non facile sit judicatu . Is amore & favore præcipue Hubertinum juverat . Utrum- que silentio præterit Saxius . Vide hanc eandem Epistolam sub fin .

ætatis doctissimi viri ex industria scripserunt, ne ab aliis quam ab iis, ad quos scribebant, intellegentur re interdum ita exigente. In quibus vel præcepto Ciceronis libro primo Officiorum ne conterendum quidem est tempus: dicit enim in ipsa prudentia duo vitia vitanda; primùm ne incognita pro cognitis habeamus, deinde ne nimium operæ in iis rebus conteramus, quæ non sunt admodum utiles, eademque non necessariæ. Obscure enim dicere, ut tu optimè nosti, cum inutile est, tum verò unicuique sine præceptore & imitatione facile. Quantum tamen & ingenio nostro, & multorum librorum diligenti investigatione consequi potui, effeci; ut ad huius operis interpretationem parum admodum desiderari possit, de quo tibi plurimum debet studiosa juventus, quod me ad hunc laborem impulisti eius causa: cui & ingenio tuo & labore assidue consulere studes non modo latinos, verum etiam & Græcos Codices ita in medium offerens diligenter impressos, ut jam nemo possit, qui non discat, nisi negligentiam suam accusare. Itaque, ut quod instituisti, perficias, libenter tibi morem gessi: celerius autem id effeci, cum te efflagitante, tum verò addente calcar ingenii & studiorum meorum amore & favore Christophoro Cambiago Ducali Secretario, Viro, ut scis, non solum mira quadam rerum prudentia, egregia probitate, & in invictissimum Galleacum Mariam Mediolani Ducem Quintum spectata fide, sed etiam ita omnium bonarum artium cognitione excellente, ut fidelior Secretarius, an melior Orator sit, non faciliter sit judicatu. Itaque si & tuo, & talis viri gravissimo judicio has laborum & vigiliarum mearum primitias probatum iri video, edam prope diem, quæ & in primo Nasonis Metamorphoseon, & in Officia Ciceronis non negligenter conscripsimus, deinde in alios idoneos auctores. Quamobrem Deum Optimum Maximum omnium bonorum operum Auctorem suppliciter precor, ut hiis ceptis meis ita aspiret, ut cum ejus ope & Numine opus meum vestrum judicium meruerit, reliqua alacriori animo persequi possim. Vale, & me ama. Mediolani 4 Idus Augustas.

*Ad calcem Voluminis.*

Habes, doctissime atquè optime Bone Accursi Pisane, opus longè majus atque uberioris, quam tibi initio promisi; qui non solum difficilia quædam & anxiotatu digniora edere contentus fui. Sed cum virorum quorundam bonorum, & doctrina præstantium exhortatione, tum vero tuis & præstantissimi doctissimique viri comitis, & Ducalis Quæstoris Ioannis Francisci Turriani efflagitationibus ita omnes locos in his Ciceronis epistolis adductus sum, ut explanarem, ut non solum, qui vel longius in hac dicendi arte proiecti, & qui jam in cursu essent, verum etiam omnino rudes haberent, quo tantum pelagus tuto ingredi auderent, & ad portum pervenire possent, in quo quantum laudis & benevolentiae mihi a viris bonis futurum confido, tantum invidiæ & detractionis & maledicentiae jam nunc a malevolis quibusdam esse intelligo; quos omnia pervertentes officio meo detrahere audio; & quod malefactum arguere non possunt, prolixitatis accusant, quasi cum hoc onus primum suscepi, pro paucis non pro omnibus laborandum duxerim; qui officium meum & docendi interpretandique munus ad communem utilitatem semper potius quam ad ambitionem referendum putavi: cuius quidem instituti nihil video, cur me poeniteat, cum id ætatis videam in literarum exercitio me multos alumnos non sine

sine magna & laude & gratia peperisse, quotidieque parere. Quare maledici isti invideant, doleant, rumpantur, detrahantque quantum libet, nullius tamen iniuria me ab officio unquam abducent, plurisque faciam bonorum laudem & judicium, quam quorundam corrupti marcentis putridi, ut ita dicam jecoris hominum caninos latratus & venenata verba, & ad alia excudenda laborabo eo diligentius, quo plus temporis mihi assumere volo, quanquam in hoc opere licet in discursu facto, tamen puto pro magnitudine rei negligentiae culpam mihi adscribi non posse; in quo si omnibus non sum satisfactorius, hoc me consolabitur, quod ne id mihi quidem unquam assumpsi, ut id facere possem, quin illud Horatianum meminifsem. Tres mihi convivæ prope dissentire videntur poscentes vario multum diversa palato. Qui autem edendi celeritatem accusabunt, ejusdem Horatii sententia adducti tibi, & aliis amicis, quorum efflagitationibus id facere coactus sum, potius quam voluntati meæ adscribendum esse Tu ipse testis es; neque id cupiditate aliqua factum esse, sed ut quod aliquando maximè profuturum erat, gratius fieret, si citius vel mediocriter prodefset; cum id quoque in proverbio esse soleat, quia nullius rei maior est penuria quam temporis, &, ut inquit Iuvenalis, qui dives fieri vult, & cito vult fieri. Quare si utilitatis celeritas cum magnitudine futuræ utilitatis comparetur, nemo erit, qui facilitatem meam in amicis indulgendo, ut id celerius facerem, non probet. At, inquit aliquis, futurum erat pleniū & emendatius si distulisses; id equidem fateor, sed ingratius interea pro expectantium utilitate: deinde dum apud me fuisset, nullis erat profuturum, quibus fortasse hujus ope majorum rerum fundamenta jacentur, & erit patefactum iter: quod si minus sine aquis, sine salebris, sine difficultate aliqua, ut certè sine lamis, sine præcipitiis, sine ruina ingredi possint, nec aliud ab iis, quibus de meis scriptis censere libuerit, postulo, nisi ut rei magnitudinem æstiment & aliorum, quos aliquando ut numina quædam venerati sunt, quia eos non viderant, aut quia & tempore me antecessisse sciebant; cum meis comparent, videant quantum intersit, nec tam novitati invideant, quam veritati faveant. Sic enim non modo me invidia caritum, verum etiam laudem magnam & gloriam assecuturum confido: cui, quod nemo ætate nostra ex iis, qui vel doctissimi habiti sunt, facere ausus est, cum bonorum & eorumdem doctorum gratia & laude contigerit, ut totum Ciceronem in Epistolis Familiaribus patefacerem, efficieremque, ut id pelagus a multis navigaretur, quod ante fuerat ignotum & intactum. Quare causæ meæ tutelam cum veritati ipsi, tum viris bonis & æquis commendatam esse velim; qui, quod jure defendi possint, tueantur: in reliquis aliorum, qui multo majoris auctoritatis habiti sunt quam ego, comparatione judicent, utrum magis vituperandus sim, quod omnia aseQui non potuerim, an commendandus potius, qui vel iis, quæ scripsi, tam multis profuerim. Te quoquè, qui me ad hanc edendi celeritatem impulisti, necesse est optimis rationibus patrocinium nostrum suscipias. Ego, ut ante dixi, alia excudam, quæ mox edentur: velim tamen versiculos quosdam meos interea subdas, quos ad librum meum scripsi, ut audacius prodeat. Vale.

EUSEBII HIST. ECCLESIASTICA  
EX VERS. RUFINI.

Typis Johannis Schalli Germanici Mantuæ MCCCCLXXIX.

*Illusterrimo & invictissimo Mantuanorum Principi Frederico Gon-  
zaga Johannes Schallus Herosfeldensis physicus obsequentissimus.*

**F**uerunt multi, Christianissime Princeps, priscis novisque temporibus, qui variis virtutum generibus varios laudis & gloriæ gradus adepti sunt. Quidam enim corporis viribus & membrorum firmitate subnixi, vel singulari certamine, vel collatis cum hoste signis dimicantes, coronas aliudve simile virtutis insigne, seu in olympicis ludis, seu ubi fors tulit, magna cum laude reportarunt; sicut Milo, Hercules, Mallius Torquatus & plerique alii. Nonnulli magis animi robore, quam corporis utentes, ad ornandam mentem omne studium curamque verterunt. Sed horum quidam soli intelligentiæ servientes, & eas virtutes tantum, quæ ad intellectum pertinent amplexati, solaque speculatione contenti, voluntatem præstantissimam animæ partem incultam dimisere; sicut Demosthenes, & aliquando Salomon, Marcus Antonius, sævissimus Nero, & horum similes, quorum etsi doctrinam laudari, mores tamen ac vitam damnari cognoscimus. Aliqui contemptis intellectus ornamenti, uni voluntati vacantes, justitiam, pietatem, misericordiam, caritatem, cæterasque ejus generis virtutes doctrinæ rerumque scientiæ prætulerunt. Ex horum numero fuere Macharius, Antonius, Paulus primus heremita, Benedictus, Franciscus, & plures alii. Quorum vitam etsi sanctam ac imitatione dignissimam, rusticam tamen appellat Hieronymus, quod versutis hæreticorum argumentis respondere, & succrescentes in agro domini vepres nesciant evaginato divini verbi mucrone succidere. Aliquot etiam, licet eorum numerus intra minores limites contineatur; utriusque intellectus scilicet ac voluntatis curam gerentes & utrumque negotium fortiter ac animose suscipientes, supra humanum morem evesti, & immortali Deo simillimi sunt effecti. Quales fuere Moses, Habraham, Hermes ter maximus, Pythagoras, Socrates, Cato. Et hi præcipue qui in Christo renati, verum æternæ salutis irer monstrante Deo cognoverunt. Istorum multiplicem ac divinam scientiam, istorum illibatissimos mores, & meram vitæ pietatem contemplati, non ad sciendum tantum, quod dæmonum, verum etiam ad bene beateque vivendum, quod angelorum est, inducimur, animamur, accendimur. Tales apud Latinos fuere Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Gregorius, Hilarius, Lactantius, & hujus interpres libri Ruffinus Aquileiensis presbyter vir græce latineque doctissimus. Cujus tam fertile ac abundans ingenium fuit, ut transferendo magnam græcarum bibliothecarum partem nostrorum auribus tradiderit. Tales apud Græcos fuere Iohannes Chrysostomus, Gregorius Nazianzenus, magnus Basilius, & aliquot alii, inter quos lucet Eusebius Cesareæ Palestinæ Pontifex, velut inter ignes luna minores. Ipse namque humanorum divinorumque peritissimus extitit; &, ut Divus Hieronymus in libro de Viris illustribus meminit, cum Pamphilo martyre, a quo quia ejus amicitia familiarissime utebatur, Pamphili cognomen accepit, sacrorum libro-

rum diligentissimus investigator & habitus est , & fuit . Hic quum inter præclara volumina , quæ multa composuit , librum de temporibus edidisset , in quo tempora magis quam gesta explicans , ac magnis & validis ingenii lacertis totius orbis historiam complectens , ad suam usque , idest ad Constantini Imperatoris ætatem scribendo pervenit ; sibi ipsi visus est non sat isfecisse piæ Christianorum religioni , ejus annales cum gentilibus & allophylis breviter & succincte tractando . Propterea doctissimus & sanctissimus episcopus singulari libro omnia christianorum facinora texens , ecclesiasticam notavit historiam , quod ecclesiæ , hoc est congregationis sanctæ , quam Petrus Apostolus genus electum , regale sacerdotium , & gentem sanctam appellat , acta contineat & seriem . Hujus ego libri multiplicem utilitatem , uberrimam frugem & modestis ac piis ingeniosis profuturam lectionem intelligens , ignorari eum , & in tenebris jacentem , situ , [1] blattisque ionsumi ferre non potui ; sed instaurari , ac divino [2] nuper inventi macisterii beneficio multiplicari , & veluti ex una vite multis per propagines palmitibus educatis vineam confidere curavi , ut habeat aliquando christiana religio pro apocryphis & incertorum ac indignorum auctorum decedentis codicibus , quibus non sine magno ecclesiastica majestatis detimento utimur , ac fidelissimos præstantissimi auctoris commentarios , in quibus primæva nostræ gentis exordia , & crescentis Ecclesiæ adolescentiam , tanquam in pulcherrimo nitidissimoque speculo , abjectis ineptorum hominum nugis , liceat intueri . Non pigebit igitur aliquando post belli sudorem , post martium pulverem , quo nunc pro Tuscis fortiter animoseque pugnans aspergeris , & crebris victoriis immortale tibi gentique tuæ nomen acquiris , librum hunc in manus assumere , christianorumque principum & pugnacissimorum imperatorum præclara sanctaque facinora relegens , habebis quorum virtutes mireris , quorum prudentiam ac pietatem imiteris , quorum inclita facta æmulari debeas & æquare . Sic patris , antecessorumque tuorum egregiam dignitatem , summam in Deum pietatem , præcipuum in patriam caritatem , laudatissimam in omnes mansuetudinem & liberalitatem , ut cœpisti , servare poteris & augere ; fiesque justitia Zaleucus , pietate Codrus , victoriarum felicitate Pompejus , fortuna Cœsar , animo Alexander , patientia Quintus Maximus . Horum enim omnium in Christianis Imperatoribus reperies exemplaria . Quorum , si ut cœpisti ; fueris assiduus imitator , nec habuit Gonzaga familia , nec habitura est te clariorem . Vale mi inclite Princeps & Domine , & supplicis servi munus exiguum non despiceris . Mantua apud Sanctum Alexandrum die xv. Julii M.CCCC.LXXXIX.

[1] Si hæc attendas , fortasse credas Schal-lum primum omnium Rufianam Eusebianæ Historiæ versionem typis protulisse . At iam-dudum anno 1474. & 1476. bis , Romæ , ali-bique lucem viderat .

[2] , At certe Typographia inventa erat iam annos plures ; Mantuam quidem non ita diu , adveftam , ait Cl. Maittaire . Ann. Typ. p. 399.

## SIMONETTA DE GESTIS FRANCISCI SPHORTIÆ.

Mediolani per Antonium Zarottum MCCCCCLXXIX.

*Ad Illusterrimum ac moderatissimum Principem Ludovicum Sfor-  
tiam Vicecomitem Bari Ducem [1] Francisci Puteolani Poete  
Parmensis Oratio in Commentarios Rerum ab Divo Francisco  
Sphortia gestarum.*

S Oleo mecum subinde mirari tuam, Ludovice Sphortia princeps candidis-  
sime, summam omnibusque numeris perfectam sapientiam, eaque co-  
gnitione sic fruor, ut incredibilem voluptatem fructumque inde percipiam  
eum te video eodem animi tenore semper tibi constitisse, ut neque pre-  
mens fortuna unquam abjecerit, neque indulgens reddiderit ferociorem :  
veræ solidæque virtutis officium. Qua in re quibusdam magnis viris jure  
venis anteponendus; nam & Ciceronem & Metellum indignissima exilia  
percessos, hunc Apuleij Saturnini, illum Clodii furore, aliquanto fractio-  
re animo extitisse quam illorum gravitas postulabat, memoriae proditum  
est : & C. Marium in utraque fortuna ut nimium merito reprehensum con-  
stat, de quo non falso dici & commeinorari solet, ubi felix nemo feli-  
cior, ubi miser nemo miserior. Te autem vultu mutato nemo adhuc vi-  
dere potuit, & omnes fortunæ iactus conteminentem, & omnia blandimen-  
ta dissimulantem. Magna illa laus, non minor haec quod tanto studio pa-  
rentis tui invictissimi Francisci Sphortiæ nunquam sine præfatione regis re-  
gum nominandi, memoriam tam avide renovas, & ad illius exemplar te  
effingis, omnes illius mores, omnia dicta factaque usurpans, ut te ex pa-  
tre, patrem ex te quilibet possit agnoscere. Nam cum officio maximo præ-  
fis, audiendo, cognoscendo, jure dicundo, moderando, instruendo, ornan-  
do, reguli nostri nepotis tui, qua Dii immortales indole! regno dies im-  
pendis : atque hoc ex parentis præscripto noctem partiris, partem so-  
mnus vindicat, reliqua commentarios rerum gestarum illius lectitas, recen-  
tes, in manibus & sinu habes; in hac quoque parte Alexandro Macedone,  
quem quiescentem subjectam semper capiti habuisse Iliada memorant non  
multum dissimilis. Sed minor illius quam tua felicitas; tu enim ad capes-  
sendum virtutem nullo Achille, ad consequendam immortalitatem nullis  
externis exemplis, sed domesticis & paternis imaginibus excitaris. Divus  
Iulius Alexandri æmulatione promovebatur, Alcibiades Pericles; tu melio-  
rem ducem, meliorem auctorem delegisti parentem, a quo utriusque tem-  
poris & belli & pacis officium edoceri possis. Fuit enim in gerendo bello  
pater & in omni bellica & imperatoria laude cum Pyrrho, Annibale, Cy-  
ro, Alexandro, Fabiis, Papiriis, Marcellis, Camillis, Scipionibus, deni-  
que cum Cæsaribus conferendus. In toga vero & pace Traiano & Anto-  
ninis haud inferior; huic enim uni natura omnes & animi & corporis do-

bb z tes

[1] *Franciscus Puteolanus*, Parmensem urbem  
natus patriam, Mediolani literis operam de-  
dit, ibique postmodum Bononia, quo se contulerat,  
evocatus a *Cicho Simonetta*, honestissimo  
kipedio professus est oratoriam facultatem

in publico Gymnasio, magna nominis & elo-  
quentiæ fama. Vide *Saxium* in *Hist. Typ.  
Lit. Med.* ad ann. MCCCCCLXXIX. de *Puteolano*  
fuse differentem.

tes & quidem tantas quantæ nemini obtigerunt tribuit, ut quicquid legimus in omnibus usquam optandum, id in patre tuo cumulatum esse recognoscamus. Sed tibi illius immortalitatis assertori quid magis enixe elaborandum fuit simul & ad tuam & illius memoriam propagandam & totius orbis utilitatem, quam ut ii libri tuis auspiciis emendatissimi edantur publicenturque? Primum enim ex hoc omnes intelligent te adhærere vestigiis sapientissimi & moderatissimi principis; tum legentes cognoscent quale prudenterissimi patris de te judicium fuerit, quam spem jam tum adolescentulus de tuis virtutibus dederis: nam cum in suscipienda adversus immanissimas Turcarum gentes expeditione, poscente Pio Pontifice ducem unum, e liberali tuis potissimum te delegisse legerint, cui signa illa sua auspicatissima, cui tantam belli molem totam committeret aperte judicabunt quid de te senserit, & qualem futurum ducem opinatus fuerit. Non tibi mavis illud optimi rerum æstimatoris judicium, quam ingentia auri & argenti pondera? Omitto quæ alias de te dixerit; sæpe enim signanter & aperte reliquos umbras, te unum virum futurum multis conjecturis ostendit. Quod autem ad eum attinet, nihil si ullus mortuis sensus est, impræsentiarum gratius facere potuisti, quam hæc illius acta per omnes populos nationes longe latente disfundere; nam etsi ejusmodi sit illius conditio, ut nullius laude crescat, nullius vituperatione minuatur, paucis tamen faculis ejus fama erat interitura, nisi litterarum adminiculo propagata fuisset. Neque illos ego sapientes puto, qui maluerunt tabulis & imaginibus posteritatem suam commendare, quæ ut alicujus sunt temporis monumenta; ita facile corrumphi possunt & multis injuriis sunt obnoxia. Et quotus quisque reperietur, qui se vidisse affirmet Alexandri, qui in ea re studiosissimus fuit imaginem aut penicillo in tabula expressam aut cœlo elaboratam vel denique auro argento ære conflatam? cum Apelles, Lysippus, & Pyrgotelles diversissima laude inter se pares præstantissimum regem plurifariam veluti spirantem effinxerint. Agesilaus ille Spartiata prudentior, qui imaginem suam neque fingi, neque pingi, aut fundi unquam voluit; unus enim Xenophontis Socrati libellus in eo laudando omnia istiusmodi lenocinia superavit. Pallas illa Attica ex ebore a Phydia tanta arte concinnata, Iupiter Olimpicus, Venus illa, cuius caput & summam humerorum deceunio Apelles pinxit, Mausoleum, Templum Dianæ Ephesiæ, Pyramides quodam tempore sed admodum brevi admirationi miraculoque fuerunt; quorum sensum nullum nunc habemus, si e medio sublatæ litteræ essent, una fidelis rerum gestarum memoria. Caius Iulius Cæsar, ut nostris exemplis utamur, insecuraque eum Principes theatris, amphiteatris, porticibus, basilicis, stadiis, gymanisis, thermis, colossis satis superque posteritati suæ consuluisse judicabantur; ii tamen omnes funditus interiissent, nisi disertissimorum viorum ingenia ab temporis & oblivionis iniuria eos vindicassent. An inficiabitur quisquam plus debere Vespasianum Tranquilli & Taciti libellis in conservanda memoria, quam amphiteatro, quod maximum exerat? Trajanum excudere multi, pinxere multi: expressior tamen & diuturnior illius imago fuit una Plinij secundi oratione, quam delere vis unquam nulla poterit; cum interim veterum statuorum pictorumque nulla aut admodum pauca opera supersint. Quæ cum ita sint, fateamur, sapientissime Princeps, ad parentis tui post hominum memoriam maximi ac de te optime meriti famam extendendam optimam te inisse rationem. An forte vereamur in tanta librorum copia, quantum nostra ætas propensissimo quodam

Deo-

[ C X C V I I ]

Deorum immortalium dono vidit , hos commentarios in obsculo futuros ? Ego vero affirmo , nihil aut nos æquioribus animis accepturos , aut posterritatem studiosius lecturam amplexuramque . Neque enim hæc legentes prodigia , poetarum fabulas , veterarum deliramenta , ægrotantium somnia , qualia apud plerosque priscorum & præcipue græcorum cernuntur , legere se arbitrabuntur . Sed in iis recensendis quisque tibi cedet , cum adhuc re-cens fama sit , & plerique supersint eorum , qui videre : quorum testimonium omnem adulatio[n]is assentationisque extinguet opinionem . At tu , constantissime Princeps ut nunc parenti optimo cumulatissime gratiam retulisti , ita perge benemereri de omnibus , publicam omnium causam suscipe , in tanta rerum temporumque varietate in primis nepotulum , cuius ætas tuæ fidei commissa est , mox totam Italiam fove , ea meditare , exco-gita , para , quæ esse & in filio Divi Francisci Sfortiæ debeat , & tan-tarum rerum digna susceptione videantur . Vale Decus publicum , mea unica spes .

*Johannis [1] Simonettæ in Commentarios rerum gestarum Francisci Sfortiæ Mediolanensium Ducis Præfatio .*

L egenti mihi nonnunquam , Princeps Illustrissime , & dum per otium liceret apud rerum scriptores antiquorum regum & ducum res gestas diligentius consideranti , ea nonnullorum vera profecto videtur sententia , non semper antiquitati posteritatem jure concedere , nec antiquiores recentioribus virtutis præstantia rerumque gestarum gloria semper antecelle-re . Ejus autem rei argumentum & exemplum ne longius repetamus , abun-de nobis suppeditat Franciscus Sfortia avus tuus quartus Mediolanensium Dux invictissimus singulare sacerduli nostri decus & ornamentum : quippe quem nemo vel æquus diligensque rerum æstimator negaverit in omni prope vir-tutis laude & rerum præclare gestarum gloria facile cum omni antiquitate certare . Quemnam aut vidimus aut legimus aut audivimus corporis pulcher-rime compa[n]ti decore , apta membrorum liniamentorumque convenientia , virium firmitate , oris dignitate , vultusque majestate huic comparandum ? Quem deinceps ingenii acumine & bonitate , mentis consilio , animi ma-gnitudine , humanitate , gratia , affabilitate , liberalitate , clementia & pie-tate huic anteponendum ? Quem postremo rei militaris scientia , auctorita-te , laborum tolerantia , ærumnarum perpessione , invicta semper fortitudi-ne , constantia , singulari prospicientia , celeritate conficiendi , rerum non tam fortuna , quam propria virtute gestarum magnitudine , gloria , felici-tate usque adeo excelluisse reperiemus ? Nempe aut rarissimos aut nullum potius invenies , in quem tot corporis animique dotes & bona confluxerint . Nec enim sunt hujus viri laudes & egregia facinora aut nobilium poeta-rum figmentis , aut eloquentissimorum oratorum literis , quod majoribus illis

[1] *Joannes Simonetta Cacurii* in Calabris natus , cum *Franciscus Sfortia* oppidi illius di-tionem ex dote *Polyxenæ Rufæ* uxoris obtinu-set , ita ejusdem gratiam init ut individuus iti-nerum comes & consiliorum particeps fuerit . Vita integrata & morum candore præfulsit in summo Ducalium Secretorum Magistri mune-re , quod sub *Francisci Sfortiæ* filio , & nepote ,

egregie gessit . Subinde , fortuna volente rotam , calamitatum acerbitate percussus , carcere exilio que indigne damnatus est . Historiam suam , ab anno 1421. ad ann. 1476. quo *Franciscus Sfor-tia* defunctus est , summa fide perduxit . Vide toties laud . *Saxium* . pagg. 204. unde hæc omnia pene de verbo ad verbum exscriptimus .

[ C X C V I I I ]

illis s<sup>e</sup>pe obtigit, vel conficta licentius, vel amplificata copiosius, vel exculta sublimius. H<sup>a</sup>c siquidem omnia ipsi aspeximus, ac vidimus; vident & novit omnis Italia; viderunt & experti sunt maximi reges & potentissimi, externique populi; h<sup>a</sup>c denique cognovit universus prope terrarum orbis; quae sane talia ac tanta sunt, ut omnium superata invidia compellantur cuncti ea veluti maxima atque divina & admirari & obstupescere & praedicare. Verum quia nulla in humanis tanta res est, quae aliquando vetustate non corruat, & a memoria hominum non excidat, nisi litterarum maxime beneficio immortalitati commendetur; illius ego res gestas post obitum proavi tui Sphortiæ pauloque altius pro rerum cognitione repetens carptim scribere, & quo brevius liceat recensere institui ab anno incipiens quarto & vigesimo usque in quartum & quadragesimum supra millesimum & quadringentesimum christiani natalis, quo anno accersitus ad eam me contuli. Inde enim usque in ultimum vitæ diem ab eodem gesta & copiosius apertius explicabo: quod eis præsens semper coramque adfui. Sed cum inter ipsius Francisci avi tui summi imperatoris & divini principis res magnifice gestas pars non minima sit bellum, quod sublato ex humanis Philippo Maria materno proavo tuo in hac nostra cisalpina Gallia fortiter ges- sit, feliciterque perfecit, dum ad ipsius Philippi imperium, quod a multis tum petebatur, ille unus jure meritoque aspiraret, & patriam regnumque ipsum ab hostium faucibus ac tyrannide eriperet ac liberaret: hoc ipsum, inquam, bellum & re maximum & memoria dignissimum, cui dum gereretur assidue interfui, paulo diligentius scribere operæ pretium duxi. Evidem omnia in commentarios & eo ordine quo gerebantur in dies singula celeri stilo deprompsi, si minus eleganter minusque ornata, at vera & incorrupta fide. Nihil enim a me scriptum est, quod vel non ipse viderim & contemplatus fuerim, vel a locupletissimis testibus auctoribusque, vel etiam ab ipso Francisco, dum ille de te modestissime loquens aliquando præteriorum temporum pericula resque per omnem fortunam non tam ab se quam ab aliis gestas recenseret, acceperim: quod aliis haud quaquam contigit, si qui fortasse reperiantur earundem rerum scriptores etiam eruditiores. Hos autem rerum ab avo tuo gestarum commentarios nemō venit in mentem, ad quem potius inscriberem, quam ad te, Iohannes Galeati Maria Sphortia Mediolanensium Dux præstantissime, ut ad verum & legitimum aviti paternique regni imperii & gloriae successorem. Tui ergo nobilissimi ingenii fuerit, ut cum per ætatem licuerit, in avitis rebus tanto cum splendore ac felicitate gestis tanquam in speculo quodam te ipsum inspicias, operamque des, ut quod pulcherrime cœpisti, omnia quae vel cogites, vel dicas, vel agas, ea<sup>r</sup> prosequaris laude, ut hoc tale tantumque imperium non tam jure hæreditatis quam pulcherrimis tuis splendidissimisque virtutibus adeptus ab omnibus judiceris: quod tum maxime feceris, si Deum Optimum Maximum ante oculos semper habueris.


*in fine.*

*Franciscus Philephus Ioanni Simonettæ Ducali Secretario  
Salutem dicit plurimam.*

Legi & perliberenter quidem, Iohannes Simonetta, eos commentarios, quibus vitam & res gestas illius fortissimi viri & inlyti Mediolanensium Ducis Fran-

[ C X C I X ]

Francisci Sphortiæ ornatissima oratione complexus cum apud homines nostri sæculi non parvam admirationem tum apud posteros maximam tibi laudem peperisti. Quis enim non miretur potuisse te in tantis occupationibus tuis res tantas tamque varias persequi tanto cum ordine & prudenter? Iure igitur laudaberis semper, nomenque tuum nulla hominum memoria ignorabit. Nam ipse, quod ad me attinet, sum idcirco tuis scriptis maxime delectatus, quod Sphortianæ laudi & gloriæ ita faveo, ut nihil malim, quam de uno Francisco Sphortia semper aliquid dignum memoratu & lectoritare & audire. Itaque tibi, mi Iohannes, gratias ago immortales, quod tuos ipsos disertissimos commentarios videri a me volueris, quorum lectione ita sum delectatus ut vix aliud quisquam hoc tempore jucundius mihi contingere potuerit. Vale Mediolani ex ædibus nostris sexto Idus lunias. M. CCCC. LXXVIII.



DIONYSIUS HALICARNASSEUS.

Tarvisii Per Bernardinum Celerium MCCCCLXXX.

Clementissimo ac Sanctissimo Paulo Secundo Domino Nostro Papæ.

LAPUS [i] BIRAGUS FLORENTINUS.

**E**T si, Pontifex maxime & optime, ea est tua virtus, eaque imperii magnitudo, ut ex multarum maximarumque rerum cura distrahi oporteat in multis partibus mentem tuam, utpote cuius unius providentia moderationeque orbis regitur; apparet tamen inter occupationes tantas tua quædam insignis in hanc præclaram urbem, quæ te ut Deum colit, diligentia, studiumque laudabile, ut qui non modo præsenti ejus felicitati consulas, ecclesiam Dei, populosque tuos in summa tranquillitate continens, templaque sedemque apostolicam exornans, muros urbis restituens, magnificentissimeque ædificans, sed extendens etiam cogitationes tuas usque ad proceres illos priscos, fundatores urbis tantique imperii, honori eorum ac famæ cum delectatione inservias. Nam cum nullo modo magis referre gratiam meritis mortuorum possimus, quam per laudum gloriæque eorum immortalitatem, ad quam præclarí viri referunt pene omnia, quamvis illi per auctores nostros laudati abunde, celebresque sint, voluisti tu tamen eis externa quoque addere testimonia. Nec quemquam moveat, quod hos viros religiosissimos dixerim, qui veræ fidei ignari fuerint; non illorum istud vitio, sed temporum infelicitate accidit: quin hinc maxime cognosci potest, quanta sit vis diligenter observatae religionis, cum per eam illi præcipue hanc urbem ex parva maximam effecerint, & ad summum tandem culmen hoc impe-

[1] *Lapus Biragus* omnium primus, xi Dionysii Libros e binis vetustis MSS. Codd. secum a Pontifice communicatis, eruit ac latinitate donavit. Versio hæc iterum prodidit Basileæ ann. 1532. studio Hermanni Glaveani, qui sex mille erroribus, quibus scatabat, sublatis, denuo recensuit, castigatamque edi curavit. Et si vero *Lapus* (verba sunt Frid. Sylburgii in Præf. ad Dionys.) plera-

que parum latina, multa etiam finitæ veritæ, tamen quia duos vetustos Codices in sua versione sectus est, & verbum verbo reddere studuit, sepe mihi ad veræ lectionis investigationem viam patefecit. Vid. I. A. Fabric. Bibl. Græc. Tom. III. p. 780. 781. & Em. Card. Quirin. in Additament. ad Vit. & Vindic. Pauli II. pag. 378.

imperium extulerint. Quo exemplo innotescere Christianis potest, id quod tu curas & quidem rectissime Dei Vicarius, quanta esse debeat veneratio religionis in fide vera, cum vires tantæ ejus fuerint etiam in fabulosa. Ac sic iussu tuo est additum latinæ linguae, quod reperitur apud Græcos ex historia Dionysii Halicarnassei, & habebis nunc hos libros decem primos, cum undecimo imperfetto, conversos in honorem tuum, cognitu que sane dignos. Nam etsi potest hæc materia videri exilio, quæ circa urbis verisetur primordia, tenuiora illa forsan, secuta sunt alia longe illustriora, & quæ in se plus delectationis habeant; sunt ubique tamen magnæ res Romanæ; & hic auctor certe diligenter vestigat urbis ipsius origines, effertque magnifice; sive opus totum inveniretur, incidere possemus in res majores gestas cum veteribus, & cum novis hostibus, Gallis, Samnitibus, Tarentinisque & Pyrrho, & in Duces quoque Clarissimos, Camillos, Decios, Torquatos, Maximos, Curios, Fabricios, aliquos præterea, quorum nomina vel sola illustrare quamvis narrationem possent. Videreturque eo nobis gratior hæc historia, quo nunc minus expleta habemus apud nos quædam bella, etiam ante primum Punicum illustria. Non est tamen exigenda ab hoc Anctore mera, breviterque exposita historia, quod nec ipse profitetur; sed est in eo diligentia sane multa, & ars oratoria, magnoque artificio elaborata orationes, religionumque illius temporis explicatio accuratissima, documentaque & exempla plurima, quæ esse possint civili viro, militarique ac religioso utilia simul & jocunda. Sed de his erit legentibus suum utique judicium, lausque sive ea magna, sive parva, penes acutorem manet. Ego enim, quod officii mei fuit, quidquid inveni, transtuli, satis (ut arbitror) fideliter, nec, ut sum mihi ipse visus, obscure, adnitens etiam; quantum permisit tempus, quantumque passa est magnitudo operis, in latitudinem aliquam; sane memor, cuius nomini dedicandum esset hoc opus, ac quali quantoque Principi; in quem profecto visa est divina munificentia, quid quid amplum aut decorum sit in hominibus, contulisse, ingenium supra naturam nostram, divinos mores, virtutem, dotes corporis insignes, interque cætera eam formæ dignitatem, quæ præ se quandam pontificalem majestatem ferat, videaturque ipsa per se reverentiam ab intentibus exigere. Sed nec in ceteris visa est eadem munificentia fuisse parcior: nam primum patriam tibi eam urbem dedit, quam non modo primam Italiam, (quod esset magnum) sed (quod bona ceterarum venia dixisse velim) primam orbis appellari decet, sive opes magnificentiamque spectes urbis illius vere liberæ, &, quod (sic) inter te nominis christiani principem delectare potest, conditæ a christianis & ejusdem christianissimæ; sive tantam quoque aliquis magnitudinem imperii, diuturnitatemque intueri velit; sive istud etiam considerare, quod si ista non exuperat, æquat saltem & ornat, constitutio, decor, (sic) natioque & perennitas illius reipublicæ administratae per optimates seniores generosos & prudentissimos, ea iplos continentia eaque moderatione tuentes id imperium, ac dirigentes, ut quisque gaudeat se in ea urbe vivere, in qua æque omnibus justitia, securitateque frui licet. Nec id magis civibus, qui sunt in ea multi, lautique & ditissimi, quam peregrinis, qui & ipsi non pauci eam mercaturæ causa aut incolunt aut frequentant. Sed quid esse, dicet aliquis, adeo insigne potest in urbe nasci, in qua ut in populissima nascantur plurimi? Potest lucem etiam plurimis afferre illius urbis claritas, sed non afferit eandem omnibus. Tu vero in ea natus es generosissimus, estque æque pulchrum

chrum magnificumque nasci aliquem Venetiis nobilem , quam alibi nasci Principem ; hincque etiam fortunatius , quod ii commodis fruentes Principum , carent iidem Principum periculis : qua equidem felicitate non video quid haberi possit in humanis majus . Quis enim principatus causa Venetum aliquem nobilem vi aut dolo necatum vidit , aut domo pulsum & mendicum ? Es tu igitur ex familia editus inclyta Barborum , antiqua ea & illustri , quam & tu , orbis universi decus , illustrissimam nunc reddis . Sed quid tandem sibi ista præclara omnia peperere ? orbi toti venerabilem maximumque omnium (sic) principatumque quæ tu adeo sustulisti , ut incertum reddatur , utrum tibi ille plus magnitudinis , an illi tua integritas plus honoris auctoritatisque afferat ; quippe cuius sub pontificatu ecclesia dignitatem pristinam resumat , augeatur in dies imperium , summa a te cum fide , summa cum justitia , sapientissimeque administratum , floreantque denique sub protectione tua omnia . Sed haec essent longioris orationis : dabitur autem tempus aliquando dicendi de te , locusque capacior . Nunc , cum libet , videre potes hunc Dionysium mutata veste , nec (ut scripsit) de rebus latinis græce , nunc loquentem .

*In fine.*

Est conversum , sanctissime Pater , id omne quod in ambobus tuis codicibus græcis repertum est , sumque ausus in hac ultima libri parte , præter meam consuetudinem , aliquid , haud equidem addens aut detrahens , sed in fragmentis confuse scriptis & præpostere in ambobus codicibus mutantans ordinem ; non auctoris equidem hunc esse errorem putans , sed librariorum . Nam cum Decemviratum statim primi Consules sequantur Lucius Valerius Potitus & Marcus Horatius Barbatus , quod cum ex aliis historicis , tum ex hoc ipso & in hac parte videri potest , horum gestis præposuerant librarii græci alia post gesta , atque duo non cohærentia inter se fragmenta in unum contulerant : quod ego advertens ( neque enim difficile animadversu fuit ) volui auctori ipsi hanc quam poteram opem parvulam apud latinos ferre , quod & ipsum fuisse puto pudori mihi , ni fecisse , nec visus essem tam perspicuum rem vidisse . Tu me , oro , pro tua egregia animi nobilitate , magnificentiaque commendatum habe deditissimum tibi servulum .

*Lappus Biragus Flor.*

Impressum Tarvisii per Bernardinum Celerium Deluere Anno Chr. Nat. M.CCCC.LXXX. Bissexto Kl. Martias Joanne Mocenico Venetorum Duce Inclyto .

## OPUS NOSCE T E.

Venetiis per Nicolaum Jensonium MCCCCCLXXX.

**E**go Philippus Rota [1] juris utriusque Doctor, licet omnium minimus, hoc ipsum opusculum Nosce te instruetius perlegi, ac diligentius perscrutatus sum. Et quoniam ipsum non modo sancte catholiceque compositum reperi, verum etiam mira utilitate refertissimum, in hujusc rei testimonium me subscribere non dubitavi.

Ego [2] Ioannes Gusmaci decretorum doctor archipresbyter Montis sili-  
cis, ac plebanus Sanctæ Mariæ Novæ de Venetiis, suprascriptum opus,  
videlicet Nosce te, mira industria ac omnium optima utilitate compo-  
sum vidi & totum perlegi, nihil in eo nisi quod orthodoxum sit in-  
veniens, & cuilibet spirituali intellectui conveniens. Ideoque in ejus testi-  
monium me propria manu subscrispsi.

Nos Petrus [3] Frigerius artium & theologiæ Doctor, Archiepiscopus Corphiensis, dicimus, hoc opusculum intitulatum Nosce te, catholice & sancte compositum esse, quod quidem legimus & vidimus.

Nos Mapheus Girardo [4] miseratione divina Patriarcha Venetiarum, Dalmatiaeque Primas, ex inspectione suprascriptorum dominorum, qui fidem faciunt de suprascripto opere, & ex tali sua conclusione & fide con-  
juncti, idem testificamur esse opus orthodoxum & devotum.

Gabriel [5] Brunus Venetus Ordinis Minorum Theologorum minimus, atque almi Venetiarum Conventus Guardianus indignus religioso viro domino Ioanni [6] Carthugiensis ordinis salutem in Domino. Tres libros quos de sui notitia percopiose edidisti, presbyter Benedictus germanus tuus ad me corrigendos suo nomine detulit; eosque pro Inquisitionis dignitate, cuius vices gero, omni cura, studio, ac diligentia perlegi; satisfeci quidem officio, sed voluntati nequaquam. Quid enim in libris tuis corrigendum? cum omne emendatum, fidele, atque modestum invenias? Si philosophiam a me limandam respicis, duas ejus partes, grammaticam scilicet & rhetorica-  
m, quarum a te prima elementa (ut ita dixerim) puer, accepi, perpor-  
itas inveni. Si divinam theologiam nihil aut profectis aut doctoribus &  
cæteris sacris litteris, ut mihi videor, alienum scripsisti. Quare liber iste  
Nosce te nihil profert, quod non sanctum, non catholicum, non salutiferum  
videatur; hic deprimit vitia, virtutes sublimat, & in utraque vita-  
tam activos quam contemplativos ad veram inducit gloriam. Si quispiam  
hunc legerit nemini detrahet, sed potius mordentem linguam secans iuxta  
tui codicis sententiam seipsum cognoscet. Vale, mi pater, & quandoque  
tuis orationibus mei sis memor. Venetiis Kalendis februarii anno salutis  
M.CCCC.LXXX.

## D. GRE-

[1] Nomen &amp; famam viri aliunde non ignoramus.

[2] Extat *Gusmacii* carmen MSS. ad *Antonium Longum Sancti Eustachii Venetiarum plebanum*.

[3] Venetus, e Dominicana familia ad insulas Corcyrenses evectus.

[4] Venetus, e gente patritia, cuius nil praeter nomen ad hunc diem remanet; primum Monachus Camaldulensis, subinde Venet. Patriarcha &amp; demum S. R. E. Cardinalis.

[5] De *Gabriele Bruno* viro inter Theologos, sui temporis probe exculto vide *Wading. in Sylloge Script. Ord. Min.*[6] Si *Carola Morotio* fides *Ioannes Venetus a Deo dictus*, Prioris munere per hæc tempora fungebatur in Monasterio Carthusianorum Sancti Andreæ de Litore Venetiarum. *Theatr. Chron. Carthuſ. p. 109.* Porro *Coronellus* in T. I. Insula-  
rii, p. 45. testatur Iohannem hoc officium ten-  
nuisse ab ann. 1473. ad annum usque 1476.Tri-  
themius vero de *Script. Eccl. p. 197.* Vir erat  
inquit, in scripturis divinis studiosus & eruditus  
& ingenio prestantis, vita & conversatione devotus  
& regularis observantie cultor eximius.

## D. G R E G O R I I M O R A L I A.

Venetiis per Reynaldum de Novimadio MCCCCLXXX.

*Reverendissimus Dominus [i] Dominicus Episcopus Brixien. Summi Pontificis Sixti Vicarius hanc prefationem Moralibus Beati Gregorii Papæ inseruit.*


**S**anctus Job exemplar patientiae librum edidit, in quo Dei providentiam magna ex parte nobis aperit, & quorundam hominum falsas de iudiciis Dei opiniones refellit, qui plerumque poenas & hujus mundi molestias atque incommoda, & econtra corporis & externa bona in causas referunt eis prorsus incognitas, cum tamen Propheta dicat: Iudicia Dei abyssus multa; & iterum de eisdem: existimabam ut cognoscerem hoc, labor est ante me, donec intrem in sanctorium Dei, & intelligam in novissimis eorum. Scripsit autem metro, cuius mensura in translatione servari non potuit; multaque sint versuum genera, quibus prisci utebantur, nobis incognita. Sed Deuteronomii canticum: Audite coeli quæ loquar, metro currit; & hoc similiter carmen: ab eo loco pereat dies in qua natus sum, usque ad calcem fere operis exametrum est. Ex quo liquet, non poetas gentilium, sed vates nostros numerosis versibus usos, & eorum fuisse inventores. Siquidem Moyses qui cecinit carmen illud: Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est, & quid supra memoratum est, eos omnes praecessit, quos Græci vetustissimos putant, Homerum scilicet & Esiodum, & ipsum Trojanum bellum, & longe superior fuit Museo, Orpheo, Mercurio, & Apolline, quemadmodum Eusebius Cæsarensis clare suppeditavit. Non magnum autem temporis decursum inter hos duos, scilicet Job & Moysen autem, qui recte conjectari existimantur, ab Esau Job descendisse, & ipsammet historiam suam texuisse. Describit etiam hic propheta resurrectionem futuram omnibus aliis clarius, dicens: scio quod redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra resurrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum salvatorem meum, quem ego ipse & non aliis visurus sum. Diabolum etiam super omnes filios superbæ regem sub figuris Behemoth, & Leviathan, ideit elephantis & piscis magni, sive serpentis marini, mutandis conditionibus, & multa alia, quæ legentibus eruditioiem egregiam, & delectationem afferant. Hunc Beatus Gregorius declarandum suscepit, commentariaque in eum edidit, ut plurimum juxta sensum tropologicum, in triginta & quinque libros distincta, tanta eloquentia, tanta copia, tanta sententiarum gravitate, ut qui sacris litteris delectantur, nihil fere habeant, in quo magis possint, quæ ad mores, & beate vivendum spectant contemplari; & idcirco moralia appellata sunt. Eorum si auctorem spectes, non solum, magnæ doctrinæ, sed & auctoritatis tibi erunt; quippe qui inter præcipuos enumeratur Ecclesiæ Doctores, si vero ejusdem auctoris sanctitatem & religio-

cc 2 nem

[i] Scilicet *Dominici de Dominicis*, de quo  
Præter Ughell. in Episc. Brixiens. plura ap-  
Fr. Job. de Augustinis in Notit. seu Hisp. Viror.  
III. Ven. mox proferenda. Ceterum hæc eadem

Præfatio habetur in Editione Romana hujus  
Operis ann. MCCCCLXXV. mens. Sept. apud San-  
ctum Marcum.

nem contemplatus fueris , tunc pietatis speculum frugalitatis exemplar , poenitentiae normam , beate vivendi regulam , & omnis virtutis ornamenta reperies . Hæc commentaria quia magni admodum erant voluminis , non facile haberi etiam a cupientibus poterant . Placuit autem clementissimo Deo his nostris temporibus novam artem docere homines , ut per impressiones characterum facillima esset scriptio librorum , adeo ut a tribus hominibus solum tres menses laborantibus per impressionem formata sint horum moralium trecenta volumina , ad quæ tota corum vita haudquaquam sufficeret , si digitis & cum calamo aut penna scribenda forent . Hæc ipsa arte cum multa opera hominum generi utilia in primis sacra , de hinc philosophorum , poetarum , oratorum , historicorum , grammaticorum & jurisconsultorum formata sint , tum etiam nuper hæc moralia Gregorii Pontificis maximi & sanctissimi , ad quæ habenda & legenda litterarum studiosos quam maxime possum exhortor , & , si quid in me est auctoritatis , admoneo , ne tanta Dei beneficentia abutantur , tantam sacrarum scripturarum explanationem parvi faciant , tantam negligent disciplinam , quæ in hoc codice possunt parvo pretio comparari .



### CATULLUS, TIBULLUS, PROPERTIUS, ET STADIUS.

Vincentiæ per Joannem Renensem , & Dionysium Berthochum MCCCCCLXXXI.

**I**ohannes [1] Calphurnius Hermolao [2] juris utriusque doctori peritusissimo , Oratori facundissimo , & philosopho eruditissimo S. P. Homines ætatis nostræ , Hermolae facundissime , qui litterarum perquam studiosi sunt , mirifice lætari possunt , quod in immensam librorum copiam inciderint , qua & præsca ætas , & ea quæ nostram præcessit , caruerit ; quæ quidem ex impressorum numero tantum crevit , ut jam necesse sit non bibliothecas totas , sed domos implere . Verum , ut inquit poeta ille clarissimus ; & urticæ proxima fæpe nota est : non potuit hoc divinum munus , ut in humanis accidere solet , ex omni parte esse perfectum ; huic enim unum defesse video , diligentem & accuratam librorum castigationem , sine hac quicquid fit , frustra fieri necesse est . Nam & dissentibus sensus obscurus , & doctis tedium minime tolerandum insurget , hinc & nausea quædam depoñendi assiduam lectionem eboritur ; quam nonnunquam pluribus delicatis & copia ipsa suggerit : huic rei pulcherrime succurrant qui possint , qui quis singulari facundia ac eruditione prædicti sint . Huic tu succurre , qui tantum inter alios doctos caput extulisti , quantum lenta solent inter viburna cupressi . Hoc autem tibi erit facillimum , qui eloquentiam ia pristinam sanitata-

[1] Historiam emendationum *Calphurnii* in *Catullum* , *Tibullum* , *Propertium* , & *Statium* fuse periequitur Em. Card. Ang. M. Quirinus in *Specim. Brix. Lit.* pagg. 59. & 296. Praterquamplures alios vetustos Auctores , castigationes hafce ( teste *Hier. Avantio* in ep. dat. ann. 1520.) *Calphurnius* , patria Brixienfis , quantum humani vires ingenii passæ sunt uno mense elaboravit . Quod tamen non satis constare monet prælaudatus Em. *Quirinus* ex verbis ipsius-

met *Calphurnii* qui se dumtaxat opus illud proverasse affirmat , ingenti aviditate Bartholomæi Pajelli , qui perlegere cupiebat . Vide ad calcus hujus Præfat. Porro eximiam *Calphurnii* doctrinam Pierius *Valerianus* hisce versibus extollere non dubitavit .

Sciobat ille quidquid est seiri datum  
In exploitis undecimque literis ,

Seu Græca velles seu Latina posteres .

[2] *Barbara* . Nomen pro elogio sufficiat .

nitatem atque salubritatem redigere cœpisti. Tu solus in nostro ævo ex Fa-  
bii sententia ea quæ ad Oratores & Philosophos pertinent aptissime copula-  
re videris, & ad facultatem oratoriam perducere. Quod de te in medium  
profero, minime obscurum. Nam sic res philosophicas tractas, ut verbis  
calcatis & obsoletis minime utaris, sed quibus scriptores antiquissimos usos  
esse constat. Quis enim adeo ruditus atque hebetis ingenii est, ut non idem  
fateatur, si Themistium tuum, quem [3] nuper e græco in latinum ser-  
monem elegantissime vertisti, lectifare velit. Imitentur, quæso, vestigia  
tua philosophi nostri temporis, & se a tanta barbarie vindicent, vel Quintilianu[m]  
saltem inculpatissimo obtemperent, qui primo Oratoriarum Institutionum libro præcipit verborum proprietatem ac differentiam omnibus,  
qui sermonem cura habent, communem esse debere. Sed de his alias plura.  
Cur autem hæc ad te scribam, paucis accipe. Superioribus diebus a  
quibusdam adolescentibus studiosis rogatus, ut Propertium, aut si nolle  
hunc, Papinii sylvas lectione quotidiana interpretarer, ne desiderium eo-  
rum frustarer, promisi me facturum quod vellent. Quapropter cum per-  
currere cepisse id opus, quod Venetiis impressum est, quod hos Poetas clari-  
ssimos continet, Catullum, Tibullum, Propertium, & Sylvas, tot men-  
dis refertum esse deprehendi, ut longe plura essent vitiosa & depravata,  
quam quæ emendata. Nullus certe sensus ex his elici poterat. Confestim  
conveni nonnullos impressores, & eos cohortatus sum, ut iterum id opus  
imprimerent ea correctione quam pollicitus sum. Possum igitur gloriari me  
non id emendasse, sed fere totum exscriptisse, ut quivis deprehendere po-  
terit collato utroque exemplari. Staueram tamen nihil negotii cum impres-  
soribus habere, quod & ipsi ea quæ emendata acceperunt, invertere &  
permutare soleant. Quare si quæ prætermissa, vel immutata inveneris,  
non mihi ascribito sed impressoribus. Nam plerumque, ut dixi, vel in-  
vertunt syllabas, aut aliquas omittunt litteras, vel addunt, quod reli-  
quendum: sicut eo loco Catulli, famesque mundi, ego emendaveram,  
utramque dictiōnēm impresserunt; & in eo carmine, Deprendi modo pu-  
pullum pueræ, pupillum omiserunt; & in eo versu, Diverse variae viæ  
reportant, viæ reliquerunt. Hæc tantum notasse contentus, ne quis me  
negligentem fuisse existimet in eo, quod ad communem litteratorum com-  
moditatem editur. Hanc igitur vultu, ut soles, emendationem suscipe,  
quam tibi, qui censor es poetarum acerrimus, dedicavi. Quod & mentem  
nostram tibi jampridem dicaverim, eo majori celeritate hoc opus prope-  
ravimus. Quod Bartholomæus Paiellus Vicentinus eques clarissimus & no-  
stri temporis poeta cultissimus ingenti aviditate id perlegere cupiebat. Is  
est & tui amantissimus, & observantissimus. Præterea carmina [4] quæ-  
dam non aspernaberis una impressa, quæ olim ad Episcopum Tridentinum  
de laudibus ejus, & de morte Beati Simonis scripsi. Vale.

CO-

[3] Dele τὸ nuper nam ut vel ipse Barbarus  
testatur in Epist. ad P. Arnoldum, inter Ep.  
Clar. Viror. edit. Venet. 1568. p. 116. annos xix  
natus e græco in latinum Themistium jam fe-  
cerat. Undevigesimo, aiebat ipse, ætatis anno,  
*Themistium convertimus: vigesimo sexto edidi-  
mus.* Annus porro Barbari undevigesimus inci-  
dit in annum Æra Christianæ 1473. ut facile  
cuique patet ex ejusdem nativitatibus anno 1454.

[4] Scilicet ad Joannem Hinderbachum Pon-  
tificem Tridentinum de Laudibus ejus, & interi-  
tu, seu potius martyrio B. Simonis adolescen-

tuli a Judeis dire discepti. Prælaudatum porro  
Carmen icirco edidit Calburnius ut Francisco  
Throne Veneto Patrio per id temporis pro-  
Venet. Republica Ripæ Tridenti Prætori mo-  
rem gereret. Id enim perspicuum fit ex postre-  
mis hisce verbis.

Sed sat erit, sacer Antistes, si nostra probabis  
Franciscusque Throne celeberrima gloria gentis  
Finibus extremis qui nunc dat iura Tridentis.  
Et mihi Mæcenæs omni virtute probandus  
Quique tuas vero laudes narraverit ore  
Impulit hæc chartis mandarem ec.

## C O M E N T O

DI CHRISTOPHORO [1] LANDINI FIORENTINO

*Sopra la Comedia di Danthe Alighieri Poeta Fiorentino.*

Firenze per Nicholo di Lorenzo della Magna MCCCCLXXXI.

## PROEMIO NELLA PRIMA CANTICA DELL'INFERNO.

**B**Enche nessuna spetie di docti scriptori sia. illustrissimi signor nostri: alla quale somme: & innumere: & immortali gracie non debbi lhumana generatione. Atteso maxime che ogni loro industria: & disciplina . Ogni vigilantissimo studio . Ogni laboriosa lucubratione hanno in comune conferito: acciocche non solo ad se medesimi: & a suoi coetanei giovino. Ma anchora a tutti glihuomini che dipoi ne succedenti anni invarii secoli faranno stati non piccola utilita arrechino : Nientedimeno poiche spesse volte ho con la mente transcorso una quasi infinita copia di quegli: equali o nella greca: o nella latina lingua memoria di se hanno lasciato nessuno truovo che a quello poeta equiparare & agguaglare si convenga: el quale certo: & per profondita: & varietà di doctrina: & per elegantia: & copia: & sublimita di stilo possa non solamente dimostrarci le chose grandi: & alla vita nostra: & alla salute molto appartenenti: Ma ancora soto maraviglioso velame ricoprendole informa laddorni: che oltra a una incomparabile utilita: la quale si trahe di tanta: & si varia doctrina incredibile sia la giocondita dellanimo: & lavolupta de sensi: la quale un bene eruditio ingegno: & castigati orecchi prendono di tale poema . Ma delle laude della faculta poetica diremo poco di soto. Interim havendo io insino dalla prima adolescentia per manifestissime argumentationi persuasomi: & essendomi anchora commosso dallauectorita di molti: & doctissimi huomini: equali in diverse nationi & lingue sempre epoeti a glaltri scriptori hanno preposto ho non piccola parte della mia eta nella cognitione di quegli consumato. Hora perche havevo novellamente interpretato: & alle latine lettere mandato lallegorico senso della virgiliana eneide giudicai non dovere essere inutile a miei cittadini: ne ingiocondo se con quanto potessi maggiore studio & industria similmente investigassi glarcani & occul-

[1] *Christophoro Landini* Fiorentino , di quella istessa famiglia , di cui uscirono *Francesco Landini* poeta laureato , e *Gabriello* altresi poeta , ed Istorico , su maestro di *Ugolino Verini* e d' altri molti ; e se crediamo a *Jacopo Gaddi de Script. non Eccl.* p.284. fu buon poeta , buono istorico , Oratore , e Gramatico . Scrisse molte cose in tutte queste facoltà , e fiorì a' tempi del vecchio Lorenzo de' Medici , insegnando con pubblico stipendio in Firenze sua patria le discipline poetiche . Ma quanto venne innalzato e commendato dal *Tritemio* , dal *Poccianti* , dal *Ficino* , e da molti altri ancora , altrettanto poi venne abbassato e avvilito dal *Volterrano* , e dal *Florido*: quegli con isdegnare di riportar , soltanto alcun titolo delle cose scritte

dal *Landino* , e questi col seguente giudizio , che leggesi riferito dal lodato *Gaddi* . “ Quamvis multa de infuso *Christophori Landini* in scrutandis poetarum allegoris ingenio alibi a nobis scripta sint , facit tamen singularis hominis stultitia ut hoc loco quam vituperans , da sit ejus in illo negotio diligentia copiosius aliquanto aperiam . ---- Amens rabula ea secundum cum de allegoris communisetur quibus nihil a fano iudicio remotius esse potest . Hoc igitur tur concludemus nihil esse *Landino* vilius , abiectiusque &c. “ giudizio di vero acerbo , ma non ingiusto . *Giovambattista Gelli* critico a torto , per avviso del *Gaddi* , un notabil pessimo di questi Commentarij sopra Dante .”

occulti: ma altutto divinissimi sensi della comedie del fiorentino poeta Danthe alighieri: & chome ellatino poeta in latina lingua havevo expresso: chosi eltoschano intoscana interpretassi. Impresa sanza dubio: laquale & per la grandeza: & multiplicita dele chose: & maxime per la sua novita a qualunque de litteratissimi possi arrecare sommo honore. Ma ad me ne di doctrina ne eloquentia ornato sia stata laboriosissima: & forse non vacua di temerita. Ma lamore ardente in questa spetie di muse ha facto: chel pondo e stato meni grave: Et chome e trito proverbio de favi Nessuna cosa e difficile allamante. Ma saranno forse alchuni che giudicheranno el consiglio nostro esser stato o vano: se non haro condotto insino al debito fine quello che dal principio mi proposi: o supervacaneo: conciosiache molti hanno comentato quelto poema: equali & per essere stati o coetanei o vicini allela del poeta pare che meglo habbino potuto comprendere sua mente: & per haver facto professione di theologia possino piu facilmente interpretare eprofondi sensi in lui occultati: equali ha da glinti-  
mi archani di quella non sanza stupore dichi legge divinamente tracto. Comentorono el nostro poeta due suoi figlioli Francesco: & Piero. Comentollo Benvenuto imolese: & questi in latino. Comentollo Iacopo bolognese nella sua patria lingua. Comentollo Riccardo theologo frate carmelita-  
no. Comentollo Andrea credo napolitano: & Guiniforte iurisconsulto ber-  
gamasco. Principiò di comentarlo Ioanni nostro boccaccio: Ma non pro-  
duce lopera piu avanti che ameo la prima cantica. Equali tutti comendo:  
perche molte chose anno decto degne di lor doctrina: & non inutili allaudi-  
tore. Comentollo finalmente Francesco da butti in lingua pisana. Chostui  
dopo el Boccaccio più che glaltri si sforzo aprire ma non in tutte le parti  
lallegorico senso. Ma ad me e paruto ripetere la mente & el proposito di  
Danthe da piu alto principio: Et con perpetuo tenore investigare in lui  
piu recondita doctrina: la quale quando mi rivolgo nella mente mi nasce  
di subito horrendo stupore: & divento quasi un vespertello in tanta luce:  
Et chome quegli che habitano propinqui alle cataraete del nilo diventono  
sordi per lo excessivo suono: chosi in me perde ogni suo acume & iudicio  
longegno vincio dalla materia: & dalla inventione: alla quale non sola-  
mente pari: Ma ne anchora se non dopo lungo intervallo seonda si tru-  
ova. Pure aiutando el divino favore lamia fervente volonta ho scoperto in-  
qualche parte alcuno degli appena investigabili vestigii di si divino poeta  
seguitandolo prima per le scondesce ripe nel profondo abisso: Et di poi  
tirato dal suo aiuto insino allarduo giogo del purgatorio mi sono per ca-  
mino difficile condotto. Et tandem elevato dalle sue ale ho visto el fine di  
si lunga peregrinatione. Nella quale quanto di proficto & dutile habbi fa-  
to tale iudicio a piu docti di me lacero. Questo solo affermo havere li-  
berato el nostro cittadino dalla barbarie di molti externi idiomi: Nequali  
da comentatori era stato corropto: Et el presente chosi puro & semplice  
e paruto mio officio apresentarlo ad voi Illustrissimi signor nostri: Accioc-  
che per lemani di quel magistrato: elquale e sommo nella fiorentina rep-  
sia dopo lungo exilio restituito nella sua patria: & riconosciuto ne Roma-  
gnuolo essere ne Lombardo: ne degli idiomi di quegli che lhanno comen-  
tato. Ma mero fiorentino: la quale lingua quanto tutte laltre italiche avan-  
zi manifesto testimonio ne sia: che nessuno nel quale apparisca o ingegno  
o doctrina ne versi scripse mai ne prosa: che non si sforzassi usare el fio-  
rentino idioma: Ma della lingua pocho di sobto parleremo. Voi adun-  
que

que illustrissimi signor nostri riconoscendo in questo nostro volume la divinita dellongegno di Danthe : el quale quantunque ripetera una numerosa serie : & continuata successione de secoli : & una vetusta & molto prisca memoria di tutte le nationi potra enumerare tra epochissimi : Riconoscendo anchora uno stupendo cumulo di doctrina : della quale si varia . si retrusa . si nascosta chi piu ha conosciuto appena una mediocre parte ha conosciuto congratulerete alla vostra patria : alla quale el sommo dio tanto dono habbi conceduto : Et el vostro poeta primo splendore del nome fiorentino : & eloquentia : & di doctrina optimo & raro exemplo frequentemente leggerete : perche quello imitando : & loratione eloquentia & dignita : & lavita & ecostumi di prudentia & di probita : & la mente di doctrina & dhumanita ornerete .

## P R O L O G O .

*Di Christophoro Landino Fiorentino nel commento del divino Poeta  
Dante Alighieri sopra el Purgatorio.*

## C A N T I C A S E C O N D A .

Dilectami & sommamente mi dilecta I. S. N. esser in parte dellopera uscito delle tenebre exteriore dove habbiamo veduto inconsolabile pianto . Et pelfreddo del septentrional vento concitato dalletherno moto dellale dibelzabu habbiamo sentito lo stridore dedenti . Il che spero hara con tanto terrore spaventato le menti nostre che piu non vi torneremo . piaccia cosi a te Iupiter omnipotens summi regnator olympi : elquale trino : & uno con la tua somma potestate Infinita sapientia & indicibile amore presterrai il tuo lume a chi va perle tenebre acciocche si conduca dove ogni servo diventa libero Et dopo larihavuta liberta rivocato dallinfelicissimo exilio iure post liminii e restituito alla sua dolcissima patria che e hierusalem cipta superna . Dove non siamo peregrini ne forestieri ma cittadini de sancti & domestici & familiari & nobilitati cortigiani del Re al quale servono tutti ere & servendo regnano . El cui regno si chome fu sanza principio cosi fara sanza fine . Quivi poseremo nella vita che e sanza morte : dove per tutti esecoli de secoli faremo cibati dambrosia & dineare elquale e unico pane & unico vino di tutte le hierarchie angeliche . Concedi priegoti o sommo datore debeni concedi allhumana generatione la quale facesti a tua imagine & similitudine non per sua pena ma perche fussi chi succedessi nelle sedie le quali gliangeli prima bellissimi dipoi neri per stoltissima superbia perderono . Concedi priegoti a tutti glihuomini & peculiaramente al popolo fiorentino gratia che possin dire . Dominus de Cœlo in terram aspexit . Noi de profundis ad Te clamamus Domine Domine exaudi vocem nostram . Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis nostræ . Porgici bastone che sostenga e nostri deboli & vacillanti passi accioche non roviniamo inbasso . Ricorditi di quello che David concitato dal tuo divino furore nel psalmo canta . Non mortui laudabunt te Domine , neque omnes qui descendunt in infernum . Sed nos , qui vivimus , benedicimus tibi . Non e dannati signore e quali veramente si possono dire morti : ne quegli che per tal dannatione rovinano allinferno ti .

no ti loderanno. Ma noi che viviamo o per vera vita essendo confermati in habitu di virtu o almanco viviamo perche ancora ci resta libero arbitrio di pigliare lavia alla mano dextra ti benediciamo. Porgi lume a quegli che vanno pellombra della morte Et diriza e piedi nostri in via di pace . Et ad me in questa interpretatione soccorri coltuo aiuto in forma : che lamia fatica non sia indarno. Ma arrechi & al tuo nome laude & a chi leggera alcuna utilita Pauper & egenus sum ego . Ma tu datore di tutti ebeni : Miserere mei Deus , & benedic mihi , & illumina vultum tuum , & miserere mei : el quale sotto tanta speranza daro principio alla interpretatione di questa seconda cantica . Et perche abbiamo atractare del purgatorio diremo secondo laverissima sententia de theologi che tre cose dobbiamo in questo luogho considerare. La prima se e purgatorio dopo questa vita . La seconda chi son quegli che vanno al purgatorio . La terza se e luogo alcuno certo nel quale si purghino lanime . Alla prima dico che la sacra scriptura & molte auctorita de sancti & varie revelationi pongono el purgatorio . Et la sancta chiesa lafferma : maxime dicente christo per Matheo . Qui dixerit verbum contra Spiritum Sanctum , non remittetur ei neque in hoc saeculo , neque in futuro . Adunque dimostra christo che nellaltra vita sono certe colpe : le quali elfuoco purga . Ne solo ecristiani pongono el purgatorio . Ma ancora platone el quale vuole che lanima separata dal corpo : se e coinquinata & maculata di gravissime & nefarie sceleratzezze rimanga in eterni supplitii . Ma se son men gravi epeccati si purghi & poi ritorai in altri corpi . Et virgilio nel sexto nella medesima sententia dice . Donec longa dies perfecto temporis orbe concretam exemit labem , purumque reliquit aethereum sensum , atque aure simplicis ignem . Et questo basti adimoitrate chel purgatorio sia . Ma volendo intendere secondo la cristiana religione dove sia collocato : e oppinione di Riccardo de media villa che sotto terra sieno quattro luoghi : & nella parte piu bassa che e el centro della terra e dove in perpetua pena stanno edannati per peccato actuale . Et sopra questa parte sono edannati per peccato originale . El primo dedue el quale e el piu basso & circa el centro e vero inferno : El secondo e limbo : seguita el terzo luogo collocato sopra ellimbo decto purgatorio : dove lanime si purgono per legge comune : benche alcune si purghino altrove per alcuna cagione spetiale la quale e o per rivelare alcuna cosa aviventi : o per impetrare aiuto dalloro . Dipoi nella parte piu superiore circa alla superficie che e la quarta del centro & la prima della circumferentia al presente non sono anime alcune ma innanzi alla nostra redemptione facta per la passione & morte di christo vistavano lanime de sancti padri : poi che in purgatorio havevono adempiuto lasua purgatione . Et ancora quelle che erono uscite de proprii corpi sanza macula la quale bisogniasfi purgarsi : Et questo luogo era nominato elseno dabraham : perche lui fu el primo che si separo dagliefedeli : & prese distintivo signaculo di fede . Adunque elluogo che era dato per riposo allanima per la fede formata in carita fu per lagia decta cagione chiamato seno dabraham . Nientidmeno Ugo da san victore vuole che nessuno luogo comune sia assegnato atali anime , che shabbino a purgare parendogli piu probabile : che ciaschuna si purghi nel luogo dove ha commesso eldelitto . Ma tale oppinione non appruovano edoctori se non inspetiale per dispensatione divina : & non per legge comune a tutti : Al purgatorio vanno quegli che sono rimasi in peccati veniali . Secondi sono quegli che non hanno facta penitentia

tentia innanzi alla morte come adviene a chi muore senza confessione & nientedimeno pentuto & contrito: Tertii sono quegli che non adempierono la penitentia impostagli dal sacerdote: la penitentia dataci del sacerdote e o maggiore ominore o equale: le e maggiore quello che lhuomo invita ha facto di piu gli ridonda & ritorna infua gloria . Se e equale quella sola basta ad piena satisfactione : se e minore quello che mancha: sadempiere in purgatorio per divina iustitia : Vedi adunque quello che insomma dicono escritiani del purgatorio: Ma Danthe huomo dmirabile ingegno & dmirabile inventione truovo nuovo sito el quale niente e contra substantialmente alloppinione christiana: Et serve apiu cose chome nel terzo canto dellonferno habbiamo dimostrato: Pone adunque che quella terra che lucifero co seguaci pinse dal nostro hemisperio surse nellaltro hemisperio: & fece monte altissimo insino allelemento del fuoco: & in quello e collocato el purgatorio distincto indiversi gyroni: & ne primi si purgan varie spetie di negligentia : Dipoi di quegli che seguitano ciaschuno purga el suo peccato: Ma sempre e piu bassi purgano e piu gravi delicti : Questo monte adunque resta a salire Montata sanza fallo aspera & dura & piena difatica & di sudore: Ma metiamoci in chammino & con franco animo : Ne disperiamci poter arrivare alsommo Imperoche dove mancheranno le proprie forze supplira copiosamente la divina gratia: Et chi cifostenne nelloscendere al basso che non rovinassimo : Hor ci pignera in su tanto che troverremo elgiogo.

## P R O L O G O

*Di Christophoro Landino Fiorentino nel commento del divino Poeta Danthe Alighieri sopra el Paradiso.*

## C A N T I C A T E R T I A.

**T**E Deum laudamus, Te Dominum confitemur. Se Cicerone tanto filosopo: & oratore proponendosi già vecchio scrivere della senectu ad Attico huomo anchora lui vecchio prese suo principio da versi d'Ennio poeta nella medesima eta constituto pare similmente a me tracto dallonferno & dal purgatorio muovermi al paradiso col medesimo hymno nel qual cantorono debite gratie edue & per vita & per doctrine excellentissimi doctori quando eldivino aurelio conlaiuto d'Ambrosio liberato dalle diaboliche insidie si conduxe a porto di salute. Te adunque sommo Dio lodiamo: & te vero signore confessiamo. Equali per la tua gratia illuminati delle civili virtu traesti del basso & tenebroso fondo dellinferno: Et accendendo di poi splendida lucerna a nostri piedi con le virtu purgatorie etuo servi ancor le gravi del terrestre limo informa alleggeristi che vincemmo ogni difficulta dellardua & erta salita del monte del purgatorio. Hora col tuo sancto hysopo ci farai mondi & lavandoci sopra ogni neve rimarremo candidi: & tanto puri chel tuo paraclito spirito piu per sua gratia che per nostro merito sifondera in noi: & orneracci del tertio genere delle virtu dellanimo già purgato. Queste ciacquieranno due ale. Iustitia: & Religione: con le quali voleremo insino allempyreo cielo per ispiecchiarsi nel divino fonte; Ne altra via resta: ne altra faculta a miseri mortali da elevarsi

varsi ad tanta alteza se non la iustitia: la quale el divino Platone pone per tutte le virtu morali: & la religione che contiene in se tutte le intellective. Il che el platonico Virgilio nel suo sexto libro chosi significo. Superas evadere ad auras, hoc opus, hic labor est pauci, quos æquus amavit Iupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus Diis geniti potuere: chome in quel luogo distesamente interpretammo. Ne altra via e che si conduca. Ne sia uomo si alieno dalla ragione che vogla imitare la temeraria stultitia de giganti: equali sperorono potere fare scala insino alle stelle ponendo sopra Ossa altissimo monte el monte pelio: & sopra pelio olympos: Imperoche el sommo iove con le celesti saepte emonti volge in ruina: & egiganti sobto e monti sommerge: Furono egiganti secondo epoeti figluoli della terra: il che dinota glihuomini dati alle chose terrene: Questi credono co monti salire in cielo.i. accumulando riccheze potentie & signorie diventare felici. Ma le saepte di iove.i.la iusta indegnatione divina dissipò questi falsi beni & sotmergevi eloro possessori. Il perche rectammente el psalmista Quoniam novit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Et altrove: Dominus dissipat consilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum: & reprobat consilia Principum. Onde e verissima la sententia dello aquilino evangelista: Nemo ascendit in celum, nisi qui de cœlo descendit. Et certo nessuno sale alla vera beatitudine se non procede dalle chose celesti. Adaptianci adunque queste ale: & non con la stultitia dicaro: ma con la dedalea prudentia al cielo voliamo. Ne siamo pero tanto temerarii che con le nostre proprie virtutu già decte speriamo per noi medesimi potere insino al cielo volare. Ma quando cingegneremo adaptarci queste due ale moverassi ad compassione della nostra imbecillita el potentissimo dio: & con liberalissima gratia suplira a quel che per noi stessi non possiamo: lui solo ad se cinalza & al cielo ci rapisce. Onde & paolo apostolo non scrive di se che salissi al tertio cielo. Ma afferma che da dio vi fu rapito. Il perche non si gloria desservi salito tanto apostolo: Ma ogni gloria dice essere in dio re di gloria. Et certo chome doctissimamente scriva nel suo libro de raptu Pauli el nostro platonico Marsilio ficino. Egravi elementi del mondo non possono salire in alto se non sono elevati dallaltissimo: & chi abita la terra non sale pe gradi celesti fel celeste padre non lo tira. Ad te adunque rivolti o sommo iove con caldi sospiri: & con tutto el cuore humilmente preghiamo che ci porga la destra del tuo aiuto: & su ci tiri: accioche seguendo lorme del nostro poeta montiamo di cielo in cielo insino al tuo conspecto: el quale arrichisce ogni poverta: Satia ogni fame: Sana ogni infermita: Fortifica ogni imbecillita: & finalmente si riempie di quella felicita: la quale ne da difecto alchuno e diminuta: ne da tempo e circumscripta.

## ORIGENES CONTRA CELSUM.

Romæ per Georgium Herolt de Bambergæ MCCCCCLXXXI

**Theodorus [1] Gazinus Constantinopolita Christoforo [2] Persona S. P. D.**

Cum diebus hisce superioribus animo, ut soleo sæpe, latinos viros verfarem, qui græce scire aliquid videntur, & græcos insuper auctores qui in latinum verti non mediocri cum laude possent, ipse imprimis obesus es, quem unum novi ab ineunte adolescentia sic græcas litteras imbibisse, & quod plurimum juvit, in græcia ipsa & græcis ex præceptoribus, ut nisi te civem romanum scirem, & propinquos tuos primarios urbis viros sat nossem, dicturus facile sim ex græcia te oriundum; nam & ipsa tua græca pronuntiatio græcum te præfert. Quorsum hæc? vidi Chrysostomi sermones non paucos, quos e Græcis latinos fecisti, & Livanii meletas nonnullas, veluti majoribus rebus futura præludia. Vidi paulo post apud te Athanasium tuum, cuius traductio ita me oblectavit, ut in spem bonam ex eo tempore venerim posse te & Origenem adversus Celsum traducere. Quem librum, quia elegantissimus est & in fidei Christianæ defensionem conscriptus, Nicolaus Pontifex, et si de se erat novorum operum & græcorum præcipue cupientissimus, meo hortatu Constantinopolim misit qui ad te coemptum deferret, delatumque mox mihi ostendit, dixitque velle se ei quidvis præmii polliceri qui latinum hunc faceret. Et sane ipse id opus aggressus esset ac lubens nisi me tunc alia gravis traductio præoccupasset. Restat igitur adhuc liber iste in pontificis bibliotheca intactus, & ut arbitror tibi servatus, ut ea cum dignitate, quam græce sonat, vel saltem proxima, latinum facias; & spero fore pro tua utriusque linguae singulare peritia, ut non minus laudis in hoc convertendo promerearis, quam auctor ipse in edendo promeritus sit. At dices non esse illa nunc exposita præmia, quæ Nicolaum Pontificem narras proposuisse; nec tales nunc principes, qui ejus vestigia consequentur. Cur ergo tantum laboris insumam? nec ipse quidem inficias eo; quid ni? qui experientia doctus id ausim confirmare, nec principes tales nunc esse quales antea extitere, nec

[1] **Theodorus Gazinus**, seu mavis **Gaza** **Byzantinus**, vel ut aliis placet **Theſalonicensis**, qui Turcica rabie patriis sedibus ejectus, Romæ diu docuit, floruitque, & gloriam sibi mercatus est plurimam. **Summum philoſophum gravissimumque ſcribendi Magistrum Gazam appellat Cortefius** de Hom. Doct. p. 41.

[2] **Christophorus Persona**, male a nonnullis **Porſena** vocitatus, Prior Monasterii Sanctæ Balbinæ **Monachorum vulgo Gulielmitarum**, e patritia gente Romæ nascitur ann. 1416. ibidemque, inquinario graffante morbo, moritur ann. 1486. Ejus cenotaphium a Cl. V. Ap. Zeno primum, exceptis erroribus quibus anteas **Pocciantius**, & **Gazius** confupcaverunt, in Voss. Differt. editum, sic habet "Christophorus Persona ædis divæ Balbiæ ac Bibliotheca Pontificis præfes & puritatis te vita & morum modestia insignis, qui Chry-

„ſostomi, Livanii, Athanasii, Origenisque „complura volumina, & Procopii de bello Go- „thorum in latinum vertit, Agathiique accessio- „nem. hic fitus est atatis annorum LXX.mens., „dier. .... Obiit anno MCCCCCLXXXVI. Vide laud. Zenii l.c. T. II. p. 138. & feqq. ubi de cele- berrimo doctissimoque viro quæcumque adnotari poterant ita, **Iusto Fontanini** adjuvante con- geftit omnia ut quod addas vel demas superfluit nihil. Ceterum Origeniana hujus versionis titulum male exscriperunt **Dupinii**, **Belius**, & **Simonius**, queis addas velim & **Maittaire** perpe- ram oscitando adnotantem in nota chronica hu- jus editionis obmisisse **Typhothen centenaria** & pro **milleſimo quadringenteſimo**, repouſisse dum- taxat **milleſimo**: quod apprime falso  $\gamma\pi\alpha\rho\delta\sigma\alpha\tau$ .

[ C C X I I I ]

nec ea laborum virtutumque præmia. Sed quis adeo fuerit sine illiberalis, sive ingratissimus Princeps, qui ubi librum hunc illi traductum dono detuleris, non te muneribus principe dignis & magnis honoribus prosequatur? Aggredere ergo id opus, & pro ejus ut dignitate absolvias continenter in cumbe. Age romanum vitum, & animo ingenti difficultates omnes per vade. Est quidem hoc, fateor, interpretatu difficile, sed eo plus laudis consequeris, quo rem non facilem aggressus videbere. Vale.

*Joanni Mocenico illustrissimo Venetorum Principi, universoque Senatui inclito, consuliissimoque Christophorus Persona Romanus.*

**E**T si plerique omnes præclara facinora aggredi idcirco videmur, ut opes, honorem, gloriæ more humani ingenii consequamur, ipse tamen consultius longe facere duxerim, qui suis in omnibus tam privatis quam publicis actionibus ita se gesserint, ut Deum imprimis promoveant, & veram ejus sic tueantur religionem, ut si vel vitacum morte sit his commutanda, intrepide ferant. Quod sane majores nostros, hoc est qui nobis miræ virtutis specimen reliquere, & ad seständam virtutem documento fuere, factitasse sat constat. Siquidem bonis fortunæ contemptis, & cæteris rebus posthabitis, sine quibus constare vitam nil posse mortales putant per arma, per ignes, per omnes denique cruciatus & mortes intrepidi pervasere, ut christianam professionem servarent. Quo factum est ut vel torquentium & tyrannorum scvitiam patiente pervicerint. Fuere item & qui ut integerime vivendo ita & scriptitando quæ sui temporis essent hominibus & posteris profutura, de nostra & christiana hac fide sint optimè meriti. Quos inter Origenes hic fuit, qui ubi exploratum haberet, Celsum philosophum & gentilem Christo impudenter obstrepere, & hujus cultum scriptis acerrime insestari, commotus animo, uti par erat, & rei indignitate accensus, obstrepentis sic dicta refellit, ut plane ostendat nullius esse momenti quæ ille deblatterat. Et sane nil desunt hoc tempore veritatis infensissimi hostes, qui non solum hanc verbis sed factis impugnant. Quocirca perquam maxime vellem, ut quemadmodum fidem suis hic tatus est scriptis, ita & veri Dei cultores armis adversus impios decertarent, qui Christianorum negligentia orientis jam maximam partem, occidentis non parvam suæ fecerint ditionis, & ab exiguis quibusdam initii vel prope nullis, ad id ætatis tam brevi eo magnitudinis creverint, ut ceteras nationes in immensum propagatis jam imperii finibus facile aspernentur. Nam si istorum recensere primordia velim, crediderim euidem Turcorum hanc gentem ex Athamania originem ducere, quæ regio Thessaliam proxima, nec satis ampla, bello Macedonico Animandrum habuit regem populo Romano amicum. Cur autem ex Athamanibus Turci sint postea dicti, haud quaquam in magno posuerim nosse. Hi itaque eo nunc audaciæ processerunt, ut Hydruntem Italiam in Apulo agro captum direptumque vi teneant, miseris civibus partim crudelissime trucidatis, partim in Epyrum in servitutem transvectis: quis ista deplorare sat queat? barbaros homines qui feritate immanes belluas superent, ob Italorum sive desidiam dixeris, sive dissensiones & bella in Italiam transmisisse. Non ergo par fuerit exteris nationibus tantum ut otii detur, ut nostris hisce in locis tam libere insuescant. Memoriae proditum est Gallos olim cum multitu-

titudine abundant , in Italiam primum tunc descendisse , ut novas sibi quærerent sedes , ita ut sive ejectis , sive interfectis habitatoribus ipsi urbes incolerent . Ea fama rei tam bene gestæ ad suos perlata alios item atque alios tam frequenter excivit , ut depulsis Insubribus , Umbris Etruscisque superatis , istorum occupaverint locos . Suscipite itaque rempublicam Christianam tutandam , ut ante hac sæpe fecisti , & cum christianis principiis aliis periclitanti jam opem fert ; nam pro communi libertate vos ita decertaturos existimaverim , ut in navanda tanti momenti opera nulli sitis inferiores futuri : quandoquidem vobis & suppetunt vires , & respublica sit tam optime constituta , ut , aliorum sit id pace dictum , similem esse in terris nuspianam norim ; nimirum quoad per annos jam octingentos uti accepi , vel eo amplius , pro ejus mira concordia , qua vel parvæ res crescunt , continent & integra fruitur libertate . Accedit etiam quod senatorius vester iste & amplissimus ordo ex regibus videatur constare ; quod olim Romanis eloquentes quidam & summi viri maximam in laudem contulerunt . Fuere , fateor , vestris civibus magna ingenia , & ad rem omnem accomodata , atque adeo quibusvis artibus bonis imbuta , ita ut domi forisque clari sint habiti : nam Leonardi Iustiniani , tit recentiora nunc repeatam , quæ vis animi fuerit , quod acumen ingenii , quanta doctrina , neminem latet . Nec secus & Franciscus Barbarus græce item latineque peritis simus , quam multis præstiterit , quis ignorat ? Cujus vestigia hac nostra ætate Hermolaus Barbarus , ex filio Zacharia circumspectissimo vestro nunc ad Pontificem Oratore & Equite nobilissimo nepos , vir sane doctissimus eloquentissimusque enixe sectatur . Nec desunt vobis vel hac tempestate & alii multi , ut litteratissimi , ita & longa rerum humanarum experientia prudentissimi Cives , qui & audere & facere omnia summa cum laude queant ; qualis Franciscus est dictus vir miræ doctrinæ & eloquentiæ ; qualis & Bernardus Bembus , qui magistratus & legationes non parva cum gloria gesserit ; quales denique Antonius Donatus , & Marcus Antonius dexterissimi viri & Equites sunt , & istorum similes ceteri ; quorum si virtutes nunc velim & ornamenta commemorare , profecto ut ipse in scribendo longior fierem , ita nec finem habitura esset oratio . Aggredimini igitur egregium id & memorabile facinus ; abigite , & ex humano consortio exterminate tam fædum hostium genus ; huc vestros intendite nervos ; hic animis , hic viribus opus ; vendicate in libertatem tot hominum nationes , tamdiu & tam injuste oppressas . Nota jampridem vestra est in Ecclesiam fides , noti & suscepisti quondam pro ea labores , notæ & sumptuosissimæ per vos sæpe ut terrestres expeditiones , ita & maritimæ classes adversus impios comparatae . Agite igitur ut recentibus beneficiis præterita & egregia vestra facinora comprobentur .

## D I O D O R U S S I C U L U S

ET CORNEL. TACITUS DE MORIBUS GERMANORUM.

impressi per Thomam Alexandrinum Venetiis MCCCCCLXXXI.

*Jeronymus [1] Squarciaficus Alexandrinus Clarissimo Viro Francisco  
Leono Patritio Veneto quondam Simeonis Filio. S.D.*

**D**ebentur tibi a me, dignissime Vir, non vulgares pro tua in me singulari benevolentia gratiae, ut tibi semper deditissimus sim pro tantis in me collatis beneficiis. Nec unquam de te mea fefellit opinio, quia non minus me diligas, quam a me amari intellexeris. Sed pusillus in te meus est amor ob praestantiam, magnitudinemque tuam. Parva namque scintilla inter globorum flamas quod lumen emittere potest? Sed tamen emori malim, quam jure ingratus accusari. Beneficio affecti, qui se se inculpari noluerunt, ideo aurum & argentum: alii autem aliud fortunæ bonum, quod dicitur, retribuere consueverunt. Tu autem, cum talia mihi non adflint, quicquid per ingeniolum meum scribendo consequi potuerit, accipies. Cum a munice [2] meo enixe rogatus essem, ut epistolam in Diodori Siculi impressionem ederem, libenti animo morem suæ voluntati gessi; ut quædam, quæ mihi in somniis proxima die visa fuere, litteris mandarem. Sciebam etiam, Diodorum non reiiciendum esse auctorem immo magnam utilitatem offerre legentibus. Diodorus Sicus Historicus (inquit Suidas) volumen composuit, quod inscripsit Bibliotheca; est autem historia, Romanas res, pariterque externas in libros quadraginta continens. Floruit autem Augusti Caesaris temporibus, & ultra; sed prater sex, ob temporum malignitatem in manus impressorum nondum venire potuerunt, ut latius inferius dicetur. Hanc autem epistolam tibi, Magnifice Vir, scribere volui; neque id facio, ut existimem, hac minima re summis tuis erga me meritis satisfacere posse, sed ut quæ in somniis visa fuere, ea explicemus. Quadam enim nocte cum multa ac varia mecum cogitassem, in ipso crepusculo cum adhuc semifopitus jacerem, visa est ante oculos meos astare Francisci Philelphi imago: Francisci illius, qui utriusque linguae & splendor & decus extitit; hæc ita me verbis allocuta est. Hieronymus vigila, & Philelphum tuum, quem tantopere amasti, dum viveret, atque coluisti, confspice, mutuoque te amatum cognosce. Rerum enim ille Parens hoc mihi dedit, ut ab elisis campis relicta illa doctissimorum viorum, atque Philosophorum turba ad te potissimum, quem non parum amavi, accederem, tecumque multa cognitu dignissima communicarem. Sed, quum parvo temporis intervallo ab amississimo loco discludor (diem enim adventare vides) epistolam, quam olim ad te scripsiferam ad piorum campos delapsus, diligenter leges; dum, alias ad te si dabatur, accedam multa ac varia commentaturus. Ego autem dum miror & oblitus esco, umbra mihi suavissima evanuit; epistolamque obsignatam expergefactus inveni, qua

[1] De Squarciafico vide sup. pag. 177.

[2] Thoma Alexandrinus Typographo. Tres uno eodemque tempore florebant Venetiis an-

no MCCCCCLXXXI, Typographi Alexandrino-Stallienenses, uti monent nonnullæ Editiones sub hoc eodem anno a Cl. Maistre relate.

qua aperta , quæ scripta erant , fuere: Franciscus Philephus Hieronimo suo salutem. Postquam ad elios campos superioribus diebus aureis vita functus accessi , subito mihi turba Philosophorum , Poetarum , Oratorumque obviam venit , ubi me proprio nomine salutarunt , ac venerati sunt , coronam fecere ; meque cum mortales omnes , tum præcipue quum literaturam profitentur , interrogarunt. Multa pro tempore respondi ; tum propositum inter eos fuit argumentum , utrum Impressoria ars nuper inventa magis laudanda foret , an vituperanda . Multæ subinde sententiae dictæ , quarum una fuit: nihil melius in sæculo mortalibus , atque ipsis jam vita functis ea contingere potuisse . Inde enim tanta librorum copia , quæ jam fere deperierat , revixit magna cum laude , & fama Auctorum ; altera vero & huic contraria , artem Impressoriam in manus quorundam illiteratorum incidisse , qui omnia prope depravarent , conquerebatur : adeo ut ipsis Auctores vix libros , si viverent , suos esse cognoscerent . Copia præterea librorum effecit , ut homines sint minus studiosi . Quidam autem ægre ferebant , quod opera sua deperirent , dum non imprimerentur , neque scriberentur , quorum ars hæc Scriptores submovit . Quare te rogo , obtestorque per amicitiam nostram , ut opera per me edita tibi curæ sit , ne nomen nostrum in futurum aboleatur . Quod si unquam curabis , ut aliquod opus a nobis compositum impressionem recipiat , illud adjuvato uti prius castigetur ad unguem . Et quoniam fama est amicum tuum curare , ut veteranus ille Diodorus Siculus redimprimetur , libri videlicet sex , qui latini sunt facti [1] , a sene rogatus sum , ut opus illud quam maxime tibi curæ sit . Nec te elaborare pigeat , ut cæteri eius libri , qui nondum deperiere , quos ipse afferit , esse numero 16 , cum illis imprimantur , quamquam temporum iniuria reliquos aboleverit . Postremo Georgium [2] nostrum meo nomine admonebis , ut posthac linguam illam suam ferro coercat ; curetque , dum vivit , neminem lädere . Nam odia post mortem ad inferos usque observantur . Vale ex elisiis campis . Mirabuntur fortasse quidam , Magnifice Vir , hæc fieri potuisse ; sed legant quæso Lucianum in libro de veris narrationibus : scribit enim , Ulyssem suo nomine epistolam ad Calypsonem misisse . Vale , & me ama . Ex ædibus solitæ habitationis nono Kalend. Decemb. 1481.

[1] Scilicet a Poggio. [2] Nempe Merulam.

## E U C L I D E S.

Venetiis per Erhardum Ratdolt Augustensem MCCCCCLXXXII.

*Erhardus [i] Ratdolt Augustensis impressor Serenissimo Almae Urbis Venetæ Principi Ioanni Mocenico S.*

**S**Olebam antea, Serenissime Princeps, mecum ipse cogitans admirari, quid causæ esset, quod in hac tua præpotenti & fausta urbe cum varia Auctorum veterum novorumque volumina quotidie imprimarentur, in hac mathematica facultate vel reliquarum disciplinarum nobilissima, aut nihil aut parva quædam & frivola in tanta impressorum copia, qui in tua urbe agunt, viderentur impressa. Hæc cum mecum sæpius discuterem, inveniebam id difficultate operis accidisse. Non enim adhuc quo pacto schemata goëmetrica, quibus mathematica volumina scatent, ac sine quibus nihil in his disciplinis fere intelligi optime potest, excogitaverant. Itaque cum hoc ipsum tantummodo communi omnium utilitati, quæ ex his percipitur, obstaret; mea induitria non sine maximo labore effeci, ut qua facilitate litterarum elementa imprimuntur, ea etiam geometricæ figuræ conficerentur. Quamobrem, ut spero, hoc nostro invento hæc disciplinæ, quos mathemata græci appellant, voluminum copia sicuti reliquæ scientiæ brevi illustrabuntur. De quarum laudibus & utilitate possem multa impræfens adducere ab illustribus collecta Auctoribus, nisi studiosis jam omnibus hæc nota essent. Illud etiam plane cognitum est cæteras scientias sine mathematicis imperfectas ac veluti mancas esse. Neque hoc profecto negabunt Dialectici, neque Philosophi abnuent, in quorum libris multa reperiuntur, quæ sine mathematica ratione minime intelligi possunt. Quam divinus ille Plato mera veritatis arcanum, ut adipisceretur, Cyrenas ad Theodorum summum eo tempore mathematicum & ad Ægyptios sacerdotes enavigavit. Quid quod sine hac una facultate vivendi ratio non perfecte constat? Nam ut de Musice taceam, quæ nobis muneri ab ipsa natura ad perferendos facilius labores concessa videtur; ut Astrologiam præteream, qua exculti Cœlum ipsum veluti scalis machinisque quibusdam concidentes, verum ipsius naturæ argumentum cognoscimus; sine arithmeticæ & geometriæ, quarum altera numeros, altera mensuras docet, civiliter commodeque vivere qui possumus? Sed quid ego in his immoror, quæ jam omnibus, ut dixi, notiora sunt, quam ut a me dicantur? Euclides igitur Megarensis, Serenissime Princeps, qui XV. libris omnem geometriæ rationem consummatissime complexus est, quem ego summa & cura & diligentia nullo prætermisso schemate imprimendum curavi, sub tuo numine tutus fœlixque prodeat.

[ i ] *Erhardum Ratdolt schemata geometrica primum typis expressissime testatur hæc Epistola, cui fidem auget Bunemanus in Cat. Seideliano pagg. 146. 147. Vide Maittaire T. IV.*

pag. 434. Ceterum animadvertis velim hominis Germani deridiculam rusticitatem qui nomen suum nomini Principis & Mæcenatis præponere non dubitaverit.

## REI RUSTICÆ SCRIPTORES.

Regii per Bartholomæum Bruschum alias Bottonum Regiensem MCCCCCLXXXII.

**G**eorgius Alexandrinus Petro Priolo M. filio S. Priscas dictiones de tribus rei rusticæ Scriptoribus annotatas , ut tibi latiæ elegantiæ studioso patritio morem gererem , pro tempore brevissime enarravi &c.

*In fine.*


*M. [1] B. Bartholomeo Bottono , al. Brusco S. P. D.*

Etsi nihil gratius , nihilque jucundius , Vir amande , quam tibi morem gerere , duco , attamen quo me in imprimendis his voluminibus censorem elegeris , dubitavi ( fateor ) quidnam agendum esset . Advertebam enim quam molesta , quam ardua , quam denique difficultis provincia foret . Qui quum antea non paucos codices volverem , ita confusos adinveni , ut non nisi acri judicio qui verus fuerit sensus discerni posset . Nixus tamen cum exemplaris correctione , tum clarissimorum virorum industria , ne procul-dubio facultatem non mihi deesse , modo voluntas aedeset , arbitraveris , tum & ne tibi me non tam potuisse , quam tua causa noluisse persuaderes , non potui facere quin provinciam susciperem . Quare quum mihi non modo legere , sed istud opus perlegere contigerit , tibi studiosaque juventuti dixisse velim , tantam ipsis in operibus elegantiam , tantumque emolumen-tum ex eorum lectura vos omnes capere posse , ut brevi & in viros docti-simos evadere , & in rei rusticæ notitiam devenire possitis . Quis enim , nisi prius Catonem , Varronem , & Columellam de re rustica viderit , ma-jorum opera legisse profitebitur , non intelligo . Omnia enim rerum ( ut inquit Cicero ) ex quibus aliquid exquiritur , nihil agricultura melius , nil dulcius , nil libero homine dignius . Quamobrem qui musarum nobilium , antiquitatumque cultores existunt , hos secum comites habeant vetustissimos , hos amplectantur auctores , in his se postremo foveant , quos & Plinium quoque suis in libris inseruisse non puduit . Iis etenim non rerum figmen-ta , sed vitæ Mortalium necessaria experimenta tradiderunt . Quibus non paucos viros clarissimos relictis compluribus intra civitates officiis , sese tan-dem adiunxisse compertum est . Itaque non minori in pretio ac honore no-bis huiuscmodi instituta quam nostris maioribus fuerint , habenda sunt . Verum enim vero Palladium non omisisti velim , qui ne modo quæ apud Catonem , Varronem , Columellam , Martialem , Magonem Carthaginien-sem , atque alios tum græcos , tum latinos , qui de re rustica scripserunt , tradita

[1] Etsi scriptoris nomen , quod sub hisce lit-teris M. B. latet , vix erui posse putarem , pa-rum tamen absuit quin crederem innui *Marinum Beccichemum* Scodrensem , qui per ea tem-pora Brixia primum , postmodum Patavii hu-maniores litteras publice profitebatur . Nec de-stituebar coniecturus , quas bene multas suppeditaverat Ap. Zenus in Dissertatione inter *Vossianas* postrema , ad calcem Vol. II. cui titulus de *Marin. Beccichemo & de Marino Barletio* . Ve-rum quum præ manibus habuisset vetustiorem

horum Scriptorum Editionem Romanam , nem-pe ann. 1474. in hac nostra collectione pag. 117. memoratam , animadverti , præter *Georgii Meru-le* Præfationem ad *Perottum* , Epistolam , licet aliquanto breviorem , parum tamen ab hac di-versam ibidem haberi , iisdem prope verbis con-farcinatam , & Nic. Jensono Bibliopolæ inscrip-tam ( perinde ac nostra hæc *Bottono* ) sub no-mine *Francisci Colucia Verzinensis* . Quis ergo Edipus? ego Davus .

tradita invenerit, excerpisse videatur, sed etiam quæ subinde usus cunctarum rerum magister mortales docuit seitu digna collegisse, & in hunc libellum quam diligentissime elegantissimeque contulisse. Cujus ut præcepta magno erunt agricolis adjumento, ita stilus dicendi pro qualitate materie adhibitus, viris etiam eruditis voluptati non mediocri. Iis denique divinis (ut ita dixerim) libris non modo tua opera, sed etiam impensis, & aliis compluribus voluminibus hac in urbe quam accuratissime exaratis tibi merito prima debet; ex quo nec injuria illud de te dixeris: Primus ego in patria modo chartas ære signavi, Et novus in Regio bibliopola fui. Vale.



## BLONDI FLAVII ROMA TRIUMPHANS.

Brixiae per Bartholomæum Vercellensem MCCCCLXXXII.

*Ad Sanctissimum Patrem & Dominum Pium Secundum Pont. Max.  
Blondi [1] Flavii Forliviensis in Triumphantis Romæ Libros.*

**Q**uotquot haec tenus scriptores & vates opera sua principibus inscripserent, id solum Beatissime Pater, quæsivere, ut ab illorum potentatu & magnitudine laboribus suis apud omnes auctoritatem, & ab invidis tutelam, munimentaque pararent. Prudenter id quidem, quando ita veteri consuetudine fieri videmus, ut omni in re, sed in litteraria in primis, minus vulgo cognita, quod principes probant, gratum habent, ceteri etiam laudent, cupiant, tueantur. Ego autem, et si meæ triumphantis Romæ multarum lucubrationum operi, tuo nomini dicato, tibi inscripto, auctoritatem a tuo pontificatu, a tuoque potentatu protectionem non renuo, aliud tamen & quæro & expecto, quod plurimi sum facturus. Eo, Pater sanctissime, post Leonem utrumque, primum & secundum, Pontifices Romanos dicendi & scribendi ornatus polles, ut quales post illorum tempora non vident Ecclesia, apostolicas denuo litteras Romano principatu, Romana dignitate dignas jam tandem orbis christianus accipiat; qui que ad tuum veniam conspicuum oratores, & omnium gentium, nationum, urbium viri præstantiores, sedere in Petri sede vicarium Jesu Christi intelligent orationis, verborum, & sententiarum dignitate ac gravitate ostendentem se unum esse, cuius eloquentia omnium maximam æquet muneris pontificii amplitudinem. Si itaque meum opus accipis & probasse videris, abesse non poterit, quin a tam eloquente laudatum summo pontifice, laudandum quoque ceteri omnes existimant. Qua fretus confidentia non verebor facere editionem multis hoc tempore, ut mea fert opinio, profuturam. Exciti enim

dd 2 a te

[1] Haud satis constat utrum *Flavius Blondus* vel *Blondus Flavius* appellaretur. Id vero certum est e *Ravaldina* prænibili & antiqua Forliviensi gente prodiisse. Eugenii IV. Nicolai V. aliorumque Summorum Pontificum a Secretis fuit, & in conscribendis historiis apprime clarus. Romæ supremum diem clausit anno MCCCCCLXIII. etatis sua LXXV. quinque relatis filiis omnibus (ut ipsemet aiebat *Ital. Ill. Reg.*

VI. pag. 34.) litteris pro etate plenis. Elogium doctissimi viri habes in *Comment. Aen. Piccolom.* seu mavis Pii II. hisce verbis: *Familiam bene institutam reliquit utriusque sexus. Patrionium quod habust, tenue, dotium causa inter feminas divisit. Masculis præter doctrinam bonosque mores nihil reliquit.* Id morienti sapuit, ejus etatis filios dimisisse qui sibi ipsius consulere possent.

a te ingentes Italiæ, Galliarum, Hispaniarum & Germaniæ populi in magnam præclaramque expeditionem, quam paras in Turcos, Græciam, Constantinopolim, Mesiasque dura & crudeli tyrannide prementes, nonnulla in ipso opere edocebuntur, aliquando alias simili in rerum difficultate gesta, ut ipsa prisorum virtutis imitatio generosi quibusque animi sit ad rem capessendam stimulos additura. Tuque interea, dum prisæ urbis Romæ triumphos lectitabis, clarissimum, quem Pio tibi optimus pientissimusque Deus noster ex deletis inextimatis turchorum opibus, ex liberataque primum omnium Europa, post Hierosolima & terra illi adjacente sancta daturus est triumphum, expectabis brevi, ut auguror & confido, cum summo applausu, summa omnium gloria dicendum. Vale.



## C L A U D I A N U S.

Vicentia per Jacobum Dusensem MCCCCLXXXII.


**B**Arnabas [1] Celsanus [2] Bartholomæo Paiello Equiti Vicentino S. P. D. Multa sunt, Bartholomæe Paielle, quæ vel invidiæ, vel malignitatis aculeos subterfugere nequeunt, si ea laudare institeris, ut ingentes divitiae, magnæ clientelæ, summæ dignitates, generis nobilitas, & alia ejusmodi, quæ non minus fortunæ temeritati subiecta, quam ab eadem nobis precastro concessa videmus. Sunt & alia invidiosa minus, qualia quæ ad valitudinem, bonamque corporis habitudinem pertinent, quæ divina quadam benignitate & cælesti dono mortalibus elargiuntur. Non tamen ea sunt, ut veram homini laudem aut gloriam comparare possint. Omnia quidem hæc in te conspiciuntur amplissima, sed sunt cum aliis communia pluribus. Alia igitur in te longe ampliora refulgent, quæ cum pro sui dignitate non sint aliunde conquisita, sed vi animi & industria tua comparata te non laude modo dignum, sed etiam admirandum quodam modo reddere videntur. Quamobrem nihil est, mihi Paielle, quod tanti facias opum & divitiarum tuarum affluentiam, majorum splendorem, generis nobilitatem, neque illud in primis (id enim Paiellorum generi jampridem peculiare extitit) quod Ludovicum patrem & te pariter conspicias in equestri ordine collosum. Illud, inquam, pluris æstimes velim, quod eo ingenio, ea doctrina  
præ-

[1] A pago Zoffano Agri Vicetini, cognomen, ut fertur, & ortum duxit Barnabas. Flos. rupe vergente saeculo xv, uti præter alia monumenta, hæc eadem Epistola monet, præceptor publicus grammaticalium & rhetoriarum disciplinarum apud Vicetinos a quibus Civitate donatus est. Palearinus in Chron. MSS. tradit Celsanum Omniboni Leoniceni fuisse condiscipulum, qui & utriusque lingue clarissimus extat interpres; atque iccirco male Vossius inter Scriptores dubia ætatis recentet. Hæc mihi aliaque complura, quæ hic exscribere supervacaneum videretur, mihi perbenigne significavit eruditissimus amicus meus Petrus Philippus Castellus Vicetinus, qui novam eamque amplissimam Vicetina Litteraturæ Historiam præ manibus habet,

jamque opus, non levis sene laboris & patientiæ, ad umbilicum pene perduxit; prolatu in antecedens sum specimine, Vitam nempe Johannis Georgii Trissini quam nuper summa diligentia concinnatam tamquam eruditio[n]is & studiorum suorum arrham, in publicam lucem prodire iussit.

[2],, Bartholomæus Paiellus Vicentinus Eques,, clarissimus & nostri temporis poeta cultissimus:,, is est tui amantissimus & observans:,, tissimus:,, scilicet Hermolai Barbæ. Hæc Calphurnius in Praef. in Catullum ec. quam vide supr. p. cciv. Epistolas MSS. complures ambores Paielli & Celsani adhuc in scriinis delitefecentes fervant prænobiles Vicetini Comites Paielli, vulgo Sancti Francisci.

præditus sis, ut in arte poetica emineas. Multum ( mihi crede ) nominis tibi tuisque addideris, si ea quæ ingenii calore consecisti, in lucem de sinu tuo protuleris. Opinor jam te ematuruisse panegyras tuas heroico stilo compositas de Italib Principibus, de Venetis præseritum Dictatoribus, quorum auspiciis præclarissimæ res terra marique gestæ fuerunt. Quid in editionem cessas? An vereris, ne hic tuus labor in reprehensiones incurrat? Nulla te vel improborum iniquitas, vel malivolorum odium de illius arcis præsidio deliciet, in quo certa disciplinæ ratione & singulari quadam scribendi facultate es collocatus. Cupiebam equidem applicare scripta tua hisce Claudiiani operibus, cum ut in justam magnitudinem codex accresceret, tum ut eruditorum ingenia pensitarent, quo flumine eloquentiæ in panegyricis atque elegia fereris, quo nitore verborum floreres, quave sententiarum gravitate refulgeres. Atqui longe secus mihi quam volebam evenit. Tu enim non exoratus mea opinione fecellisti, nihil tuarum panegyrum aut elegiarum edendo, quod eis nondum extremam manum imposuisse dices. Perlege igitur Claudianum solum, cuius vitam, ut potuimus, in hunc modum edidimus. Errata autem si qua inveneris, partim humanæ imbecillitati, partim librariorum incuriæ velim ascribas. Vale Musarum decus.



## QUINTILIANI DECLAMATIONES.

Venetiis per Lucam Venetum MCCCCCLXXXII.

**J**acobus [1] Grasolarius Christophoro [2] de Priolis amicorum optimo salutem dicit. Marcus Cicero ejus benevolentia, quam quisque erga amicos habere debeat officiorum libris præcepta inserens, illud præcipue animadvertendum censuit, ut si quis provocatus beneficio fuerit, imitari fertiles agros omnino studeat, qui multo plus afferunt quam acceperunt; ei scilicet plurimum conferendo, qui plurimum amore prosequatur. Est enim hoc natura maxime comparatum ut ( si a barbaris, si a feris differimus) in reddenda benvolentia vice prompti facilesque simus. Quod si meritorum quoque cumulus accesserit, tum reddendi beneficii ratio plurimum valet; quod nisi reddatur, ingrati profecto simus, & ab officio boni viri recedamus necesse est. Quæ cum animadverterem, atque me tibi devinctum ea beneficentia, quæ inter amicos summa cum gratia, tum honestate intercedit, animo recenserem, efflagitatus a te diu (tanquam in hoc tibi tuorum erga me meritorum gratiam aliquam referri cuperes) ut M. Fabii magni in primis & præclari rhetoris declamationes imprimentas curarem, provinciam suscepi. Quæ quidem vel ex hoc mihi grata potissimum existit, quod & tibi amico peculiari satisfacturum, & artis orato-

[1] *Grasolarii* vitam multo labore, ac summa solertia concinnatam edidit nuper F. *Johannes de Augubini*, amicus meus suavissimus, in II. Vol. Operis sui de Scriptoribus Venetis. Fuit is Plebanus Eccl. Sancti Apollinaris Venetiarum, Vicarius Ducalis Basilice D. Marci, Archipresbyter Congregationis Sanctæ Mariæ Formosæ,

& Ducalis Cancellarius, pro more suorum temporum. Senio consecutus evolavit ad superos ann. MDXXXIV.

[2] *Christophorus de Priolis* Venetus Patrius, quo curante prodire Venetiis ann. 1483. Epistolæ D. Cypriani eidem *Grasolario* nuncupatae.

oratoriæ sectatoribus rem non jucundam facturum sperabam . Ea siquidens est operis tum egregii tum luculentí materia & artificium , ut non minus ad perorandas causas lectione conferat , quam si quis divinas M. Tullii orationes lexitarit . Proxima enim declamandi ratio veritati multo cæteris utilior eloquentiæ studiosis , cum jam apud Rhetores narrationes thesis communæ locos , & cæteras id genus exercitationes dicendo tractassent , quæ sola supererat tradebatur , in qua se fictis ad imitationem fori consiliorumque materiis uberior exerceere possent . Hujus præcepta cum vir exactissimæ latinitatis & eloquentiæ Quintilianus oratoriis institutionibus tradidisset , quia in omnibus fere minus præcepta valent quam experimenta , hoc opus unicum prope ac singulare declamandi exemplar dedit . Quod quam sit ornatum , quam elegans , quamque non dicam utile , sed plane his , qui rhetoricae incumbunt necessarium , eorum judicio probetur , qui ipsum auctorem ea cum Cicerone comparatione contulerunt , ut alterum tum omnis sapientiæ tum eloquentiæ latinæ lumen nuncupaverint . Id cum nostra cura & diligentia imprimendum esset , quoniam multa eruditione , & acri judicio opus erat , quod ex tenuitate doctrinæ sentio quam in me sit exiguum ; pro suscepti munericis officio antiquis exemplaribus inspectis sollicitoque studio perlectis , ne quid ulla ex parte mendosum esset , Georgio [1] Alexandrino viro doctissimo præceptorи optimo & fidelissimo corrigendum remisimus , qui ( ut omnia accurate inspicit ) solita diligentia recognovit . Prodeat igitur in lucem Quintilianus , quatenus tanti viri judicio bene de latina lingua promeriti elegantissimum opus rasum prius , ubi scriptorum indocta manus depravaverat , approbatum est . Vos vero non ingrati Lectores ( quanquam latini omnes Georgio solerti & egregio rhetori ob diligenter & exquisite collectos & interpretatos nostrorum scriptorum sensus plurimum debeamus ) hoc etiam pro labore nonnihil gratiæ homini apponetis . At nostri memores , quando Fabii Declamationes nostra opera nostrisque impensis veluta situ squaloreque revocavimus , si non debebitis , nostrum tamen imitantes exemplum ad veterum scriptorum indaganda & corrigenda voluminæ elaborate . Vale .

[1] Nempe Merula .

L E O B A P T I S T A [1] A L B E R T U S  
D E R E Æ D I F I C A T O R I A.

Florentiæ per Nicolaum Laurentium Alamannum MCCCCCLXXXV.

*Angelus [2] Politianus Laurentio Medici patrono suo S. D.*

Baptista Leo Florentinus e clarissima Albertorum familia , vir ingenii elegantis, acerrimi judicii , exquisitissimæque doctrinæ; cum complura alia egregia monumenta posteris reliquisset , tum libros elucubravit de architectura decem , quos propemodum emendatos perpolitosque editurus jamjam in lucem , ac tuo dedicaturus nomini fato est funetus . Hujus frater Bernardus, homo prudens, tuique inter primos studiosus, ut una opera tanti viri memorie, voluntatique consuleret, & tuis in se meritis gratiam referret, descriptos eos ex Archetypis , atque in volumen redactos , tibi representant , Laurenti Medices . Et cupiebat ille quidem , ut ipsum apud te munus, auctoremque muneris Baptistam , ornarem verbis . Quod ego mihi nulla ratione statui faciendum, ne tam absoluti operis , tamque excellentis viri laudes culpa (*sic*) deterrerem ingenii . Namque operi quidem ipsi majus multo ex lectione præconium accedit, quam quanto ulla verbis consequi possim . Auctoris autem laudes non solum epistolæ angustias, sed nostræ omnino paupertatem orationis reformidant . Nullum quippe hunc hominem latuerant, quamlibet remotæ litteræ , quamlibet reconditæ disciplinæ . Dubitare possis, utrum ad oratoriam magis , an ad poetice factus; utrum gravior illi sermo fuerit, an urbanior . Ita perscrutatus antiquitatis vestigia est, ut omnem veterum architectandi rationem & deprehenderit & in exemplum revocaverit; sic ut non solum machinas & peggmata , automataque permulta , sed formas quoque ædificiorum admirabiles excogitaverit . Optimus præterea & pictor , & statuarius est habitus; cum tamen interim ita examissum teneret omnia, ut vix pauci singula . Quare ego de illo, ut de Carthagine Sallustius, tacere satius puto , quam pauca dicere . Huic autem libro , Laurenti , cum vel præcipuum locum in tua bibliotheca velim attribuas , tum eum & ipse legas diligenter , & legendum vulgo publicandumque cures . Nam & ipse dignus est qui volitet docta per ora virum , & in te jam uno propemodum recumbit desertum ab aliis patrocinium litterarum . Vale .

[1] „Leo Baptista Albertus Florentinus Laurentii filius , amplissimi Cardinalis Alberti de Albertis Nepos , Abbatæ Sancti Severini Pisani præfus , vir Jurisprudentia , Geometria , Astrologia , Musica , pingendi & sculpendi facultate instructissimus . Floruit medio fere saeculo xv . Conquiescit Florentiæ in amplissimo templo Sanctæ Crucis apud suos “. Hæc

de Alberto Pocciantus . Cat. Script. Fl. p. 111.

[2] Angelus Ambroginus , vulgo Politianus a Monte Politiano eius patria ; vii Italica , Graeca , Latinaque Lingua disertissimus , suo sæculo plane incomparabilis & quavis laude major . Vide si libet Jo. Oth. Menkenium , & Petrum Antonium Seraffium in eius Vita , quam hic Italicu , ille Latino sermone conscripserunt .

M. A N T O N I I S A B E L L I C I  
RERUM VENETARUM AB URBE CONDITA DECADES.

Venetis, per Andream de Torefanis de Afula, MCCCCCLXXXVII.

M. [1] *Antonius M. Barbadico Sereniss. Venetiarum Principi  
Et Senatui Fælicitatem.*

**V**Estri splendor imperii is est, Princeps & Patres Amplissimi, ea ci-  
vium iustitia & morum sanctitas, ut nemo sit rerum humanarum  
tam negligens, qui Venetæ urbis originem & ejus incrementa non vehe-  
menter cupiat cognoscere. Novi equidem multos, qui hoc ipsum secuti  
mīro quodam ejus rei investigandæ mihi flagrare nisi sunt studio; in qui-  
bus me quoque jam inde fuisse fateor, ex quo fortunatissimis littoribus ve-  
netris superioribus annis applicui. Magnificentissimo namque urbis apparatu  
inspecto, stupendo situ, rerum opulentia, & in his divina quadam rei pu-  
blica administrandæ forma: incredibilis cupiditas continuo animum incessit  
cognoscendi qui tanti imperii conditores fuissent, quos vel ex eo summos  
fuisse viros arbitrabar, quod urbem tam præclare fundatam posteris reli-  
quissent. Nec diu mihi in eo laborandum fuit; haud enim multo post  
ipsum appulsum, quod tantopere optabam consecutus in commentarios  
quosdam in annalium speciem conscriptos incidi. Inde alia quædam igno-  
bilium scriptorum monumenta videndi copia nobis facta est; quæ omnia  
(aperte enim dicam quod sentio) tam squalida fœdaque barbarie operta  
offendi, ut nemo cognoscendæ historiæ tam cupidus sit, quem non facile  
ab instituta lectione avertere potuissent. Iniquo quidem tuli animo, urbem  
clarissimam, & quæ omnium una in toto orbe Romani imperii vere æmu-  
la & videri & dici poterat, nullum ad eam diem vel mediocrem scripto-  
rem fuisse fortitam; judicavique ex eo verissimum esse illud Horatii, in hu-  
manis nihil ex omni parte beatum fuisse unquam. Haud enim parum in-  
feliciter cum Veneto nomine actum ad id tempus arbitrabar, quod ea par-  
te, qua in primis illustrari oportuisset, scriptorum aut defectu, aut igna-  
via meritissima fraudaretur laude. Contulissem me tum primum (fateor)  
rei indignitate motus ad scribendum, verum imbecillitatis conscientia tam-  
diu ab eo munere abstinentem duxi, donec viribus assidua lectione firma-  
tis rem tantam tutius aggredi liceret. Sperabam ad id fore, ut in præcla-  
ra hac eruditorum hominum, luce, qua hodie vivitur, aliquis interim exi-  
steret, qui Venetum vellet imperium eo nomine demereri. Longa quidem  
fuit ea expectatio, sed non magis longa quam irrita. Quod cum ita even-  
turum

[1] *Mareus Antonius Coccius*, vel ut ipsi ali-  
quando placuit, *Cocceius*, natus est Vicovari,  
ingenuis parentibus ann. circiter a Chr. nato  
1436. *Porcellii*, & *Pomponii Latii* Romæ audi-  
tor multum Litteris humanioribus insudavit,  
multumque profecit; tantamque sibi mercatus  
est nominis celebritatem ut Utinum primo,  
deinde Venetias ad erudiendam publico stipen-  
dio iuuentutem ultro vocaretur. Ann. 1485. Ve-  
næ quo se contulerat, fœda lue deterritus Ve-

netiis grassante, intra brevem mensium quindecim curriculum tres integras quartaque Decadis partem *Historie Venetæ* absolvit, quam postea Venetas reveritus edidit, Ducique ac Senatui dí-  
cavit. V. Zenus in Vit. Sabell. ejus Hist. pre-  
miss. p. 39. *Clarus me hercule vir Et plane bo-  
nus*, [ait P. Bembus in ep. ad Phil. Beroald.] mortem obiit Venetiis ad XIII. Cal. Maias ann.  
1506.

turum putarem , ut pro neglecta res tanta in tenebris jaceret , non tam ingenio quam voluntate fretus accinxi me ad opus sane difficillimum , breviique industria & diligentia tantum profeci , ut omnium spe celerius ( si quidem lucubrationis illius Veronam testem habemus ) longissimam vestrarum rerum seriem ab urbe condita ad hæc tempora duobus & triginta clauferim voluminibus . Quum interim ob veterum annalium & eorum , quos sequebantur , commentariorum perplexitatem adeo laboriose ea nobis conquirenda essent , ut nihil minus quam otium ad ea quæ invenirentur sermone illustranda haberemus ; quod ipsum eo facilius ferebam , quia omnino fore arbitrabar , ut postea satis temporis daretur ad hæc quæ tumultuario scripsissem stylo per otium castiganda . Verum non solum id non contigit , sed pene prius ab hominibus patriæ vetustatis studiosis , quibus nihil jure a me negari potuit , librarius est schedæ adhibitus , quam opus ipsum ad exitum spectare cœpisset . Quod quum omnino abortus nobis faciendus esset , nec matura expectaretur editio , non videbam , qua ratione nostra hæc lucubratio tutius in lucem venire posset , quam si vestro nomine Princeps , & Patres sanctissimi , apparuisset . Nam velut antiquissimi vates deorum templis sua inferre carmina consueverunt , ut pia commendatione illa ab omni humana invidia vindicarent ; ita visus sum mihi rite facere , si laborem hunc nostrum felicissimo nomini vestro dedicasset : quos utique certo sciebam non solum in parte ornatissimæ suæ bibliothecæ reponendum curaturos , sed amplissimi etiam nominis majestate velut præsenti quodam numine præstituros , ut si quando in publicum exivisset , minus ac minus obrectatorum vocibus esset obnoxius . Accipite igitur , quæso , munus hoc , si non rei , voluntatis tamen & fidei certe plenum ; ac si quando a terrarum pelagique , quorum vestrum est imperium , curatione aliquid dabitur otii , ne pigeat auspicatissimam vestræ urbis originem , ejusque incrementa cum iis quæ terra marique domi ac foris maiores vestri ac novissime vos ipsi gloriose gessistis , a peregrino homine , ceterum Venetarum rerum studiosissimo , recognoscere . Nam quod ad me attinet , si lucubrationem hanc divino judicio vestrō probari sensero , non gravabor & quæ tuo felicissimo principatu , Dux Serenissime , qui utinam tam diuturnus sit quam reipublicæ utilis esse poterit , & quæcumque postea domi forisque gesta fuerint , litterarum monumentis commendare .

## H O M E R I [i] O P E R A G RÆC E

Florentiæ, sumptibus Bernardi &amp; Nerii Tanaidis Nerilii MCCCCCLXXXVIII.

*Bernardus Nerlius Petro Medice Laurentii Filio S.*

CUM doctissimorum hominum & horum gravissimorum sententia , græcas litteras non solum latinis plurimum ornamenti afferre , sed etiam pernecessarias esse animadverterem , omni studio ac labore ad hæc studia percipienda me conversi . Sed cum viderem nonnullos litterarum græcarum studiosos ob inopiam librorum magno affici incommodo , quod & ipse una cum illis experiebar , operæ pretium me facturum existimavi , si eadem ratione tum horum , tum meæ incommoditati occurrerem , qua latinas litteras discentibus jam pridem consultum esse videbam . Itaque ut & de græcis litteris bene mererer , & earum studiosis aliquo modo prodessem , utque alii copia librorum allecti , ad hæc studia magis incitarentur , decrevi græcum aliquem Auctorem , qui & apud eos nobilissimus esset , & nobis discentibus perutilis foret , imprimendum suscipere . Quod etsi arduum & perdifficile videbatur , tamen cum ea , quæ ad hoc opus conficiendum necessaria erant , in hac nostra civitate concurrerent , ejusmodi occasionem minime prætermittendam putavi . Nam ut omittam Nerii fratri liberalitatem , & Ioannis Accaioli auxilium , Demetriique Cretensis dexteritatem , id in primis mihi opportunum fuit , maximeque optatum , quod ad hanc rem Demetrium Chalcondylem Athenensem nactus eram , virum profecto tempestate nostra doctissimum , præceptoremque meum , a quo hujusmodi opus accuratissime recognosci posset . Perdifficile enim mihi videbatur sine eruditissimo viro id operis castigatissimum emendatissimumque fieri posse . Itaque ex illius consilio Homerum ut vetustate primum , ita etiam divino quodam ingenio summum poetam , ac litterarum fontem elegi , qui quidem ob incuriam atque negligentiam librariorum ita sui dissimilis videbatur , ut in nullo fere codice quamvis perveteri integer agnosceretur . Quamobrem eruditissimi sane viri opera , qualem Demetrium nactus est , summopere indigebat , qui & amore , quo me non mediocri prosequitur , & communis utilitatis gratia maxime adductus , ipsa Homeri opera singulari diligentia summoque studio cum Eustathii commentariis conferens examinavit atque emendavit : cuius quidem Viti diligentiam aut nihil arbitror præteriisse aut si qua præteriisse videbuntur , ea certe vel dubia quadam sunt

[1] Nobilissimæ hujus principisque Homericorum poematum Editionis elogium simul & historiam , egregie contexit eruditissimus Maittaire in I. Vol. Annal. Typogr. p. 183. Operoso (aut) hoc & prestantissimo HOMERI inter omnes poetas principis volumine duobus tomis comprehenso orbem eruditum anno 1488. donavit Florentia ; quæ dum aliae urbes in limine & initis tantum conatibus adhuc immaturis subsisterent , primo & uno sed ingenti gravique molimine ad ipsum culmen voluit pervenire , vetustique quicquam relinqui quo superari posset . Editionem illam si charre solide colorem & pompam , si nitidam characterum figuram , equata margini

num intervalla , justam linearum distantiam , totum denique impressionis ordinem & dispositiōnem species nil certe aut anteā aut postea elegantius comparuit . Primas Rhapsodiarum singularium litteras omisit Typographus , spatio amplissimo dato , ubi Illuminator (sic ejusmodi Artifices olim vocaverunt) litteram affabre depictam variisque colorum generibus lucentem calamo ducerer ; nec spatium illud solum , sed marginem etiam exteriorem , una & forsan interiorem illuminaret . Propriorum nominum initia maiuscule non distinguunt littera ; neque quidem carminum nisi ubi aliquam orationem aut novum sententie filum orditum poeta &c.

funt, vel ejusmodi, ut ea in tali tantoque opere justus æquusque rerum estimator non magnifaciat. Sed hæc non solum Homeri opera quæcumque reperiuntur, quæque ejus feruntur, imprimenda curavi; verum etiam his adjeci Herodotum, Plutarchum, atque Dionem, qui & Poetæ vitam litteris diligentissime mandaverunt, & sensus utriusque divini operis, mirumque ordinem ac doctrinam omnino rerum cognitione plenam ita gravi judicio, subtilique acumine discusserunt, atque examinarunt, ut studiosos & utilitatis plurimum ex eorum lectione consequuturos, & Poetam altius perfectiusque intellecturos minime dubitem. Quæ omnia cum iam ad optatam metam perducta sint, multoque felicius quam ab initio existimaram, annuente Deo, successerint, constitui, Petre Medices, ut hæc omnia nomine tuo impressa ederentur; quem a pueritia græcis institutum litteris cognovi, videoque in Homeri præsertim lectione quotidie versari. Quod si tibi gratum jocundumque esse intellexero, vel hac una re cumulatissime mihi putavero satisfactum. Vale. Florentia Idibus Januariis. M. CCCC. LXXXVIII.

**Δημήτριος ὁ (I) Χαλκονδύλης τῶις ἀντεξόμενοις εῦ πράττειν.**

**M**Α' μέν μὲν τιμῆστε ἐς ἄγαδαν φρονίμου, τὰς τὴντες ἄλλους τοῖς λόγος παιδίαν, καὶ δὴ καὶ φιλοσοφίαν διρόντας, καὶ τούτοις αἰδεῖσιν εἰδέναι κάθεν, ὅτι τὴν ἀληθῆν καὶ ὄρθων ἑδὲν τὸν ζῆν ὄντας ὡς αὐτούσιν φρονίμους, καὶ δὶς ἔξεστιν ἥμιν τῆς σύδαιμονίας τυγχαίνειν, ἀγκινίσθε τέ καὶ οἵον ὄρμη τινὶ θεῖοι κατέστησαν ἥμιν. ἐπειδεῖν μὲν τοις ἀξιοῖς καὶ τοὺς Κλιονόστατοὺς τῷ φρονίμῳ, καὶ μίνον ἔτι τὴν φύσιν διενεγκόντες εὐκαὶ εἰς φρονίμιαν ἐβάσαντο, οὐδὲ αργῶς εποτὶ καὶ εἰκῇ ζῆν προειλούστο. ἀλλ' ὅτι τόντε βίον ἥμιν απολοῖς καὶ καλοῖς τυγχαίσοις κεκοσμητέστες. τέτοιες ἄλλοι τῷ φιλοτίμου καὶ πρὸς πᾶν καλὰ πεφυκότων θεῖ τὸ δράζντι τῷ φροντίργῳ καὶ λόγου ἀξιών, δῆλος τῆς παρὸς ἐστίθετε καὶ πρὸς πᾶν αποδῆντις ἀλλα τοιαύτη πανταχόντες. καλὸν μὲν οὖν ἔργον φρονίμων φάνονται καὶ οἱ ιδίᾳς σένεις ὠφελεῖας ἀεὶ τὸ ποιῶντα πανταχόντες. Οὐσιγε μὲν καὶ τὸν κοινὸν οὔδεν ἔττον φρονίμων ἐξείσονται αἴτιοι πανδέσποιν ἀγαθῶν, ποθετὸν ἔμισγε δοκεῖσι σφερέρειν, δόσον οἱ μὲν, ποὺ καθ' ἑαυτοὺς μόνον σκονωσιῶτες ποιῶντες τυγχαίσοντι ἀκεραιότες. εὐτοις δὲ πρὸς τὴν τοῦ καλῶν ἐφύσησεν, καὶ έποτε φροντίστηκεν καὶ φιλανθρωπίας εἰδέναι πατέειν. ἐφοῦς δὲ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν τὸν φερόντα πάντας δίκαιοι εἰσὶ. ἐπειδὲ τὸν εὔροτα μὲν παλάτες καὶ τοῖς αἰγαλοῖς τοῖς φιλολόγοιςτε, καὶ πανδαίοις εἰς σύνοικαν βιβλίων λατινικῶν, λέγω δὲ τὴν τέταρτην σιτύπωσιν, ἐποτεῖτο δὲ τοῦτον αὐτὸν καὶ τοῖς ἐλληνικοῖς βιβλίοις, καὶ δὲτοις δὲ ἐπόλιμα μέχει καὶ τὸν ἑαυτὸν ἐς τὸντον καθεῖναι, δῆτι καὶ λόγου ἀξιών, δεδοκὼς οἵμα τὴν τὴν φράγματος μυχέρειαν, πῶντινες ἐκ τῆς σφενταῆς πολέμων Φλωρεντίας εὗ πεφυκότων νίοι καλοῖς τε καὶ ἀγαθοῖς φιλομαθεῖστε καὶ φιλέλλωντες δύο μὲν αἰδελήφῳ Βεναρέσι καὶ Νέεις τῷ πειλίῳ, τετίστος δὲ σὺν τούτοις ἐπαύρος αὐτῆς Ι' ωρίνης ὁ Α' οὐκίολος, εἰκὸν οὐδὲ τὸν οὐρανὸν τοῖνι ανεφάνοι εὖ μάλα φρόντιμοι ἐς τὸ δέ τὸ ἔργον. συμβούλιοστάμενοι δὲ καθεὶς τέταρτες, καὶ σωματικῶπε μαζὶ καὶ σωματικόντα πορὸς τούργον διρόντες, πορὸς δὲ καὶ τὴν παρὰ ἐμῆς βούθηντες ἐπαγγελλόμενοι, ἐπειδὴ καὶ μᾶλλον ὀρμησαν ἐγχειρῆσαν τῷ φράγματι μηδὲν ὑπερθέμενοι. Καὶ δῆτα σύμπασαν τὴν Οὐρίου ποτίσιν Ι' λιάδα τέ τοις Οὐδύσσεαν ἔτι τέ Βαζαχομυομαχίαν καὶ τὰς ὡς Οὐρίου φερομένους ὑμένους. πορὸς δὲ τέτοιος καὶ τῷ συγγραψέων τοὺς μὴ μόνον τὸν βίον αὐτοῦ οὐγεγραφότας, ἀλλὰ καὶ μεῖζ' ὅστις ὑπεροχῆς καὶ καλλους καὶ τέχνης τῷ ἑαυτοῦ ποιημάτῳ σωάθετο, παραπονητας, τῶπε δὲ ποιητας εἰ μιᾶς βίβλως δὲ τίτλωσθεντας πειλατεῖς ἐγιωκότες, θημελείατε πάσιν ἐδει πρὸς ταῦτα καὶ τύχην

χριστάμβοι ἀγαθῇ, καλόντε καὶ τέλειον πάντη πὸν ἔργον ἀπετέλεσαν, τῆς διωκτῆς  
καὶ παρὴμβολής διορθώσεως τετυχηκός. σφόδρα γὰρ ἡμῖν πλεόνων σύεκα δὲ απουδῆς  
ἔγινετο, εἰφ' ὅσον οἶόντες ἦν διορθώσασθαι τάπε Οὐμίρου ποιήματα προστησαμένοις  
καὶ τοῖς τοῦ Εὐεράτιου ἐπομένοις, καὶ πὰ τῷ συγγραφέων ἀεὶ αὐτὸν πεποιημέ-  
να. εἰ δέ τις ἐσέφυγε τῷ μέσῳ εἰ τοσαῦτη πραγματείᾳ, συγγνώμης αὐτὸν τῷδε τῷδε  
μόνως κείνειν ἔτελόντων δικαίως ἀξιοῦτο. καὶ μάλιστα ἐφ' οἷς ἢ οὐδαμοῦ ἢ εἰς ποιεῖται  
σλήσιοι, ὅτε πὴ τῷ λεγοφόροις ἔνοικα ἔτε μὲν οὐ δικολυθία ἐλέπειπε· ἀλλ' εἴπερ  
ἄρτα εὐγέ σφραγίδια ἔσιν οὐ καὶ τῇ ποὺ μέζουν ἀπαρτίσει, εἴη αὗτι τυχὸν ἐλει-  
στές. πὸ μὲν τὸτε τῷ πὲ γράμματι ποιητιδέπον, πὸ δὲ τις καὶ ἐφ' ἡμέρην παραρθεῖ.  
Δεῖ μὲν τοι μὴ ἀγνοεῖν ὃς εὔτε τῇ Βαζαχομυομαχίᾳ καὶ τοῖς ὑμνοῖς σύεκα δὲ τῷ  
τῷδε αἰτιγράφων διεφθορᾷ, ὅτε οὐ τῷδε ἐπῶν εἰρμός, οὔτε μὲν πὸ τῆς διεγνωτικῆς ὑγιείς  
ἀπαρτίζεται. παραπλοίας δὲ καὶ τῷ Διώνος συγγράμματι, οὐ μὲν ἀλλὰ ταῖς τε  
τῆς Βαζαχομυομαχίας καὶ τῷδε ὑμνων ὀλόκληρῃ τοιχογραφίᾳ, οὐ φωλας αὐτὸν τοῖς  
εἴχε. διεφθαρμένα δὲ τὸτε ποσούτου χρόνου καὶ τῆς ἀεὶ ταῦτα τῷδε λογίων χρε-  
λέσιας, οὐ μὲν πολλῶν τῷ ζημιάν θηφέροις τοῖς φιλομαθέσι. πὰ δὲ οὐφ' ηρθέν πα-  
ραρθεῖσα καὶν ὁ βραχέα πεποιημένος εἰ τούτοις, οὐ χαλεπῶς σωίσαι. ήμιν μὲν  
οὐδὲ καὶ τοῖς εἰδυμητῆσι τοιέποντι ἔργον εἰς τέλος ἀγαγεῖν, ἐξ ποσθτον ἐπειδύσαι,  
καὶ ποιῶν ὀφελίμιας οἵματοῖς ἀεὶ λόγους ποιουδέσι τῷδε νέων. ὅτους γὰρ οὐ τῷδε βι-  
βλίων ποιεῖν οὐ μόνον ποὺς ἐφιεμένους ἐλλιπικῶν γνῶσασ λόγων, ἀλλὰ καὶ τοὺς  
ηδὶ πούτων ἥμερίους ἀπεξέχετε καὶ διέσπατα, ὡς οὐκ εἰὸν ὅτε βραχίων μαθεῖν, οὔτε  
μαθόντας εἰ μνήμη κατέχειν μὴ ιδίων διποροιῶντας βιβλίων, οὐ που νιψγέ οὐ ποσθτον  
τε καὶ ποιούτε ποιητοῦ σύμπασα πραγματείᾳ διπότερος γνωμέρην, οὐ σμικρὸν ἔρωτε  
πρὸς τῷ ζημιάν παιδίαν τοῖς φιλολόγοις εἴκοπας αὐτὸν εἴμποιο. εἰδέ γε τῷ πο-  
χῆσαιν ὀφέλειαν παρέχοι τ' αὐτὸν παιδία πα Οὐμίρῳ σωτεταγμένα ἀκείβοντος σωτη-  
σιν. ἐν ὧδε περ πηγήν την τῆς ἐλλιπικῆς διελέκτου πούτε αἰθρωπίου βίου παράδημα,  
καὶ οὖν φωτῆρα τῷδε ἀλλων ποιητῇδε ἐλλιπιώντες καὶ λατίνων, τῆς τε ἀλητῆς ἀεὶ<sup>τε</sup>  
λόγους παιδείας ηγεμοία γνήσιαι, τῷδε παιτῶν χεδὸν ὀμολόγηται τῷδε πὲ ἐκείνοις ηκε-  
βωκότων. τῷδε ποσαύτῳ ἀφθονίᾳ τῷ ποιητῇδε γνωμέρηισι δέ τῆς τῷδε νέων ὃν ἔφεν  
φιλοκαλίας, γάχ δόπως οἵματα κεχαειτημένων ἐσεῖται τοῖς λόγων καλῶν, καὶ φιλιέων  
ἐφιεμένοις, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν δίπου τὸ Οὐμπρον καὶ τοὺς πὰ τέτε τοῖς ἐσεῖται συγγράμ-  
ματος σεμνωτάτας, εἴτις αἴδηποις εἴη τοῖς τετελεστηκόσι τῷδε τῇδε, οὐ σμικρὰ αὐτὸν  
φραγεῖν. εἴγε οὐ μάλιστα αὐτοὶ ἐβέλοντο, ποιεῖτε μηλαδί τοι ὡς πλείσοις ἐπωφελή πὲ  
ἐσεῖται ποιηματα εἴναι, τέτο καὶ δὴ δέ τῆς ποιεύτης γεθώνται αἴθονίας. ήσοι οἱ μετ'  
ηδονῆς διπλωμένιν πραγμάτων καγνεύθασι ηδὶ καὶ ἀλλα προσκηπόσασθαι βιβλία γλυκό-  
μενοι, αὐτέστε τῷδε ὑπαρχείατος εἰς τὸ χαεῖσθαι παραπλοία ἀπτα προθυμοτέρες διπο-  
λέξεισι, καὶ ἀλλας θην πὰ ὅμοια τῇ σφετὸν αἴθομεν αεὶ λόγους ποιουδῆ τε καὶ προθυμοίς  
διεγείραντες, πολλῶν καὶ καλῶν βιβλίων καὶ τέτον διποείσων διωκτοῖσι αὐτὸν εἴσιν οὕτη  
τοιχογραφία.

## LA SFORZIADE DEL SIMONETTA VOLGARIZZATA.

Mediolani, per Antonium Zarotum, MCCCCLXXXV.

*Epistola de Francesco [1] Philelfo ad Gioanne Simoneta  
Ducale Secretario.*

**H**O lecto & molto voluntera, Gioanne Simoneta, questi commentarii, per li quali con ornatissimo parlare hai descripto la Vita & le cose facte per questo fortissimo & inclyto Signore Francescho Sfortia Duca de Milano. Perilche tu & appresso li homini dela nostra & dele altre future estate hai acquistato non piccola laude: perche chi e quello che non prehenda admiratione, che tu in tante occupatione habi possuto descrivere cose tanto grande & cossi varie, con tanto ordine & tanto ornato, come hai facto? meritamente adoncha sii da esser laudato sempre, & lo tuo nome non sera mai, che non sia in la memoria deli homini perpetuamente. Et questo Io dico, che per quello che ad mi spetta, la tua Scriptura me e stata tanto piu grata, quanto che io son molto amatore & studioso dele laude & nome Sphorzelico, che niente al tutto piu desidero, che legere & audire de uno Francesco Sphorza qualche cosa degna de memoria. Et per questo, Gioanni mio, te rendo gratic immortale, che tu habii voluto, che Io habia veduto & examinato questi toi elegantissimi commentarii, dela lectione delquali ne ho preso tanto piacere, che in questo tempo ad mi non feria possuto occorere cosa alcuna de questa piu ioonda. Vale. Scripta in casa nostra in Melano adi x. de Zugno MCCCCLXXIX.

*Prohemio di Christophoro Landino Fiorentino nella Traductione  
di latino in lingua fiorentina della Sforziada di Giovanni Si-  
moneta ad lo Illusterrimo Lodovico Sforza Visconte.*

**B**Enche molte & excellentissime sieno le tue virtu, illustrissimo Lodovico Sphorza Visconte, nientedimeno non e da enumerare tra le ultime una somma & diligentissima cura, per laquale mosso da vera pietà in tutte le cose hai dato opera, che la celebratissima fama & illustrissima gloria nata da facti stupendi del tuo invictissimo Padre duri verde non solamente nella canuta memoria di quegli che lo vidono, ma ancora con perpetua successione di seculi intera & incorropta si transfonda & transferisca di tempo in tempo in quegli, che ne futuri tempi succederano. Et certo e officio non solamente conveniente o piu tosto necessario a tanto figliuolo di tanto padre nato curare la immortalità paterna. Ma etiam richiede lhumanita di qualunque, benche externo & alieno sia, operare che la memoria delle cose excellenti & rare si conservi, acciocche quegli equali si sono affaticati, ne conseguitino immortale honore, elquale e vero premio delle

[1] Lodovico Sforza figliuolo di Francesco Duca di Milano richiese per lettere Cosimo Medici che gli volesse far volgarizzare da alcuno de' suoi valenti Fiorentini l'Istoria già scritta dal Simonetta; e ne fu dato l'incarico al Landino. Il P. Giulio Negri ove ragiona dello stesso Landino, sbagliando al solito, scrive, che volgarizzò il Poema intitolato la *Sforziada*.

delle virtu ; & a gli altri rimanga exemplo , el quale sia stimolo che gli punga & pinga a imitare quegli , e quali sforzandosi venire simili , spèrino conseguire equale & pari fama . Perche sanza alcuno dubio ciascuno generoso & elevato animo faccende alla virtu , quando vede da quella risultarne eterna gloria . Ilperche soleva dire Themistocle , che etriomphi di Mylciade non lo lasciavano prendere quiete o sonno . Per la qual cosa hai Illustrissimo Lodovico questo officio sy di pientissima gratitudine in ricercare la eternita della paterna gloria , sy ancora dardente affectione inverso eventuri seculi , curando che a quegli resti exemplo non antico o vetusto , ma proximo & novello ; elquale paia tanto piu facile a imitare , quanto piu e propinquo a noi , equali stimiamo che gli antichi per essere piu vicini al principio del mondo , & meno lontani dalla divinita , & per consequentia piu simili al Creatore , non possino da noi tanto remoti da essi facilmente esser imitati : Ma certamente rivoltando le greche & le latine & le barbariche historie rarissimi Principi troveremo , nequali sy accumulatamente risplenda tutto el choro delle virtu , & la prudentia vera norma & regola , con la quale Ihumane actioni al debito fine sadirizano . Della quale nessuno nega essere stato vero exemplo Numa , P. Fabio Maximo , & e due Catoni , & Themistocle & Philopemene . Ma a costoro nessuno recto giudice recusera equiparare Francesco Sphorza . E questa virtu , come Platone & Aristotele diffiniscono certo habito nella mente di tractare le cose con recta ragione . Et due sono gli officii de ipsa ; prima di proporsi certo & honesto fine dipoi trovare quali sieno quelle vie , che a tale fine commodamente ci conduchino . Ilperche tre cose sono necessarie , se vogliamo la prudentia esser da tutte le sue parti perfecta & absoluta . Et queste sono consultatione iudicio & electione . Imperoche col consiglio investighiamo , se via alcuna e , la quale commodamente ci conduca al desiato fine ; & se sono una o piu , & in che modo quelle habbiamo a usare . Dipoi col iudicio disputiamo , quale di quelle sia o piu facile , o piu utile , o piu honesta ; & trovatola , seguita nel terzo luogo la electione , la quale tale via eleggendo allaltre prepone . Adunque quale impresa mai fece Francesco Sphorza , la quale non fussi magnifica & di magnifico animo degna ? Quando mai gli manco consiglio in cercare le vie , o indicio in discernere tra molte la piu efficace , o electione in quella prendere ? Con somma adunque prudentia determinava quello havessi a fare . Ma perche come esser sententia di tucti ephilosophi afferma Salustio , e necessario sempre nelle cose grandi prima rectamente consultare , dipoi con maturita secondo che detta la consultatione operare ; & el primo ci porge la prudentia , & al secondo ci corroborà la excellentia dellanimo , nominata forteza ; nelluno & nellaltro fu certamente mirabile el nostro Duca , in forma che ne nel prendere de partiti mai si vidde segno alcuno di temerita , ne nel mettere in effetto quello che gia nella mente haveva proposto , mai fu ritardato dalcuna spetie di pusillanimita . Etcerto in exercitare le forze & la velocita del corpo & dellanimo , quale Tullio Hostilio , quale Papirio Cursole , quale maggiore o minore Africano gli preporremo ? Quale patientia ne gli incommodi & disagi , & nelle fatiche , & negli affanni , & in ogni spetie di difficulta troveremo in Mario , la quale non sia stata in questo Principe ? Ne pretermettero in questo luogo la giustitia , la quale virtu benché paia che piu sexerciti nella toga che nellarme ; nientedimeuo tanto e necessaria nella disciplina militare , che molto piu facile e con la mente

## [ CXXXI ]

comprehendenderlo , che con la lingua exprimerlo. Ne e virtu alcuna , che tanto o enostri mantenghi nella fede ne danni & ne pericoli equali arrecha la guerra , o gli adversarii tanto inclini a farsi nostri. Il che apertamente dimostro Furio Camillo nella expugnatione de Vehi & de Falisci . Ma molto prolixo farebbe molti & quasi innumerabili luoghi equali nella vita & costumi depso manifesti appaiono , in testimonio di queste cose produrre . Ma benche molte sieno le spetie della giustitia , nientedimeno excellentissime in quella sono la fede la liberalita & magnificentia , & la clemencia . Ma repetiamo con la mente de primi anni infino allultima eta di questo Duca , cio che mai nella guerra & nella pace promesse o ad amico alcuno o inimico , e non troveremo che e facti in lui non habbino sempre corrisposto alle promesse. Fu la liberalita sua , & spesse volte magnificentia , in quanto sopportorono le faculta , non dissimile alla Alexandrina , Hebbe per naturale bonita mansuetudine & clementia Cesariana , ne alcuna cosa mai possedette o ne tempi angulti & difficili , o negli affluenti & copiosi , che non fussi commune a tutti gli amici . Nessuna crudelta o perfidia daltri , nessuna utilita che allui ne risultassi , lo commosse mai a rompere la fede. Et sara alcuno che si maravigli , se con queste optime arti vennè in sy excuso grado & in tanta auctorita , che ogni excellente huomo militare si reputassi sommo honore esser enumerato tra gli sforzeschi. Se tutti e Principi & le repubbliche nelle loro controversie & contentioni quello solo arbitrio eleggesino , se lui con sua sapientia & giustitia molte guerre componessi & terminassi . Se finalmente benche tutta Italia excepto la nostra rep. a questo gli fussi contro , & da grandi & varie difficulta fussi oppresso , col senno & con la spada recuperassi el Melanese imperio , elquale de iure hereditario allui apparteneva . Ma non so in che modo deviandosi dal proposito suo sia trascorsa loratione mia nelle laude di tanto Principe , allequali & altro otio & altro stilo , & non uno piccolo prohemio , ma lungo volume necessario sarebbe . Il perche pretermettendo gli egregii studii suoi della pace , la quale benche nato ad administrare le guerre paressi , sempre desidero , & a tuete laltri cose prepose ; & tornando donde si parti el nostro parlare , mossono te Ill.Lodovico Sforza vero imitatore delle paterne virtu , gli excellenti & Cesarei facti suoi a dare opera che quegli restassino eterni . Et perche sanza emonumenti degli scriptori ogni cosa quantunque gloriosa sia rimane sommersa dalla oblivione , curasti che perpetua & bene ordinata historia di tanto Principe fussi con verita , & non sanza eloquentia scripta . Et perche la lingua latina facilmente per la sua copia puo exprimere con abundanza & ornamento e facti egregii pe tuoi precepti , ne stato scripta degna historia . Dipoi perche pochi sono quegli in tanto numero dhuomini e quali habbino cognitione delle latine lettere , fu prudentissimo el consiglio tuo & el giudicio , che le medesime cose fussino celebrate nella Fiorentina lingua , laquale e comune non solo a tutte le genti Italiche , ma per la nobilta dalcuni scriptori di quella e sparsa & per la Gallia & per la Hispania . La quale tua volonta intendendo Lorenzo Medice unica salute & ornamento della nostra rep. & a te per admirabile affectione & observantia tale quale dicono a Scipione essere statto Lelio , & per lanticha coniunctione & immortale amicitia , per laquale la casa sua e stata adicta & devota al nome Sforzesco , sommamente desideroso quello quanto portano le sue forze propagare & per ogni parte distendere , commesse a me questa provincia . Et io cupidissimo usare in questo

questo quantunque difficulta in me sia maxime per gratificare allui , pel quale sono cio chio sono , & alquale dieci volte la mia vita debbo . Et desideroso concorrere per la mia portione benche piccola sia nelle laude di quel Principe , elquale sempre ho havuto non in minore admiratione che o Cesare o Alexandro , & singularmente dedito , a te Illustrissimo Lodovico sy per legrandi & inumerabili tue virtu , sy per essere tu benemerito di tutta Italia , hayendo quella doppo diuturna guerra & gravissime calamita con la tua sapientia ridotta in tranquillissima pace , ho posto gli homeri miei a sy grave peso , non perche mi confidi in eloquentia alcuna che in me sia , cognoscendo quella essere molto tenue , ma perche speravo che lardenissima mia voglia di satisfare al tuo disiderio in qualche parte supplissi dove larte mancha . Tu adunque se questa mia traductione ti satisfara , portrai in ogni altra cosa secondo larbitrio tuo usare sempre lopera & la faculta mia , la quale troverrai in ogni tempo promptissima . Ma se non ti satisfaro , di che conscio della mia infantia molto temo , sara della tua somma clementia non quanto io habbi potuto , ma quanto habbi voluto considerare . Et me se non per la doctrina , almanco perla sincera fede & observantia singulare verso di te per tua innata clementia amerai .

*Orazione di Francesco Puteolano [1] Poeta Parmigiano allo Illust.  
O moderatissimo Principe Lodovico Sforza Visconte Duca di  
Bari, traduēta di lingua latina in Fiorentina per Christophoro  
Landino Fiorentino.*

**P**rendo del continuo non mediocre admiratione , Lodovico Sphorza Princeps candidissimo , della tua somma & per tutti enumeri perfecta sapientia , & in quella assiduamente ripensando meco medesimo sommo gaudio ne sento , & mirabile volupta ne prendo , maxime vedendo sy continua tranquillita danimo , & sempre un medesimo volto , che ne sinistra alcuna fortuna ti preme con alcuno terrore , o pavento , ne alcuna seconda o prospera innalzandoti ti fa piu feroce . Il che e perfecto officio di vera virtu . Le quali cose ti fanno degeo dessere meritamente preposto ad alcuni excellentissimi huomini . Imperoche negli antichi scriptori si legge & Cicerone & Metello ne loro indegnissimi exilii havere sopportato questo el furore di Apulleio Saturnino , & quello la tirannica rabbia di Cludio con piu abieco & vile animo , che non richiedeva la gravita di quegli : Et meritamente hanno nelluna & nellaltra fortuna damnato C. Mario come homo che troppo sia transcorso , elquale ne dove fu felice mai piu felice , ne dove misero alcuno altro piu misero effere stato consentono gli scriptori . Ma te insino a questo giorno nessun con mutato volto mai ha potuto vedere , perche & ne casi adversi sempre franco & invicto animo , & nelle prosperita continente & temperato hai dimostro . Laquale cosa certamente ti partorisce somma laude . Ma non è minore quella , che con ogni studio & industria metti in conservare intera la fama & gloria del tuo invictissimo Padre Francesco Sphorza , sempre nominandolo Re de Re , & te alle exemplo di quello componendo tucti esuoi costumi , tucti edecti & facti tingegni imitare , accioche ciascuno dal suo padre te , & da te el suo padre

[1] Vedi più sopra pag. cxcv.

dre possi conoscere. Imperoche administrando tu in luogo del nipote tuo ancora in eta puerile constituto, la cui incredibile indole & manifesti segni ci predicono lui havere a essere Principe excellentissimo , con quanta circunspectione & clementia udendo, con sapientia conoscendo, & con giustitia giudicando tucte le cose temperi instruisci & adorni. Tu ancora epterni costumi imitando, dividi la nocte in forma , che parte ne tribuisci al sonno , el resto consumi in leggere assiduamente la historia delle cose dallui facte , & quelle nella mente repetendo, el volume sempre hai tra le mani, non molto dissimile da Alexandro Magno , elquale dicono che sempre teneva la Iliade dhomero sobto el pimacco sopra elquale dormiva. Ma ancora e maggiore la tua felicita. Imperoche tu per conseguire con le admirabili virtu la immortale gloria, non usi gli exempli dachille, o daltro huomo externo , ma dalla domestica & paterna imagine se assiduamente excitato. Divo Iulio dalla emulatione dalexandro era promosso , Alcibiade da Pericle . Ma tu migliore exemplo a te preponendo, hai decto el tuo padre dal quale lufficio & della guerra & della pace puoi apparare. Et certamente lui fu nel fare guerra & in ogni bellica & imperatoria laude degno dessere a Pyrrho, ad Annibale, a Cyrro, ad Alexandro , a Fabii, a Papirii, a Marcelli, a Camilli, agli Scipioni & finalmente a Cesari equiperato , & nella toga & nella pace ne a Traiano ne ad Antonino inferiore. Impero che a costui solo la natura adtribui tutte le virtu dellanimo & del corpo , & certo maggiori che dalcuno mai si leggessino , in forma che cio che nellantiche hystorie degno dessere desiderato si truova quello nel tuo padre accumulatissimo riconosciamo . Ma a te della sua immortalita conservata nessuna altra cosa fu, nella quale maggior industria mettere dovesse per dilatare la sua & la tua immortale memoria , & in servire alla utilita delluniverso, che dare diligente opera , che questi commentariori sobto e tuoi auspicii & auctorita venissino in luce & fussino pubblicati. Imperoche per questo prima qualunque huomo intendera quanto ti seguirsi le vestigie di tanto Principe. Dipoi a quelli che leggeranno sara noto quale fussi el giudicio di sy sapiente Principe verso di te , & quanta speranza insino nella tua adolescentia epso prese nelle tue virtu . Imperoche leggeranno che nella impresa facta dal sommo Pontifice contro alle barbariche & immanissime genti Turche, richiesto el tuo padre da quello dì sufficiente Duca, lui di tutti esuoi figliuoli te elesse, alquale le sue felicissime & sempre vittrice bandiere , & tanto pondo di guerra commettessi . Et apertamente intenderanno quale opinione di te havessi , & quale Cappitano gia allora pensava te havere a essere. El quale giudicio facto da sy optimo stimatore di tutte le cose non dubito esserti piu grato, che ogni grandissima somma doro & dargento. Ma pretermetto quante & quali cose di te spesso riferiva, perche apertamente mosso da vere conghietture affermava che glaltri havevano a essere ombra , & tu solo huomo excellentissimo. Ma che cosa a tanto padre puoi , se alcuno senso resta a morti , piu grata fare, che e suoi preclarissimi facti per tuoti epopoli & per tucte le nationi longamente spargere. Imperoche non obstante che la conditione di quello sia tale , che ne per laude dalcuno crescere , ne per obtrectatione scemare possa, nientedimeno in pochi secoli haveva a mancare la sua fama , se pe monumenti delle lettere non fussi propagata . Ne reputo io favi quegli equali hanno voluto conservare la posterita sua nelle picture & nelle statue, lequali in brieva periscono & a molte ingiurie sono sobtoposte.

ste. Et certo di quanti uno troverai tu , elquale affermi havere veduto con pennello , o con scarpello , o in oro , o in argento , o in altro metallo fusa la imagine dalexandro , el quale di tale cosa fu studiosissimo benche Apelle , Lysippo & Pyrgotele con diversa laude tra loro pari in molti modi lasciassino la effigie di tanto Re quasi vivente . Fu adunque certamente sapiente lo Spartano Agesilao , el quale non volle che sua imagine ne dipinta , ne scolpta , ne di gesto facta fussi . Et sanza dubio un piccolo libro di Xenophonte Socratico , nel quale le sue laude descrive , vince tutti questi dolci & attractivi ornamenti . Minerva Atheniese davorio con tanta arte da Phidia facta , Giove Olimpico , & quella Venere , el cui capo & homeri Apelle in dieci anni dipinse el Mausoleo , el tempio di Diana ephesia , & le pyramide in alcun tempo benche brieve furono in admiratione & in luogho di sommo miracolo . Delle quali cose al presente nessuna notitia havemo , se le lettere le quali quelle descrivono , non fussen state , le quali sono una sola fedele memoria delle cose facte . Ma per usare lexempla de nostri C. Iulio Cesare & glaltri Principi , equali furono doppo lui , con theatri & amphiteatri & portici & gymnasii & therme & chiossi giudicorono mantenere la loro memoria . Ma questi altucto sarebbono periti , se glingegni degli huomini eloquenti non gli havessono preservati dalla ingiuria de tempi e dalla oblivione . Et chi neghera che Vespasiano debba piu , e piu sia obbligato a libri di Svetonio & di Cornelio Tacito in conservare la sua memoria , che al grande amphitheatro , elquale lui edifico ? Molti dipinsono , molti formorono Traiano ma piu expressa & diuturna fu la imagine sua , la quale lascio Plinio Secondo nelle lettere , le quali nessuna violentia de tempi ha possanza extinguere ; & dellopere degli antichi pictori & statuarii nessuna quasi intera resta . Il che essendo ; come habbiamo dimostro , confessero , sipientissimo Principe , la via & forma che hai preso a conservare la memoria delle immortali virtu di tuo padre essere stata optima . Et dubiteremo noi in tanta copia di libri , quanta la nostra eta per benignissimo dono di dio ha prodocto , questi commentarii dovere remanere in obscurita . Ma io affermo che noi niente piu volentieri vederemo ne la posterita piu avidamente leggera che quegli . Ne sara alcuno , elquale leggendo questi stimi leggere prodigiose favole di poeti , & deliramenti di vecchierelle , & sogni dinferni come apresso degli antichi scriptori , & maxime appresso de Grei spesso leggiamo . Ma leggendole ciascuno credera a se medesimo , essendo ancora fresca & novella la fama , maxime vivendo ancora molti , equali havendole vedute , come veri testimoni torranno via ogni sospitione dadulatione & daffentatione . Tu adunque , fortissimo Principe , come al presente al tuo optimo Padre accumulatissimamente hai satisfacto , cosi persevera in obligarti pe tuoi benefici tucti gli huomini , & in tanta varietà di chose & di tempi prendi la comune causa , & difendi & governa el tuo piccolo nipote , la cui tenera eta e commessa alla tua fede , & similmente tutta Italia . Et pensa , examina , & prepara tutte le cose , lequali debbono essere degne del figliuolo di Divo Francesco Sphorza & di quello che ha preso la protectione di tanto imperio . Vivi felice publico ornamento & mia unica speranza .

*Probemio di Giovanni Simonetta ne commentarii delle cose facte  
da Francesco Sforza Duca de Melanesi tradotto di latina in  
Fiorentina lingua da Christophoro Landino Fiorentino.*

L Eggendo io alcuna volta, Illustrissimo Principe , & quando lotio me lo permetteva apresso a gianichi scriptori le cose da sommi Regi & Duchi facte con diligentia considerando , ho giudicato esse vera la sententia di quegli , che non sempre la posterita & la sequente eta concede o e vincta dalla antiquita , ne sempre gli antichi avanzano emoderni nella excellentia della virtu , & nella gloria delle cose da quegli facte . Et largo- mento & exemplo di questo , accio che troppo di lontano non si ricerchi , abondantemente nedimosta Francesco Sphorza avo tuo , quarto Duca de Melanesi , invictissimo Principe , & singulare splendore & ornamento del nostro seculo , el quale certamente nessuno giusto & diligente stimatore & giudice delle cose mai neghera in ogni laude di virtu & gloria di cose excellenti esse inferiore agli antichi . Impero chi abbiamo noi veduto , o di chi habbiamo udito o lecto , el quale per bellezza di corpo optimamente proportionato , & per apta convenientia di membri & liniamenti , & per robusto valore di forze , & per degnita di volto , & maesta daspetto , sia da essere equiperato a costui ? Chi ancora per acume & bonita dingegno , consiglio di mente , grandeza danimo , humanita , gratia , affabilita , liberalita , clementia , & pietà meriti ad esso esse preposto ? Chi finalmente troveremo el quale per disciplina & autorita militare , per tolerantia di fatiche , per patientia daffanni & di molestie , per fortitudine invicta , per constantia singulare , & per previdentia delle cose future , & per celerita nello exequire le cose , le quali non tanto per fortuna , quanto per sue grandi virtu dallui sono state facte , sia venuto ad tanta gloria . Et certo o rarissimi , o piu tosto nessuno troverai , nel quale tante dote & beni di corpo & danimo sieno concorse . Ne sono gli egregii facti & laude di questo huomo o con figmenti di nobili poeti , o con oratione eloquentissimi oratori , il che a molti degli antichi spesso addiviene , o feste , o con troppa licentia amplificate , o con troppa copia & sublimita ornate . Ma noi tutte le sue cose habbiamo vedute ; queste ha veduto tutta Italia , queste hanno veduto & potentissimi Regi , & potentissimi & externi popoli , & finalmente quasi tute le habitate terre lo fanno , le quali & tali & tante sono , che vincta ogni invidia , tutti sono constricti come grandissime & quasi divine haverle in admiratione , stu- pirne & predicarle . Ma perche nessuna cosa tra gli huomini e sy grande , la quale quando che sia non rovini & caggia dalla memoria de gli huomini , se col beneficio delle lettere non e raccomandata alla immortalita ; ho diliberato le cose di questo Principe , dopo la morte del tuo proavo Sphorza , repetendole da piu lontano principio brievemente discrivere , cominciando dallano del christiano natale vigesimo quarto sopra mille quat- trocento insino nel quadragesimo quarto , nei qual anno io da quello chiamato mi conferi ; & dipoi da quel tempo insino nellultimo della sua vita con maggiore copia & piu apertamente ogni suo facto explicare , perche sempre a tutto mi trovai presente . Ma essendo tra le cose administrate da questo tuo avo sommo imperadore & divino Principe non minima par-

te la guerra , la quale , tolto gia de lhumaña vita Philippo Maria tuo proavo materno , in questa nostra Lombardia con grande animo administrò , & con somma felicita al disiato fine conduse , mentre che lomperio di Philippo , el quale da molti era cerco , lui solo di ragione addomandava , & quella patria & tutto quello imperio delle mani de tyranni liberava . Questa guerra adunque & per la natura & conditioni sue grandissima , & di memoria degnissima , alla quale io del continuo mi ritrovai presente , giudico sia da scrivere alquanto piu diligentemente . Et certo di giorno in giorno con stilo extemporaneo & imprededitato tutte le cose per lordine che erono facte riduxi in commentarii , se non molto elegantemente & sanza ornato , nientedimeno con sincera verita & incorropta fede . Ne alcuna cosa ho scripto , che io o con gli occhi miei non habbi veduto , o da sufficientissimi testimonii & auctori non abbi udito , o da esso Francesco Sphorza non abbi inteso . Et quale alcuna volta benche con somma modestia di te parlassi , e pericoli & le cose gia preterite per ogni specie di fortuna , & varii casi & dallui & da altri tractate riferita . Il che a nessuno altro intervenne , benchè alcuni scriptori delle medesime cose si trovassino piu eruditii di me . Equali commentarii giudicai a nessuno altro essere piu conveniente cosa dedicare , che a te Giovanni Galeazzo Maria Sphorza prestantissimo Duca de Melanesi , come a vero & legitimo successore dello avito & paterno imperio & gloria . Sara adunque officio del tuo nobilissimo ingegno , quando la eta tua lo sopportera , che come in specchio , cosi ragguardi nelle cose del tuo avo , con tanto splendore & felicita da esso administrate ; & dia opera , come gia hai cominciato che in cio che fai tracti & parli , ne conseguiti tali laude , che ciascheduno giudichi , che tanto imperio non solamente per vigore dheredita , ma ancora per le tue splendidissime virtu habbi conseguito . Il che perfectamente farai , se Iddio optimo maximo sempre harai innanzi agli occhi .

## C I C E R O N I S E P I S T O L A E

AD BRVT. QVINT. ATTIC. &amp;c.

Romæ per Eucharium Silber, alias Franck MCCCLXXXX.

*Bartholomeus [1] Salicetus Bononiensis, ♂ Ludovicus [2] Regius Cornelienensis, [3] Augustino Maffeo S.*

**E**cce, studiosissime litterarum cultor Augustine, volumina epistolarum Marci Tullii ad M. Brutum, Q. Ciceronem fratrem, & T. P. Atticum, tibi ut morem gereremus, recognovimus, mendoſiſſimumque Codicem, utpote indignum, qui ſic inter lectiſſimos tuos numeraretur, quantum fieri tantis in tenebris potuit, caſtigationi ſubjecimus: recognitione etiam bis repetita, variisque adjuta exemplaribus: opus ſane operoſum & plenum diſcultatis, quam nec obſequendi tibi cupidio potuit, nec pervaſil cura vincere. Progredi enim neceſſe fuit a priore epiftola uſque ad extremaſ ſuſpenſo pede velut inter ſentes ac rubos: adeo nullus prope verſiculus fuit vitio carens. Quippe qui exſcripsit, ultro mendis iſſe videtur obviam. Nec ſatis eſt æſtimare, majus ne illi fuerit Ciceronis ſcripta depra-vandi ſtudium, an perdeſti membranas. Quod facere ſolent librariori, quum vel minus iusta iis proposita eſt laboris merces, vel eorum ſegnior munus accuſatur. Tunc enim maxime peccat velocitas, & quantum a tarditate diſceſſit, tantum adhæret mendæ. Horum itaque librariorum incuria, vel potius conatu præcipiti effectum eſt, ut epiftolarum ad Atticum ea minor ferre ſit pars quæ melior. Et ut fateamur ingenue per quos profecimus, Iacobo [4] Cardinali Papiensi, Ioanni Andreæque Epifcopo Aleſiensi, viris ætate noſtra doctiſſimiſ, ferre acceptum decet, quicquid lucis in hiſ datur cernere. Illi enim exſudato diu labore quanquam non plenam attulerint, pro beneficio tamen habendum eſt, quod minus multo per eos hallucinamur. Quare ſi quod legendo non planum obſcurumve offendas, negligentie noſtræ ne tribuas. Illos tibi proponas, a quorum veſtigiis ne transverſum quidem unguem digreſſi ſumus. Non enim ſuit propositum emendare pro-ruſ epiftolas ſecretoribus perſcriptas notis, quarum haud ſcimus, an ex primis Ciceronis Archetypis poſſent erui ſenſa. Verum illud miramur, cum extet locupletiſſimum Cornelii Nepotis testimonium de hiſ ad Atticum li-bris quos XI. fuſſe tantummodo refert, quo pacto posterioris ævi nume-roſior diſtinzione ſit. Ad ſexdecim enim excrevere. Cur non idem libris de gloria

[1] Non confundendus cum Bartholomeo Saliceto Seniore, Iureperito fuorum temporum clariſſimo, de quo plura apud Pancirol. de Cl. L. L. Interpret. Cap. LXXVIII. Ghirardacc. Hift. Bonon. Catellian. Cottam, alioſque.

[2] Mirari ſubit Verburgum in Præf. ad ſuam percelebrem Ciceronis Editionem quum Maruvantii, Mancinelli, Hubertini Clerici, Valla, ♂ Leoniceni meminifſet, qui omnes la-bores ſuos in Tulliana ſcripta contulere, ne vel mentionem de egregia Regii & Saliceti industria iniecieſſe. Verum Editionem hanc noſtram Ver-burgio innotuiffiſe viꝫ credendum.

[3] Auguſtinus Mapheus doctus homo doctiſſi-que favens, (ut ſit Politianus in Ep. ad eund.)

Veronenſis Archipresbyter, multis honoribus egregie functus, Romæ diu floruit. Romanum Antiquitatum cultor eximius & inter pri-mos qui erudita cimelia collegere, collocandus, arcio familiaritatis vinculo plerisque ſui ævi vi-ris doctiſſimiſ coniunctus fuit; obitque Romæ annum agens LXV. Vid. Scip. Maphe. Veron. Illuſtr. L. IV. pagg. 142. 143. Hanc Tullianarum Epiftolarum editionem perraram cefſet laudatus Ma-pheus, quem adi fi lubet.

[4] Sc. Ammanato de Piccolomini S. R. E. Cardinali tituli Sandi Chrysogoni Lucensi pa-tria nato ..... moxque Ecclesiæ Papiensi pre-poſito ut ipfmet de ſeipſo ſcribit Lib. II. Com-men-tarioſ. p. 349.

[ CCXXXVIII ]

gloria, de R. P. de minuendo dolore contigit? Non idem quoque laudationi Catonis, Commentariis Consulatus, Poematis græce latineque scriptis quorum ne scheda quidem brevior ad nostros devenit Atavos. Ridenda sane res, undecim hos peperisse quinque, cum de tot Ciceronis æqualium, ipsius scilicet Pomponii, Salustii, Varonis, ac minorum Livii, Curtii, Taciti, multorumque præterea thesauris major pars perierit. Sed compensari poterit cum his errorum incommodis beneficium cognitio-  
nibus et rationib[us] dignarum, quot, sive dicendi characterem exquisitissimum, sive Atticos & urbanos sales requiris, raro alibi legisse fatebere; & ut Cornelii ipsius Nepotis utamur verbis, contextam, si hæc leges, temporum illorum historiam non multum desiderabis, rationalioremque futurorum eventuum, & Reipublicæ calamitatum postea securarum providentiam plane deprehendes. Cave existimes, ad imitandum utiliorem hoc esse quenquam, ad legendum suaviorem. Quanquam ex nostris quidam Cæciliūm, alii Symmacum, & ceteros id genus in deliciis habeant. Quos quidem non improbamus. Unicuique enim sponsam suam. Sed quemadmodum illos illi legendos amandosque sibi proponunt, ita nobis concedant, ut hunc perpetuo habeamus in manibus. Non opere precium est sigillatim exequi in quibus hic præstet: ne præscriptione nostra Ciceronis laus, altero Cicerone egens, minuatur. Cæterum is tibi fuit ab ineunte ætate studiorum amor, ut longe melius expendisse te existimemus hæc, quam nos attigisse. Tantummodo scire, te volumus accurate nos loquentem cum Attico Ciceronem audisse, & exemplariorum fidelem fecisse collationem. Quod etiam stigmata, pagina, lituraque multa indicabit. Nobis certe corruptionis tollenda maior cura fuit, quam servandi candorem marginibus. Ceteri Codices in speciosissima tua suppellectili, castitate & nitore se tuebuntur ab illotis manibus; hic amissis decore & specie, nec assiduos usus vitabit, nec ullius contactum refugiet. Vale, & quas habes fortunas animi bonis iunctas, tibi Deus perpetuet.

*In fine.*

*Augustino Mapheo Ludovicus Regius Cornelienensis Patrono  
benemerenti S.*

**N**ON te præterit, unice ac studiosissime Romanarum rerum illustrator & vindex Augustine, quantum operæ, laboris, atque industriæ superiore anno impenderimus, ut mendosissimum tuum Codicem Epistolarum ad T. P. Atticum, quem pro maximis tuis erga nos & innumerabilibus beneficiis, tuo tamen iussu, recognoscendum suscepimus, tibi accuratissime castigatum omnique ex parte integrum redderemus. Quod quidem assequi nobis cupidissime optantibus non modo non licuit, verum etiam, in tanta omnium quæcumque ad manus nostras pervenerunt, exemplariorum corruptione vel confusione potius (pervenere autem quamplurima & varia) id ipsum vel optare vel in spe ponere, vix hercle liberum aut sanæ mentis fuit. Nos tamen quantum pervigili cura & assiduo vehementique studio, tantis in tenebris atque erroribus efficere potimus, Codicem ipsum tuum supra quam dici possit infuscatum & undique depravatum, recognitione tunc bis repetita, paulo apertiores & candidiores reddi-

## [ CCXXXIX ]

reddidimus. In quo, videlicet cum spei tua non mediocriter (ut tibi visum est) nobis vero non ex integro satisfecerimus; cumque præterea intelligeres has divinas M. T. Ciceronis Epistolas, jam diu negligenter in tanta librorum omnium ubertate suppressas, ab omnibus literarum culturibus avidissime & quodam quasi convicio quotidie efflagitari, non es passus diutius in hoc desiderio & iustissima cupiditate laborare studiosos. Itaque sub tuo Archetypo nostra cura recognito, circiter octingenta volumina Romani Bibliopolæ te libente & cohortante, imprimenda curarunt; quo scilicet Ciceronianæ facundiæ Cultores ex hoc divino Epistolarum cumulo tanquam ex uberrimo fonte dicendi copiam & facultatem, una cum multarum rerum cognitione, sibi facilius comparare possent; & tua nihilominus, peculiaris illa liberalitas, qua omnes Romanæ Accademiæ claros viros, & ingenia studiosorum, cum summa laude, quotidie foves & amplecteris, apud ceteros quoque bonarum litterarum sectatores magis ac magis inclaresceret. Cui provinciæ, cum nos, qui omnia tibi debere factemur ingenuæ, præficiendos esse volueris, omni qua potuimus vigilantia & conatu perpetuo curavimus, ut nulla pagina imprimetur, quæ non prius esset a nobis otiose & pensiculata regultata. Verum cum in toto volumine multas partes adeo vitiosas & mutilatas offenderirus, ut nulla nec cura nec assiduo labore sanari & in integrum restitui potuerint, opera pretium fore putavimus id imprimis curare, ut loci vel librariorum indiligentia, vel temporum vicio sic possim depravati & corrupti, quique adeo essent paulo obscuriores, Asteriscis in omnibus voluminibus notarentur minusculis, quo perspicaciōra in iis enodandis ac rectius corrigendis ingenia, se deinceps, per otium cum aliqua voluptate valeant exercere; & quod nobis propter rei difficultatem ac fidelium quoque exemplariorum inopiam prorsus facere non licuit, omnia candidiora & apertiora reddere. Quod reliquum est, Lectores admonemus & precamur, ut si quid forte in iis Epistolarum voluminibus, quæ sub tua æuctoritatis nomine impressa sunt, facta exemplariorum collatione, invenerint, in quo diligentia recognitionis nostræ satis appareat, id totum quicquid erit, non vigiliis, non laboribus nostris, quibus, tibi solum morem ut gereremus, non pepercimus, sed munificentia ac liberalitati tuae acceptum referatur, qui ut in ceteris omnibus rebus, sic quoque in hac parte publicæ utilitati & commodo consultum esse voluisti. Vale.

## DIVI AUGUSTINI OPUSCULA.

Parmæ, per Angelum Ugolettum, MCCCCCLXXXI.

*Severinus [1] Chalcus Præpositus Canonicorum Regularium Sanctæ  
Crucis Mortariensis in Congregatione ♂ Ordine  
Lateranensi Lectori S. P. D.*

CUM Gentiles cogitans, eis, qui in bello aliquid dignum memorie persistassent, aut civem servassent, aut provocatum hostem interemissent, coronas atque alia præmia proposuisse, liberatoribus vero civitatis & patriæ, aut de illa bene meritis statuas triumphaleſe arcus, cæteraque monumenta præclara, illorum facinora testantia, decrevisse, reminiscor; gliscit animus ut & nos Hieronicis nostris sacro sanctæ Scripturæ cultoribus & auctoribus triumphemus, qui animas nostras ab erroribus inenarrabilibus gentilium liberarunt, & e Cimeriis (ut ajunt) tenebris in lucem veritatis purissimam perduxerunt, quum audiremus dicentem: Ego sum via, veritas, & vita; quo per eam ingredieremur in pascua virentia æternæ vitæ. Quibus merito ingrati judicaremus, nisi aliquid dignum meritis eorum tribueremus. Ideo pro coronis oblationes & alia munera damus, pro arcebubus templa dicamus; libros vero illorum veteres, veluti arma, quibus pugnatum & triumphatum de hoste est, illis & nobis renovamus. Et quoniam vita hominis super terram militia est, & bene ac beate vivere voluntibus numquam deerit hostis, & eo truculentior, quo animam, non corpus petit, voluit Imperator noster Dominus Iesus omni tempore in Ecclesia sua catholica haberi viros plurimos pro sua tempestate clarissimos, quorum præsentia aut doctrina tueremur, & libris veluti eorum armis horribilibus cum inimico alias devicto iterum atque continue pugnaremus. Et ut de aliis taceam præclarissimis christiani agminis ducibus, unus præ cæteris invictissimus pugil commemorandus mihi est Augustinus, qui malleus dictus est hæreticorum, qui non modo hæreticos superavit & effudit; sed ut monstra horrenda in ultimum terræ profugavit. Et ne tam sancta opuscula ejus veluti fidelium omnium arma adversus aereas potestates in hæreticis pugnantes in terra perirent, Eusebius [2] Corradus nostrates olim præco Christi studiosissimus, nunc Prior sancti Sepulchri Parmensis in Congregatione Canonicorum Regularium Lateranensium, curavit diligentissime, ne libri veluti arma & insignia virtutis parentis primi nostræ professionis S. Augustini in situ jacerint ac pene a blattis corroderentur; sed utilitati christianæ consulens hac quæ in hoc volumine continentur imprimi studioliſſime procuravit. Et ut ea emendationa forent, nullo victus labore præfertim hac ætate, qua sacram induitus vestem in religione mecum XLIIII. annum explevit, totius fere Italiae Bibliothecas excusſit, & ne dum quæ a mul-

[1] Eximia pietatis sublimisque doctrinæ vir, Mediolani, patria gente ortus, summi præsidis Canonicorum Regul. Lateranensem, quater functus est munere. Obiit ann. M.cccc.xcvii. die x. Novembri, Placentia. Vid. Ph. Argelat. Bibl. Mediolan. T. I. col. 423. *Mattheus Bos-*

*sus* in Epistolis, & *Celsus Rofinus* in *Licæo Lateranensi*, summis laudibus *Chalcum* extollunt.

[2] Mediolanensis. Nonnulla *Corradus* edidit, & præcipue adversus Fratrem quendam Ordinis Eremitarum, quæ lucem viderunt Mediolani ann. 1479. Vide *Saxum* col. cciv. & seqq.

a multis legebantur ; sed etiam quæ Sanctus Augustinus de armario suo prodidisse testatur, invenit . Habebis igitur opera omni ætati , dignitati , professioni convenientia, nec minus utilia . Nam habebunt pueri Grammaticam , quam cum libro de Magistro ediscant . Adolescentes , Rhetorices , Juvenes Dialectices initia , quibus ad philosophandum proficiant ; philosophi quid de Anima immortalitate & dignitate sentiant in duobus libris de Anima . In Accademicis quem errorem devitent, incertitudinem cognoscendæ veritatis , quod omnium est errorum initium . De beata vita quid sperent omnes Christiani . In Decem Chordis quod Deo psallant ; in Soliloquiis quod ad profectum sui cognoscant . Habent Monachi , quibus operibus Deo serviant . Clerici in duobus de eorum vita sermonibus quid meditentur . Habent item regulares Clerici speculum quo se spectent , & Deo ex politiores se præparent . Sunt etenim verba Sanctorum sagittæ potentis acutæ , quibus carbones adiicimus desolatorios . In fine vitam videlicet Sancti Guarini nostri monasterii olim Canonici , postea Cardinalis , & Urbis Prænestinæ , ac totius terræ Mortarii decus . Insuper ordinatissime in impresione processum est . Habet enim secum nonnihil voluptatis ipse ordo , atque quantum proficiat ingenium scribentis , tunc lector advertit , cum eo quo scripta sunt ordine volumina perleguntur . Quod & ipse Augustinus libros suos retractans testatur , dicens : Inveniet fortasse quomodo scribendo profecerim quisquis opuscula mea quo ordine scripta sunt legerit . Adhibuit quoque curam , ut quemadmodum eruditissimi sunt libri , ita peritum sortirentur magistrum . Cui oblatus est Angelus Ugoletus civis Parmensis , qui nulla egestate , aut lucri cupiditate coactus , eos dumtaxat libros imprimi censuit , in quibus splendeat cum posterorum nostrorum utilitate honestas ; dolens plerosque imprimendi artem inventu dignissimam ad impia & impudica detorsisse . Est huic frater Thadæus Ugoletus utriusque linguæ eruditus , cui Serenissimus Mathias Rex Hungarorum Ioannem Corvinum filium erudiendum commisit , & cum in hoc , tum in aliis negotiis illius opera frequenter usus est . Hunc doctissimum cognoscens nostrates Eusebius rogavit , ut hos elegantissimos libros collatis pluribus vetustissimis codicibus emendaret . Quod factum fuisse intelliget quicumque conferet cum his qui passim habentur , Eusebio tamen adjuvante , qui diu noctuque ut absoluissimi fierent curabat . Quamobrem horum doctrina fretus affirmare audeo , nullos adhuc impressos libros Christianis utiliores aut emendatores in publicum prodiisse ; nisi imprimentium incuria aliquid vitii immutatione aut inversione litterarum commissum fuerit . Vale .

## P L O T I N I O P E R A.

Florentiae per Antonium Miscominum MCCCCCLXXXII.

*Probemium [1] Marsilius Ficini Florentini in Plotinum ad Magnanimum Laurentium Medicem Patriae servatorem.*


Magnus Cosmus Senatus Consulto Patriae Pater, quo tempore Concilium inter Græcos atque Latinos sub Eugenio Pontifice Florentiae tractabatur, Philosophum græcum nomine Gemilium, cognomine Plethonem, quasi Platonem alterum de mysteriis Platonicis disputantem frequenter audivit. E cujus ore ferventi sic afflatus est protinus, sic animatus, ut inde accademiam quandam alta mente conceperit, hanc opportuno primum tempore pariturus. Deinde dum conceptum tantum Magnus ille Medices quodam modo parturiret, me electissimi Medici sui Ficini filium adhuc puerum tanto operi destinavit. Ad hoc ipsum educavit in dies. Operam præterea dedit, ut omnes non solum Platonis, sed etiam Plotini libros Græcos haberem. Post hæc autem anno millesimo quadragesimo sextagesimo tertio, quo ego trigesimum agebam ætatis annum, mihi Mercurium primo Termaximum, mox Platonem mandavit interpretandum. Mercurium paucis mensibus eo vivente peregi. Platonem tunc etiam sum aggressus. Etsi Plotinum quoque desiderabat, nullum tamen de hoc interpretando fecit verbum, ne graviore me pondere semel premere videretur. Tanta erat viri tanti erga suos clementia, in omnes tanta modestia. Itaque nec ego quidem quasi nec vates aggredi Plotinum aliquando cogitavi. Verum interea Cosmus, quod vivens olim in terra reticuit, tandem expressit, vel potius impressit ex alto. Quo enim tempore Platonem latinis dedi legendum, heroicus ille Cosmi animus heroicam Iohannis Pici Mirandulæ mentem nescio quomodo instigavit, ut Florentiam & ipse quasi nesciens quomodo, perveniret. Hic sane quo anno Platonem aggressus fueram natus, deinde quo die & ferme qua hora Platonem edidi, Florentiam veniens me statim post primam salutationem de Platone rogat. Hinc equidem, Plato noster, inquam, hodie liminibus nostris est egressus. Tunc ille & hoc ipso vehementer congratulatus est, & mox nescio quibus verbis, ac ille nescit quibus, ad Plotinum interpretandam me non adduxit quidem, sed potius concitatavit. Divinitus profecto videtur effectum, ut dum Plato quasi renasceretur, natus Picus heros sub Saturno suo Aquarium possidente, sub quo & ego similiter anno prius trigesimo natus fueram. Ac perveniens Florentiam quo die Plato noster est editus, antiquum illud

[1] *Marsilius Ficinus Florentinus insignis Philosophus Platonicus & Medicus, cui editionem Platonis debemus non quidem omnium accuratissimam, sed tamen non contemnendam. Quia enim potius Dogmaticus fuit & Philosophus quam Philologus & Criticus, mirum non est si in Platonis textu interpretando non usque adeo scopum attigerit. Vir utique pene divini ingenii, philosophicarum disciplinarum eximius cultor, & dignus plane qui inter summos*

*orbis totius philosophos; censeretur nisi in astrologicas fabulas nimium proclivis, eas ita in magno habuisse ut in scriptis suis de sanitate euenda: de vita producenda: ac de vita cœlitus comparanda doceret quomodo vita nostra instituenda sit ut astrorum nobis assignatorum constitutione sit conformis, mira insuper per imagines philosophicas se facturum confidens. Hæc Morhofius in Polyhist. Lib. I. Cap. VII. p. 39.*

illud de Plotino herois Cosmi votum mihi prorsus occultum, sed tibi cœlitus inspiratum, idem & mihi mirabiliter inspiraverit. Quoniam vero nunc circa philosophandi officium divinam attigimus providentiam, opera pœnitum fore videtur, ut eam paulo latius prosequamur. Non est profecto putandum, acuta & quodammodo philosophica hominum ingenia unquam alia quadam esca, præterquam philosophia ad perfectam religionem allici posse paulatim atque perduci. Aucta enim ingenia plerumque soli se rationi committunt, cumque a religioso quodam philosopho hanc accipiunt, religionem subito communem libenter admittunt. Qua quidem imbuti ad meliorem religionis spem sub genere comprehensam facilius traducuntur. Itaque non absque divina providentia, volente videlicet omnes pro singulorum ingenio ad se mirabiliter revocare, factum est, ut pia quædam philosophia quondam & apud Persos sub Zoroastre, & apud Ægyptios sub Mercurio nasceretur, utrobique sibimet confona; nutriretur deinde apud Thraces sub Orpheo atque Aglaopemo; adolesceret quoque mox sub Pythagora apud Græcos & Italos, tandem vero a Divo Platone consumaretur Athenis. Vetus autem theologorum mos erat divina misteria cum mathematicis numeris & figuris, tum poeticis figmentis obtegere, ne temere cuilibet communia forent: Plotinus tamen his theologiam velaminibus enudavit, primusque & solus, ut Porphyrius Proculusque testantur, arcana veterum divinitus penetravit. Sed ob incredibilem cum verborum brevitatem, tum sententiarum copiam, sensusque profunditatem, non translatione tantum linguæ, sed commentariis indiget. Nos ergo in Theologis superioribus apud Platonem atque Plotinum traducendis & explanandis elaboravimus; ut hac theologia in lucem prodeunte, & poetae desinant gesta mysteriaque pietatis impiaæ fabulis suis anumerare, & peripatetici quamplurimi, idest philosophi pene omnes, ammoneantur, non esse de religione saltem communii, tanquam de anilibus fabulis sentiendum. Totus enim ferme terrarum orbis a peripateticis occupatus in duas plurimum sectas divisus est Alexandrinam & Averoicam. Illi quidem intellectum nostrum esse mortalem existimant; hi vero unicum esse contendunt; utrique religionem omnem funditus evertunt atque tollunt, præfertim quia divinam circa homines providentiam negare videntur, & utrobique a suo etiam Aristotele defecisse. Cujus mentem hodie pauci præter sublimem Picum Complatonicum nostrum ea pietate qua Theohprastus olim & Theomistius, Porphyrius, Simplicius, Avicenna, & nuper Plethon interpretantur. Siquis autem putet tam divulgatam impietatem, tamque acribus munitatam ingenii, sola quadam simplici prædicatione fidei apud homines posse deleri, is a vero longius aberrare palam re ipsa proculdubio convincetur. Majore admodum hic opus est potestate. Id autem est vel divinis miraculis ubique patentibus, vel saltem philosophica quadam religione philosophias eam libentius audituris, quandoque persuasura. Placet autem Divinæ providentiaz his seculis ipsum religionis suæ genus auctoritate ratione que philosophica confirmare, quod statuto quodam tempore verissimam religionis spem, ut olim quandoque fecit, manifestis per omnes gentes confirmet miraculis. Divina igitur providentia ducti divinum Platonem & magnum Plotinum interpretati sumus. Platonem quidem ipsum misimus ad te jamdiu, ut apud eum aliquando revivisceret, in quo revixit Cosmus, atque renatus adolevit ad votum & feliciter floret adulterus. Plotinum vero nunc etsi jure missuri sumus, non tamen mittimus quidem, quod spectamus

ad tuas ædes ultro & alacriter properantem , tanquam ab ipso Platone , velut ferrum a lapide quodam Herculeo raptum , ut penes te , Magnanime Laurenti , unice litterarum Patronæ , una cum Platone suo felicissimo vivat . Audi ergo feliciter Plotinum de omnibus philosophiæ mysteriis apud te cum Platone loquentem . Sed antequam hunc auscultes , Porphyrius pius ejus discipulus tibi auscultandus erit , vitam , mores , gesta magistri & brevissime simul & verissime narrans . Cujus historiam Angelus Politianus noster alumnus tuus , acerrimo vir judicio , tam orationem quam philosophicam esse censet , propterea tibi admodum placitaram . Denique non solum audi feliciter , sed etiam felicissime vive . Et quantum nos amas , dilectissime Laurenti ; tantum , precor , nostrum ama Valorem , Philippum , inquam , egregium virum & Platonicæ sapientiæ studiosum , & te ardenter amantem .



## B O S S I I C H R O N I C A .

Mediolani per Antonium Zarotum MCCCCLXXXII.


*Donati [1] Boffii Causidici ♂ civis Mediolanensis , gestorum , di-  
ctorumque memorabilem , ♂ temporum ac conditionum , ♂  
mutationum humanarum ab orbis initio usque ad ejus tempora ,  
Liber ad illustrium Principem Ioannem Galeazium Medio-  
lanensem Ducem sextum .*

**Q**UAMVIS infinitus causarum cumulus , rerumque forensium labor assiduus , in quibus me versatum non mediocriter inficior , animum a scribendis componendisque annalibus adimere videatur , fructumque otii denegare his in artibus , quæ a foro alienæ videntur ; ita tamen animadvertiscomoda historiæ , quæ vetustatis lux traditur , testis temporam , vita memoriæ , constitui conferre id otii , quod superest , ad scribendam universam historiam eorum , quæ a creatione Mundi usque ad tempora nostra memoratu digna gesta fuere . Etsi existimem in tanta scriptorum turba , qui ante me scriperunt , opus meum fama & auctoritate defecturum ; juvabit tamen me orbis initia gentiumque pene omnium facta simulac dicta memoratu digna , ac Principum , & temporum urbiumque & locorum mutationes pro posse referre , & meipsum consuluisse . Nec immensi operis res , & supra tempus annorum sex millium originem trahens ab incepto proposito deviabit , cum aliorum Scriptorum volumina iter allatura sint . Non tamen omnia pleno stylo & difusa oratione , quæ apud alias latius scripta sunt complector , sed ut quam breviter cognosci possint , ab illustribus collecta auctoribus perstringere constitui , ut negotium aliquod sumere volentibus longæ inquisitionis labor absit . Opus autem ipsum annalium , circa quod jam ultra tria lustra versatus sum , illi id totum temporis , quod a foro & negotiis familiaribus supererat impartitus , tibi Ioanni Galeazia Sfortiæ Vi-  
ceco-

[1] Maximam sane laudem iure meritoque sibi mercatus est *Boffius* , utpote qui in conscribenda patria historia , ceteris omnibus concivibus suis faciem prætulerit , ac iter ad maiora patere inf-

serit . Hanc Epistolam eo libentius damus quo ab *Saxio* in toties laudata *Hist. Lit. Med.* prætermissem vidimus .

cecomiti, penes quem hominum divorumque consensus, justissimique Principis patrui tui Ludovici fides, & probitas, Mediolanensis principatus, reliquarumque excelsarum urbium regimen esse voluit, dedico & dono ad unum pro tanta impenso labore, & in futurum, dum vita manebit, impendendo, a te Princeps liberalissime petens, quod tui Donati Bossii memor sis, ut ingenii mei parvitas, favore tuo munita, altius aspirare posfit. Vale.



## IOANNIS ANTONII CAMPANI OPERA

Romæ per Eucharium Silber, alias Franck MCCCCCLXXXV.

*Jacobus [1] Antiquarius Michaeli [2] Ferno Civi Mediolanensi suo S.*

**F**erno meo Salutem. Tanti ego Campanum, cuius adiutorium apud Perusinos meos tum admodum celebre pueri mihi licuit ingredi, feci semper; ut ad solum eius nomen inter molestissimas res animum recreari sepe senserim. Non enim quemquam dicendi studiosum esse puto, qui vel eius laude non delectetur, vel non capiatur ingenio. Ita profecto de iis iudico, qui se populo ac musis natos esse volunt. Capit pubescente ætate statim scribere: illustravit Ballionum primariam domum, in qua ad literas fuerat educatus: heroico carmine, in quo iam tum grandior insurgere videbatur, lusit quoque veluti circa Tyberis ripas, dum levandi æstus, & natandi causa ad Flumen cum æqualibus, ut mos est, lasciventer contenderet amores suos ita, ut Tybillum, credas. Tentavit epigrammata, in quibus postea nemini cessit. Scripsit Braccianam historiam partium studio, in qua etsi rerum gestarum æstimatio fortasse non caret invidia, nuda tamen veritas ab obrectatoribus eum liberat. Vedit non multo post illum Pius Pontifex Vir sanctæ, & nunquam interiturae memorie, & qua ipse mirum in modum pollebat, invitatus hominis facundia in spem erexit, moxque ad dignitatis tradito Episcopatu evexit gradum, unde postea cum Papienſi benevolentiam contraxit, quanta adhuc inter mortuos durat, multis utrinque monumentis testata. Sed Volaterranus noster, quantum extuis ad me nuper literis coniecto de utroque male meretur, dum Papienſem veterem Dominum suum more pessimi mancipii in vinculis detinet, neque edere tandem parat, quæ ille multa conscripsit æternitatem habitura,

[1] Perusiae honestissimis parentibus prognatus, *Campani* auditor, & Bononiæ sub Baptista Sabello Legato illius Provinciæ, Magister Epistolarum in *maxima procuratione*, teste *Puteolano* in Ep. nuncup. Duodec. Veter. Panegyrīcis præfixa. Circa ann. MCCCC LX. Mediolanum petiit, ibique Mediolanensem Principum munificentia pluribus Sacerdotis & honoribus auctus, Ecclesiastico cœtu additus, diu vixit sub Ioannis Galeatii & Ludovici Mariae Vicecomitum imperio, queis a Secretis etiam fuit. Mediolani anno MDXII. extremum diem obiit,

eversis jam, immo pene deletis Mediolanensem Principum fortunis. *Antiquarii* Elogium luculentissimum habes ap. Saxium *Hist. Typ. Med.* p. 244. & seqq.

[2] Michael Ferno Mediolanensis, qui præter *Campani* Opera, cohortante *Antiquario*, libellum eidem *Antiquario* inscriptum edidit *De Legationibus Italicis Principum*. Vid. laud. *Sax.* l. c. p. 357. *Fernum* inter Accademicos Romanos recentet *Baillerus* in *Diss. de Pompon. Lat. Jugem. des Scav.* Vol. I. p. 127.

## [ CCXLVI ]

tura, cui nefariæ audaciæ illud quoque scelus addit, quod Campani partem non pœnitendam in eadem asservat custodia. Viros ne illos solus sibi habere queritat? At qui sine infamia fieri potest istud? Beneficium non ref erre si possis, ingrati est animi. Fuit Papiensis in scribendo affectior, & de industria durior; sententiarum tamen ornamenta maiora, quam in Campano cernuntur. Nam contractioni & brevitati adiecit pondus, Campanus fluit potius quam ambulat; nec nisi pleno semper alveo, ac subinde aliquantum progressus se in gyrum vertit certaminis & spiculorum plenus, nec unquam quicquam prætermittit, quod ad delectationis aucupium pertinere sentiat, varius, & nitescens ubique. Qualem natura protulisse videatur, ne Romana ac vetere illa dicendi maiestate caruisse doleremus. Papiensis paulo servidior cum aculeos exercet, virtute alioquin animi atque vita, ceu Cato, semper bonus auctor in Senatu. Sæpe stetit adversus magnas opes, & quam scribendo pœne morosam severitatem habuit, eamdem vivendo tenacissime custodivit. Verum Campanus meus fortuna quo minor fuit, eo maiore spatio anteire Papiensem videbatur copia, atque felicissima ingenii ubertate. Memini abhinc circiter quinque & virginiti annos cum in Germaniam ad Conventum Ratisponensem in comitatu Cardinalis Senensis proficisceretur (Bononiæ enim apud Sabellum, ubi ego adolescentior ad epistolas Provinciæ eram addictus, triduo divertit) de iis, qui in Italia bonam literarum frugem præferebant, mecum, ut sæpe antea solebat, familiariter sermonem instituisse, atque ore pleno cum multis laudasset, mi, inquit, Antiquari, hæc studia sunt quam oceanus latiora. Non multis litoribus adnavigasse me sentio, proinde quamquam a multis rerum promptitudine superatum me fateor esse: tamen si spatiū detur, eadem videbor scire, quæ alii. Scribendi autem varietate cedam interea nemini, quæ vox ejus vana non fuit. Quis enim hac tempestate cum Campano pedem conferet? Magna eius in ornamentis rerum supplex & verborum, natura excellens, ars exacta qui carmen eius heroicum, qui elegias & epigrammata, qui historiam, qui orationes & epistolas, qui scriptorum omne genus in summa laude ponendum non duxerit? Is in coelo Solem, cum medius est dies, impudenter audebit inficiari. Vale Mediolani 3. nonas Iunias. MCCCCCLXXXIV.

## MICHAEL FERNUS

*Ia. Antiquario Ducali Secretario S.*

**Q**uando mecum eam repeto, Antiquarie virorum optime, diem qua tantis laudibus Campani opera, illiusque divinam eloquentiam tulisti: meque ad conquirenda illius scripta hortarere, equidem puto quoppiam sydus studiosis omnibus & bonarum literarum cultoribus medio tunc axe cœli afferuisse. Insonuerat id antea sœpe nominis auribus mihi: & literatorum omnium coetus mira detinebat admiratio: stuporque ineffatus ad illius memoriam cunctos tanquam numine afflatos invadebat. Neque tunc seu quæ multa me obvolverent his diversa studiis negotia: seu quæ ita superi statuerent ut non ante illius a me cognita opera essent, quam & edita quicquid scriptorum suorum quibus illectari atque capi potuerim haec tenus ad me pervenerat. Tu me ita incendisti cuius in literis tanta est auctoritas quanta vel multis sæculis nemini maior contigit ut quiescendum mihi si bonis literarum studiosis consultum esse cuperem: vel inter maximas bellorum flamas & iniquissimo tempore non putarim: donec contracta illius undique monumenta publicarem. Non possum ( neque enim humani esse censeo ingenii referre ) quanta cum illi tum cœteris bonarum litterarum cultoribus fieret iniuria hic in frusta sectus nullo dum ordine stigmatus lacerus apud diversos detineri. Et nemo edendi illius & aeternitati tanti viri nomen commendandi curam sibi acisceret. Evidem debere mihi aliquid censeo litterarum studiosos omnes quibus eloquentiae princeps latine modico nummo & exigua prope quadam stipe coemendus meo periculo & incredibili labore oblatus est. Verum tibi longe plurimum quæ nisi me humius præstantissimæ & divinæ facundiæ admonuisses: enixisque me laudibus succendisses haud ita fortasse exudasset. Non potui quod tu tantopere vir unus nostro sæculo castitatis latinæ & laetæ eloquentiae princeps commendares nisi magnificum & luculentum existimare. At quanto alias ille: quam tu prædicares: quanto maior inventus: Nihil illius attigit præcelsum & cœlesti ingenium quod non incredibili felicitate seu subitus & extemporarius seu meditatus & perlans luculentum præstiterit & illustre. Et cum multi varia ingenii commendatione amplissima cum veterum scriptorum tum nostrorum temporum in lucem ediderint, unus hic non tam mihi quam eruditissimo cuique & æquasse omnes re quoque videtur & superasse. Oratione amplior nemo: historia illustrior. In philosophia & disputationibus huberior: distinctior: expressior. In epistolis concinnior: suavior. In carmine sonantior heroico. Elegia gracilior. Epigrammate scemosior: festivior: argutior nemo: ubique promptus & facilis ut neque sudet uspici oratio horridior: neque verborum licentia subsultet: aut puerilibus lasciviat sententiolis: per singula ut quæqua depositit res huber & magnificus: gravis & venustus: pleno fluens alveo: non tenui excurrens rivo. Absit credas legisse me haec tenus: verum quod ego me dico? tu immo idem contendis: & cœteri eruditi in id convenienter ex omni quam bibliopolæ nobis faciunt librorum copia quicquam maiore voluptate: seu rerum quas complexus est varietate: magnitudine & excellentia: seu stili & laetæ orationis candore: quod me magis impletat: & quo impletat magis maiori me

[ CCXLVIII ]

ri me illius defyderio relinquat: Huic dies huic noctes ne somni cibive quidem memor impenderis. Nunc demum agnosco quanti sit faciens Illustris ad unumquemque præceptor: Nunc demum quantum adolescenti bonum nancisci doctorem conducat habeo compertum: Mirabar ego unde tibi tanta olim hausta foret eloquentia. Quis tibi hominum deorumve ad tantas disciplinas limina recludisset. Nimirum Antiquarie: Solida illa quidem gloria: cum clarissimum præceptorem datum est æmulari & æquare. Nihil gloriosius si contingat effingere: totumque eundem disciplinis quas ille calleat & morum bonitate referre. Confero nunc demum tua saepe & illius scripta; totusque utrumque demirando inhæreo. Eadem utrique dicendi facultas: Idem in oratione splendor ut alterum in utrolibet perspiciam: nisi quam tu saepe gravis: dignitate: & auctoritate plenus: dimittitur ille non-nunquam & mira venustate ludit: salesque inter sodales ioculantur geniali quadam illecebra expetibilis & decorus; hoc tibi fortasse præstantior quam ille præceptor: tu discipulus: qui nisi te annis & fato præisset tu illi in gloria potior esse potuisses. Hortaris tu Volaterranum [1] nostrum virum omni virtutum genere præditum & in his humanitatis studiis longe doctissimum: cultissimum: edat ut ille tandem heri [2] monumenta sui. An nondum satis tibi cum rei litterariorum utilitate astum censes: nisi & illum in lucem trahas & te Alcydem alterum qui Herebum spoliare velis exhibeas? Increpat illum multi quidem ut tu, eruditissimi viri. Verum is esse consilium quod plusculum distulerit ostendit. Et ad Campani gloriam nostri spectare maxime arbitror: quin ille divino & coelesti ingenio ad cuncta manum fœlicissime apposuit: & unicus idemque maximus ingenii in Campano præcelentissimi assertor futurus est: quod eo intimo sic delectatus est ut ad penitimas delicias adhibuerit illum semper. Non nox, non sine illo gratus dies: non coena iocunda: Triste illo sine cubiculum: Tristis secessus: vocationes: dicta: facta sine ullo tristia omnia. Adeo unus magnitudine ingenii: sermonis lepiditate: argutiis: interdum & cavillo Papiensis pectore insidebat Campanus. Quæ elegantiora, quæ maiori delectatione plena, ea ad Papiensem Campani scripta sunt omnia. Illic nullum studium natura ipsa quanta in eo fuit sponte, illic artis ope nulla prodita. Scatent illic sententiatarum acumina: exurgunt exercenturque illic mira festivitate aculei. Aut philosophiæ aut genialis sodalitii mira illic fœtura: Neque tamen libertate insanit neque garrulitate debacchatur nimia: unumquodque ad sui necessitatem trahens vi ingenii & dexteritate plusquam humana. Quare eum iam me tibi polliceor (audis Volaterrane) futurum in Papiensi vindicando qui fuerim in Campano: ut qui communibus studiis inter mortales disciplinis advigilarint, pari quoque gloria functi nostro beneficio reviviscant. Utinam & divi Pii multa quæ celata tenentur aliquando ab istis morosis avelli possint ut in publicum proferantur: Quæ tanta dii boni ingeniorum invidia: ut quæ optima sint: aut depereunt prorsus: aut ad eos tum denique perveniant quibus extiterint incognita? Beatissima profecto sæcula quibus tria hæc tanta litterarum in triplici ordine permicuere lumina: ut credam superos ultimas vires fudisse in illam ætatem illustrandam quæ esset cum superio-

[1] Jacobus de Gherardis Archidiaconus Volaterranus, Jacobi Cardinalis Ammanati familiaris, Xysti IV. a secretis, Protomotarius Apostolicus, & demum Episcopus Aquinas. Ann. MDXVI. Romæ abiit ad plures. Vide *Benedictum*

*Falconcinium* in Vita Raphael. Volaterrani, & *Apost. Zenum* Dissert. Vossian. Tom. I. p. 375.

[2] Scilicet ejusdem Jacobi Cardinalis Ammannati.

## [ CCXLIX ]

perioribus & quæ secuturæ sunt omni ingeniorum splendore memoranda. Agnoscent isti denique: nec me fallit opinio: nimiam hanc suam circumspicione: Nec nos diutius tam' divinis operibus: illos tam sublimi fraudabunt gloria . Ibit præcursor Campanus futuræ præco celebritatis : qui quoque pro dignitatum ordine præcedebat in vita . Affuturum Papiensem : af-futurum Pium mundi dominum prædicabit : quorum studia cum viverent olim extitere coniuncta . O me fœlicem si admiratorem : tunc ipsa me in hanc vitam demississent sydera . Nec me haberent fora: nec tanta cursitan-tem per urbem raperet miseria . Erunt scilicet & qui: ( sed quæ! ) suspicent tempora . Credis optime Antiquarie ulla me tanta negotiorum mole premi potuisse ut hanc alioquin optaverim Campani editionem derelinquere? Non ipsa quidem si me exerto tælo novissimo in verbo exceptura fuisset Atro- pos potuisset avertere . Ignosce gloriosius fortasse loquenti . Nam sum inge-niorum & virtutis tam vehemens cultor : ea vel una certe ratione quia ipse id a natura sum nunquam consecutus & familiarium rerum non mi-nimum intercipit sollicitudo continua : ut per unoquoque viro doctissimo ipsam possim quidem mortem oppetere . Non nox non una dies ab qua coeptus est imprimi dies Campanus sine gravissimo labore abierte . Quot meam amici suspectam valitudinem habuere . Quot dementem appellabant: quod hoc tempore bellicosissimo exiguae facultatulas meas quæ quaticen-tos superarunt aureos nummos pergerem profundere . Quantum somno fa-teor subductum . Quantum de Lachesi subreptum dum & musis & forensi-bus negotiis & amicorum officiis & Campano sufficere labore . Nulla me unquam ociosum aut magistratus cuiusquæ aut palatii vidit ianua: ubi pau-lulum uspiam immorari: inter ipsa negotiorum interstitia minimum subsi-stere contigisset: illius subito mihi quod comites semper erant exerti libelli hic illos lectitabam: hic quod domi per ocium non licebat inter negotio-rum agmina efficiebam: corrigebam: dimetiebar: Et qua quodque par-te locandum constituebam: Nec maiore fructus sum voluptate, quam cum in huius gloriam & studiosorum olim utilitate ipsum me vigilis: inedia: frigore: ætlu nivibus: hambre confecerem . Minor pecunia ratio fuit: quin illam ego semper omni vita contempsi ut tantum cuique congerendum nummum duxerim: quantum ad vietum sibi intelligat sufficere . Utinam sic efficere potuerim ut videamur hac diligentia & hoc labore cuncta ma-turiter & ex dignitate curasse . Sum fateor ingenio non pereleganti: sed præcipiti & nebuloso . At in tanto rerum turbine: & in tanta exempla-riorum confusione potui non nihil peccare . Ipsa etiam negotia frequentis-sima quæ haud ita reiicere licebat studiis: consultationibus: & totius vo-luminis dignitati passim detraxere . Tu circumspectissime mi Antiquarie co-lumen litterariae maiestatis: unus tantorum auctor laborum: & tantæ præ-ceptoris tui gratissimus discipulus memoriae fundator unicæ cunctæ dispi-ce: castiga: mone: Felix sum atque beatissimus si quoquo modo emun-eto tibi & perpolito in primis viro prudentissimoque gravissimo atque sa-pientissimo potuero satisfecisse . Hic saltem quotiens tui observabitur mani-bus intelliges in illo tui Michaelis partem cui ipsa vitalis solus aura es: vivere quem olim fama vulgaverat lethali anthrace absumpsiisse: ut credas vel ideo fata illum ex Orci limine Ditisque manibus atque imperio eri-puisse ut esset qui semi funetus cum intereunte prope Campano posset in posteros memoria sempiterna vivere . Fœlix vale atque indicem locatorumque rationem: ubi nec omnino spero inventum damnabis: ne gravabis recognoscere .

## CUJUSQUE RATIO LOCATI.

Fusa iterum Campana

Nova hominis formata figura.

**N**unc commonendi mihi sunt Lectores Antiquari quo quodque ubique locatum sit opus consilio: Qui rebus omnibus ordo: observatio quæ adhibita. Nam poterant illi non minima teneri admiratione: cur ita ætatum quibus ea condita forent series esset a me contempta. Et accusassent quidem sapientissime: nisi quæ hoc iussisse videretur ratio fuisset nota. Summa mihi semper fuit philosophia Lectores meditari qualis & quanta fuit hæc nostra: quam vobis prodidi Campana: Quanto cum plausu: quanta admiratione olim pulsata. Qui ludi: quæ festa: quot triumphi: quanta ad huius sonum concelebrata gaudia: Ut mihi non desisse videatur olim quæ floreret unica: ad cuius sonum summa concrepere æthera: ciere populos: vocare conventus: humanum monere genus: mortales omnes instituere: sanctissima afferre consilia: Pietatem prædicare: Ingratos persequi: Charitatem: beneficentiam: liberalitatem persuadere: miserias nostras manifestas facere: gentes: regna: ad propagandam Christi fidem incendere: divisorum gloriam & illa beatissima cœlitum gaudia proferre: ad cultum divinum: ad religionem: ad sacrofancta superum penetralia excolenda inflammare: Denique contemptis fordibus humanis: Cupiditatibus eliminatis: libidine omni: sceleto: flagitio reieeto ad sublimem illam omnipotentis Dei aulam: ad sempiternam illam felicitatem: ad illa nunquam defectura bona: ad illud inquam gloriissimum altissimi triumphale solium evocare: erigere: extollere donec durissimi ferri pondere concussa nimio: & deterioris æris nequiore massa confracta ( heu miserabile dictu ) desiliit in frusta. Quæ dum avarissimus quisque fulgore tam preciosi metalli diripit direptaque occulit pœne eo occupuerant ut situ obruta & squalore crederentur nimia hominum negligenter interiisse. Hæc ego e tenebris eruta: vindicata ab ingratis, erepta ab avaris, conquista ab inertibus: in unum contraxi LECTORES. Campanam vobis rursus fudi sonoram. Quam summis turribus & aerea in arce iam tandem collocavi. Quibus subnixa pristinum sonum prædulci vocum discriminatione de summo cœli culmine editura sit ANSAS [ 1 ] sex connexui. Nam cum de Ingratitudine fugienda. De regendo magistratu. De dignitate ma-

[ 1 ] Hac eadem frigidiuscula fane & scurrili propemodum allusione Fenus, festivissimi homo ingeni, grandioris Campanæ figuram in fronte hujus voluminis imprimi jussit, ejusque superiori parte, si bene video, sigillam initiales litteras nominis sui completementem adposuit, addito ad imum lemmate CARITAS & MAGNIFICENTIA. Sex anis Campana insuper instructa apparet, inscriptis litteris Epistolas, Orationes, Historiam, & alia dentantibus, & Epigraphæ AD IUDITIUM LITTERATI ELOQUENTIA PULSAT. Utrinque versiculos insequentes adscripsit

CAR

Nubila pellit  
Grandine fœta  
Aere sonoro  
Turribus altis  
Edita tandem  
Fusa decore.

MEN

Gloria Mundi  
Definet axis  
Dum vehet orbem  
Libera tristi  
Faœtimore  
Secula vivens  
Cuncta loquetur.

Denique extremo margine Epigramma legitur

Pulsabar solida & toto notissima Mundo  
Per cœlum & terras fama vagata mea est.  
Turbida tempestas rupit me sola Tyfernæ  
Nubila dum sonitu rumpere posse puto.  
Me miseram, fulvi rapiebant frusta metalli,  
Et qui curaret reddere nemo fuit.  
Sed me iterum Fenus vigili judore Michael  
Jam tandem fudit præ pietate meus.

E Typhernatibus nimirum, quibus Campanus Romanæ Sedis Legatus prærerat, Xysti Pontificis indignatione, exilium meditari coactus est, & Neapolim ad Ferdinandum Regem - - - petere constituit, ait Fenus in Campani Vita Opp. præfixa, quam vide si lubet.

te matrimonii. De fœlicitate Thrasimeni. De fratriis consolatione scripsiterit ille: Veteres auctores percensuerit. Orationes habuerit. Concinnaverit historias: Epistolas & epigrammata omni vita composuerit. Hæc ego senifariam ita secreta in hanc campanam confixi omnia ut tanquam totidem cardineæ ansæ quibus tenaci iniuncta loro sublimis queat attolli & in quas vis tota desudet summo devexi vertice promicarent. In quo cum campana divinis ritu christiano concelebrandis: sacræ faciundæ rei: dimetiundis horis: humano cœtui convocando: Ferendis judiciis: rebus omnibus decernendis, regendis, gubernandis fuerit cooptata: Illud non inepto: mea quidem sententia: iudicio observavi: ut unamquamque partem sic locarem: ut ad hominis institutionem: quod ille omni vita conatus videtur: pulcherrima agnatione cuncta spectarent. Et ex Campana spectabilis VIR fusus & immortalis interdum videretur, cuius singulæ partes in nostram eruditioñem constarent. Nam quamquam fuere his a Campano hæc ipsa temporibus præscripta qui primo in urbem adventu initio studii Perusini habuerit orationem. Inde funebrem pro Præsidis Perusini parente; alteramque in funere Nelli Balioni commendationem suscepérunt. Mox de Ingratitudine; de Thrasimени fœlicitate: ac postremo historiam Brachii Perusiæ ediderit. Dianam, Sylviam, Surianam interea vario studio concelebrarit. Epistolarum bonam partem conscripsiterit. Postea Cinericiam Pii tempore perorarit: De regendo magistratu; de dignitate matrimonii; de obitu fratriis consolatoriam fecerit. Saxoferratensem herum suum: Mox Pium ipsum in exequiis ornatissimis orationibus commendaverit. Paulo sedente divi Stephani: Pentecostes: Circumcisionis in suburbano sacrario coram Pontifice: Et ad patres in celebriate divi Thomæ Palladio in templo orationes habuerit. Ratisponensem compegerit. Xyli tempore Urbinatis ducis funus oratione condecorarit. Inter hæc Pii vitam composuerit. Innumeræ epistolas: epigrammata innumera: Elegias innumeræ panixerit. Veteres Codices percensuerit. Ego tamen Senipartitus, Ea primo quæ ad nostram eruditioñem pertinerent opuscula: quos tractatus libuit appellare: prima parte tanquam in fronte & vestibulo in ipso Ad Alexandrinum, cuius studia: potior inter patres dignitas id exposcere videbatur: siquidem De Ingratitudine, de Magistratu, de Matrimonio, de Lacu: Consolatoriam: & Censuras pertuli. Tum quæ tam nostram quam etiam alienam continerent Institutionem Orationes ad Sanctam Crucem oratorem facundissimum & in eo genere exercitatissimum jure quodam necessario subieci. Tertio loco Epistolas tanquam fructum disciplinarum omnium officii: benivolentiæ, & charitatis commune amicorum omnium horum refertissimum: Ad Senensem suum patrem pientissimum constitui. Inde adiecta Pii ad Lonatemi vita: parvus quidem libellus & exigua in tanta operum dimensione pars. At eius quem complectitur Pontificis magnitudine ingens gloria: ubi propter quandam lunarum quæ utroque in Cardinale præfulgent: & in ipso olim Pio coruscarunt paritalitatem sic cuncta junxi: ut neque a Senensi abscederent: neque nepoti avunculi gesta dicata essent. Et cum mundi principibus præsideant Pontifices; ita si vivis patribus non præponerentur: Brachii tamen monumenta: sub eius viventis nubmine quem quoque virtus & par inter minores deos gratia extulisset antecederent. Porro ad Datarium Antistitem Perusinum unde urbis & civium fuorum gloriam posset pernoscere Brachii Principis Perusini luculentissima historia consequitur tanquam illinc fortunæ instabilitatem specularemur: & alienas fœlicitates: aliena pericula conspicati ipsi despectis terrestribus quæ

fluxa sunt & caduca, ad perpetua Dei bona expetenda ad beatiores conqui-  
rendas sedes admoneremur. Novissimum locum ad Pomponium nostrarum  
ætatum unicum Phœbum fortita sunt metra : velut animi curis defatigati  
honesta quædam laxamenta & tanquam vigilantibus nobis, & in finem us-  
que perdurantibus solidam illam felicitatem cantus plaususque sempiternos  
despondeant. Illos quoque in hoc imitatus qui munus populo exhibent :  
quorum præcipuum est studium primo ludorum ingressu quod maxime spe-  
ctatores ad læticiam invitet ac plausum præmittere. Mox ita cætera pro  
dignitate & magnitudine afferant, ut omnium iocundissimum theatrum  
claudat, quod populum in admirationem & stuporem cum delectatione re-  
linquat. Nam in Campano tanta fuit soluta orationis maiestas & elegan-  
tia, ut carminis nitorem vix ex ea potuerimus sperare. Quod cum secus  
prospici contingat, necesse est ut ingenti in ipso rerum omnium calce af-  
fetti stupore relinquamur.

Quæ cum : seu campanam respicis : formosissimam illam quidem senis elati-  
tam anlis atque in quælibet sonum mobilem atque nutantem cum plausu  
& læticia efficiant : seu nostram intueare institutionem pulcherrimo mor-  
tale genus ordine edoceant : Id quoque elaboravi ut in viri spectatissimi  
speciem qui id sua non aliena ope propriisque integer : non mancus viri-  
bus præstaret & auspiciis : singulæ partes scitissime desinerent. In quo ne  
ipsi quidem contexti artus : distincti articuli : efficta & expressa liniamenta  
desiderari possent. De Ingratitudine enim libros ad CAPUT contuli : quan-  
do & nascentibus nobis illud primum exeritur. Et prima illi philosophiae  
experimenta , primaque studiorum & ingenii certamina hæc extitere . Et  
constet sublatâ charitate & beneficentia mortale genus : sicut nec animan-  
tium omnium quicquam sine capite non posse subsistere . Et eo referantur  
omnes humanæ cogitationes , ut seu ab hominibus gratis hoc in mundo &  
quod ipsum haud equidem ipse unquam in primis spectandum duxi : aut à  
diis immortalibus in illo sublimi & excelsa olymbo laborum omnium præ-  
mium aliquando recipient : Quod si sublatum esset plane nullius rei studium  
mortales haberet cunctaque jam dudum concidissent . De regendo deinde  
magistratu , tanquam Os ipsum : nam & illic lingua , opus enim & dentes  
in illo sunt : & gemina est Dei & reipublicæ humanae cura . De dignitate  
matrimonii , tanquam NASUM : nam putida sunt adulteria : Sordidi illegiti-  
mi concubitus : olidæ quæ non formosæ uxores : & veteræ non elegantia  
scitæ olfacentum nares offendunt . De Lacu tanquam LUMINA , quæ ipso  
exercentur in eas voluptates asperæ : cum nulla quoque in homine major  
sit quam delectatio parta videndi . Consolatoriam , tanquam AURES : cum  
illis quæcumque adversa feruntur ad animum penetrant . Et ipsa ab his quæ  
in nos & extra nos duplex consolandi ratio . Et solæ aures consolationem  
amicorum rebus in adversis admittant . In capite suo quemque loco tracta-  
tus adieci . Et quæ censuræ sequuntur & oratiunculæ crines capiunt : quæ  
quidem honestatis multum & gratiæ nobis parant . Et cum in cæteros de-  
tractores sanguinei & colubrini fingantur : In Campano viro modestissimo  
flavi & rutilantes conspicuntur . Orationes deinde gemina sibi de pectore :  
tanquam & illis orator cuncta peragat : BRACHIA dextrum si quidem pri-  
mæ : levum funebres . MEDIUM CORPUS : Epistolæ , quæ & ipsæ multæ  
& ex multis rebus sicut corpora humana constare cernuntur congestæ . GE-  
NITALIA quibus vis & in nostra corpora lunæ potestas oppido dominatur :  
plurimumque torbur & secunditatem infundit : minimum quidem de corpo-  
re

## [ CCLIII ]

re membrum, sed unicum vitae auctorem Pii Vita. CRURA Brachii histria quæ & Capricornus sagittis persequitur, & maximo sint in bellis usui: quibus pedites & hostem adeunt & persequuntur, & ubi postulat necessitas: sœpe suadet ignavia: pedem ab hoste referunt: Equites equos constringunt: Incubunt tergori, & immobiles harent. PEDES qui tripudiarint: Pyeridum choros duxerint: saltus Heliconios peragrarint: Carmina, tanquam potiora quibus tota hominis machina constet pulcherrimo sibi membra delectu videntur occupasse. Quorum unumquodque ita efficiunt & repræsentant, ut ipsa sese agere, mouere, spirare consipientur: Vocemque & sensum CAPUT ipsum sua rerum omnium affinitate conjunctum introsipientibus videatur afferre. Ingratitudinis enim fugienda præceptis addita regendi magistratus disciplina: Magistratui matrimoniorum prædicta dignitas & excellentia. Mox evagatum in secessus. Deinde calamitatibus quæ voluptates lege quadam fortunæ consequuntur consolatio conjuncta: quam detestabile illud Ingratitudinis vitium quod pietatem: quod charitatem: quod munificentiam & liberalitatem exurit: In primis in quocumque homine pervulgandum, ut si tales ipsi sint aut esse gestiant, Intelligent rerum omnium quæ sequuntur usu & administratione sese abstinere debere. Sin ipsi liberales & boni esse velint, & reipubl. præesse, & matrimonium celebrare: & voluptatibus videantur perfaci posse? Magistratus vero & matrimonium ita se nexibus vincunt ut alterum in altero videatur constare. His enim magistratis præst, & ut quam sanctissime, quam pudicissime celebrentur tenetur curare: civitatum honestati: pudori mulierum: & pudicitiae in sua republ. consulere. Et qui matrimonium celebrat, magistratum quendam in suam familiam videtur inire: & is maxime idoneus est gubernaculis civitatis: cui domi est uxor quæ libidines & venereo impetus possit extinguere. His honesta animi laxamenta debentur & secessus pulcherrimi: quæ in Lacus descriptione omnia exhibentur: At quem nullum vitæ tam stabile spatiuum, quod non rixam aliqua sui parte patiatur addita consolatio, ut cum intelligat homo quibus periculis sit suppositus vivat cautior: & si eveniant adversa, illa forti animo perforantur. Quales vero ipsi esse debemus ex Censuris extremo loco ostenditur: quam aliorum scripta, facta, dicta ita sunt inquirenda, ut imitari possimus quæ fuerint laudanda. Denique admonent nos ut qui alias judicamus, ita præstare se quisque debeat, ut alterius Censuram non cogamur expavescere. Et plane illa ejusmodi omnia erant, ut eum nec epistolæ nec orationes sint: nullum locum accommodatius invenerint quam illic locari ubi si quibus viribus pollerent ea inter philosophica monumenta conquerirerentur. Sic caput illud exterius exactissime compositum jam & loquitur & olfacit & videt & audit, & ratione & sensu omni ex parte perficitur. Agunt se non minus LACERTI & peccus totumque corpus exercent. Et est in illis vigor: certa & ratione trahuntur. Quæ enim studii initio habita primum sibi locum vindicat: quæ de disciplinis omnibus, unde ad cætera divina & humana aditus est, loquitur: & cuncta rerum primordia perquirit & complectitur. Mox sequitur Cinericia: inde de Spiritu sancto: ac deinde de Circumcisione: tum de sancto Stephano. De Aquinate. Et postremo loco Ratisponæ Germani, in Turcos inciduntur. Tanquam haud bene percipere possit & contemplari divina qui quod ipse sit primo ex Cinericia non intelligat. Et Circumcisionem vix degustet cui Spiritus sanctus archana non repandat. Stephanus vero & Thomas tempora sua fecuti mysticis dei concessere: ubi Ratisponesi forsitan eloquentia non inf-

inferior ultimam nocta sedem indicio est: quin omnis Christiana disciplina eo tendit ut impugnare nefarios fidei hostes: Imperium & Christi in terris fidem atque splendorem non modo tueri & propugnare, verum etiam propagare & late diffundere debeamus: cuncta loco suo confessisse. Inter funebres quae Pii est pontificalia dignitate prolata: Nelli & parentis; temporum ratione & splendore dicendi Saxoferratensi antecessere. Urbinatis quae melie eloquentiae omnium ingeniosissima cuncta concludat, & tanquam novissimo quod observant pictores perlustrata sint omnia sandaraco: posita est ultima. Et habet natura hoc ut sinistra manus lenior sit. Et in foeminis maiore gemmarum splendore condecorata. Solaque ipsa manus est, quae ad demulcentum & levissimum tactum sit accomodata. Omnis duri laboris immunitate donata. Quae omnia in illa oratione utpote in levi brachii manu videntur esse collata. CORPUS ipsum & spirituum omnium officina: suas quoque rationes complexum novem librorum visum est numerum exigere, ut cum suis posterioribus visceribus: Corde: Jecinore: Pulmone: Liene: Chiste: Aqualiculo: Diaphragmate: Collo: & Recto intestino cernerentur numerum æquasse. In quibus haud contenderim suo quemque libro pro tempore collocasse. Nam id nec expedit admodum lecturis: nec vis mihi videatur humana quae hoc potuisse: In tanta temporum atque hominum quibus scriberentur confusione praestare. Cæterum suam quamque partem unusquisque liber ex visceribus omnibus rite visus est si modo æquiores censores esse voluerimus respexisse. In primo quae ponerentur libro tanquam in ipso corde viscerum omnium Principe illustriores quasdam atque longiores decerpsti hac vel una ratione, quia multarum rerum & civitatum notitiam afferentes toto haud expediebat quanquam ne hoc semper admodum curavi evolverentur volumine. Secundus quas in gymnasiis scripsit habet epistolas: breves quidem & majore fortasse elegantia perditas. Tertii libri epistolæ permixtæ sunt. Quarto hæ ferme quae cum primo secutus curiam continentur. Quintum librum curiales omnes sortitæ. Sextus ex Germania totus. Septimus in Tudertinis. Octavi Fulginatenses. Nonus laxato totius corporis intestino quodam anteactæ vitæ felicitatis perfluvio fœda calamitate conspersus infausti deplorat fata Tyferni. Et novem sunt musæ, quibus libri æquandi fuere. Et mari nonus Veterum de more qui fuit foeminis octavus dies lustricus erat: ut seu ipsum epistolare officium in corpore requiras: seu eloquentiam cum musis conferas, seu editionis rationem species: par fuerit in novem libros cuncta digessisse. Accedit quoniam post illam. Aliensem pugnam postriduanus, qui nonus est dies, infaustus semper fuit atque ociosus. Unde miserabilis illa apud Tyfernates incursa calamitas nonum libris numerum qui flætibus & mestitia poene est plenus videatur efflagitasse. Historia sex libris ab illo distincta nihil disceptationis nostræ admittit, cum tamen & crutibus sit humanis a me ( quae de Brachijs nomen habet) non inepte fortasse comparata. Nam & totidem CRURA partes habent & Brachium fortuna ut est principium omnium flexibunda: animi magnitudine surrexit validior, & ad summam pulchritudinem & majestatem evecta semper donec orientia majora fortunatoris divi Sforcia nati poplites succidere numina. In PEDIBUS quoque sua trutina adhibita: & qui pedibus constant carmina pedes octo distincta libris poposcere. Nam errat vagaturque per omnia Calliope, ut cum celsa sit illa arce sita totique volumini præsideat nullius partis præcipuam curam vindicasse sibi videatur: sublimis & inclyta Regina, unde octo reliquæ deæ carmina secum partitæ restim ducentantes

Etantes medium illam videntur ingenti tripudio & festivissima corona cinxisse. Et in pede tot partes sunt quoquo quot bis collatae eundem sibi librorum numerum peperere: quibus si unusquisque liber paulo accuratius excutiant quamquam non admodum servata sunt, sed nec contempta spe ipsa subito liquebit cuncta convenire. Primi namque duo Perusiae amores cecinere. Tertius idemque; quartus Pio; quintus quod & sextus Papiensi plurimum applausere. Septimus petit Germanos. Ultimo remeat: quos facetissima epigrammata risu & incredibili festivitate passim complevere. Sic singula Campani opera suum nacta in volumine locum & Campanam & hominem: immo hominem Campanam pulsantem efficiunt nova specie mirandum, ut exactioribus rationibus nec excussori dimensione videantur edi, publicari, in manus litteratorum tradi potuisse. Nostra quædam auspicamenta & epigrammata passim defemnata. Ipsa quoque illius vita apposita, quorum nulla est reddenda ratio cum ita adhibita sint ut latus clausura tamen & a foedo servatura contactu calcandi pedibus siccissimis marginis & aridi limitis ad vernantem pratum & semper amœnum vicem exhibeant. Una tua ad me epistola primo in folio tanquam faustissimum hujus litterariorum triumphi vexillum in principiis est constituta, ut illa opera cuncta perlustraret, cujus hortatu virtute & reverentia in lucem essent vindicata. Cui Litterati omnes, non dubito, sui elegantia, tui studio, tanti fructus quem peperit recordatione charissima certatim jungenit oscula. Nam quamquam devotioni indulsimus in præsens nostræ, ut secreta illis adscripta sint singula quæque opera: Tu tamen hujus tam mirifici laboris & tam gloriosissimi facinoris auctor unicus meritus es, ut honos tibi totus daretur. Et quæque fuerit apud studiosos hinc eruditio & hausta eloquentia tibi ævo sempiterno habeatur accepta. Vos maledici qui ipsi non magno parcitis Jovi: quorum suffusa veneno lingua atrocissima tristi conficit omnia tabe. Si vestra in me malivolentia Campano detrahere studebitis, nequissimi estis, si non aliis meritis, quæ nulla esse fateor: huic saltem tam maximo labore quo pœne obrutus sum pro vestra utilitate, honore, gratia, suscepto ignoscite. Nam testor immortalem Deum nemo tam sincerus tamque studiosus fuit, qui vel a me rogatus, credo præstolantes meum aliquid insigne erratum, in quo mecum cavillarentur, voluptatemque sibi mirificam parabant: auxilii quippiam voluit vel momento afferre, ut mea hæc unius impensa, meus hic unius labor apud vos non odium quidem & injuriam, sed benvolentiam debuerit, vel ab immanissimis promeruisse. Sin vero dente canino Campanum lacescere nulla mea injuria. Sed quid ipsi illo præstantiores vos ipsos habetis: audacia vestra enim nisi magis temeritas & petulantia, immo & insania maxima. Nam fatentur erudi omnes (ego enim quæ a me in hunc dicta sunt ex alienis judiciis, qui non sum tam peritus censor pertuli) omnes ætates parem huic quemquam non progenuisse. Maxima quidem & celeberrima erit vestra tunc ingenii gloria cum Campano assequemini (sed quando?) pares prædicari. Quod si neque ulla in me malivolentia, neque ingenii æmulatione, sed vanitate quadam vestra & invidia carpere Campanum volueritis, perfidissimi, immanissimi estis & scelestissimi: quia Campanum virum tantum oratorum principem, philosophum acerrimum, poetam clarissimum laceratis. Sed exi Campane tandem. Nulla tam grandis tempestas & horrida tonat grando, quam pulsata tua non dissipet Campana. In summa jam æde sonum æthera, horum perditam frange audaciam. Obi intrepide, atque animo fortipul-

pulcherrimum certamen. In nugaces istos viros alienis qui accusationibus famam sibi aucupantur, & ex vanitate atque perfidia sua sibi lauream quaerunt te transfer, ut te legant verentque manibus donec atra invidia disrumpantur.

Sic mea bis ternis constans campana sub ansis  
Perfecta ex omni parte sonare potest.

Sic meus ex omni vir factus parte loquetur  
Ætas quem poterit tollere nulla vetus.

Vos precor, o quisquis: placidos advertite sensus  
Spero pertæsum dixeris esse nihil.

## R U R S U S A D L E C T O R E M

### de Bellis & Editionis opportunitate.

**M**IRANTUR fortasse vestrum complures cur ita totus ubique exultem gaudio, tripudiis & cantu cuncta permisceam. Et fortasse vanitatem quandam in summa lætandi necessitate accusant. Videor ego rem mihi, letores, tanta laude dignam & gloria tandem confecisse, ut socordissimi haberi me posse ingenii censem, nisi in tanta rei sublimitate & excellentia plausu totus & festivitate efferar. Nec alia fuit olim decernendi triumphi his qui præclare bellum consecrissent aut cum hoste aut cum gloria conflixissent quam ut gravissimos labores percessos in provinciis gerendis publica exultatione demulcerent. Et omnem contractam angustiam effusissimo gaudio rebus bonis gestis aliquando diluendam ostenderent. Pugnavi ego quoque acerrime contra Barbaros, & tandem illis ejectis: rem latinam non modo sum strenue tutatus, sed amplissimam provinciam hanc cum laude illius ditioni & imperio adieci: ex qua & non vulgaris mihi debetur triumphus; & si vestra aut desidia aut invidia recusat, ego illum jure meo spestatissimum honestissime possum vindicare. Sed o utinam adversus Barbaros soli mihi pugnandum fuisset: neque tantam grandinem montana illa nubes in Italiam hoc anno effudisset. Horret meminisse animus. Et nescio, quomodo tantis rebus posteri fidem poterunt adhibere. Quæ olim gesta legimus scribentium studio evecta fuisse semper antea existimavi: faciunt autem hujus anni facta, ut illa fama sua multo majora credam extitisse. Aut ita superros statuisse ut qui litterarum gloria poteramus cum priscis contendere bellorum etiam magnitudine & rerum maritimorum admiratione inferiores non inveniremur fuisse. Et qui insignis & memorandus litterarum propagatione & hujus nostri Campani editione futurus esset annus: bellicis quoque tumultibus & armorum fremitu in aures posteriorum posset personare. Nam cum Carolus rex Francorum mortuo Ferdinando animum ad regnum Neapolitanum quod ad se spectare de vetere controversia prætendit recuperandum applicuisse: Neque impetrare ab Pontifice nostro Alex. VI. max. potuisse: quo minus Alfonsum regni corona donaret: armis jus suum vindicare statuit. Ita sollicitato Principe nostro Mediolanensi illum ne transitu per Insulæ prohiberet: Circiter triginta millia hominum exercitu controcesso: Columnensibus ceterisque ejus factionis viris potentissimis sua stipendia secutis,

## [ CCLVII ]

secutis, vulgata opinione quæ regnum hoc acquisitus esse quo sibi in Turcas facilior ac tutior expeditio foret in Italiam incredibili & phanatico quadam populorum omnium studio cum Principe Salerni apud illum exilium degente pervenit. Et de belli summa longo in Astensi civitate consilio habito cum iam tepuisse tam fervida cepta autumarent. Jamque in Gallos carmina circumferrentur. In Forlivientes primo, ubi Florentinorum & Alfonsi Duce Calabria Ferdinandus Imperatore copiæ operiri illum videbantur. Mox in Cesenatenies mira celeritate contendit. Et paucis tandem non multo tempore commissis præliis: nonnullis oppidis direptis incensisq; Florentinis imperata facere non renuentibus Pisaniis in potestatem acceptis & libertati redditis tanquam subitum fulgor in Latium expugnatis Viterbiensisbus penetravit. Circum menia urbis intra quæ Ferdinandus Prospero Columna in re bellica summæ auctoritatis viro ab Pontifice ad occurrendum furori exercitum, in Vaticano retento se receperat aliquandiu sub ipso natalis Domini MCCCCXCV. die demoratus & tandem primo ipsius anni, die & hora in vigilia Circumcisionis solo Ascanio ex prioribus omnibus comitante, Romam per fluentanam cum exercitu ingressus est. Ubi circiter mensem rebus deliberandis, obedientiæ Pontifici exhibendæ: Lustrandis divisorum penetralibus immoratus sub ipsis denique Februarii kalend. abducto magni Turci furore qui apud Pontificem observabatur: Valentino Carobside: qui mox ex Veliernis remigravit, Neapolitanam expeditionem magno animo permisssis copiis mira celeritate obivit. Atque ita superatis inaccessis motibus: expugnatis nunitissimis arcibus: Sancto Germano in potestatem redacto, dedente se Cajetano populo: Aversa: Capua: imperata faciente ad ipsa Neapolim menia quintodecimo ex quo urbe moverat se ostendit die. In qua cum Ferdinandus rex a patre jam pridem, qui regno odio populorum excesserat dictus recurreret: neque a civibus admitteretur cum exercitu: ne una Gallis prædam irent: desperatis rebus: preciosis abduxis, rebus omnibus reliquis incensis in arce se recepit. Quas cum acrius Galli obsidione premerent non fisis Germanis cum Hispano tumultuantibus custodibus classe Aenaria insula quæ fide singulari nunquam Gallum admisit petita non multa oppugnatione destituit. Quod ceteræ totius regni arcæ partim Aragonensi odio, partim timore Gallorum secutæ in fidem Caroli ne ipso quidem expectato nuncio certatim se dedidere, ut tunc auditum sit totum regnum occupasse, cum vix illud attingere potuisse arbitraremur. Hie paucis diebus urbi componendæ: oppidorum civitatum præfectis dicundis: magistratibus decernendis: vestigalibus recensendis: etiam aliquot celebratis Iudis & Veneri operam data, ubi quievit Carolus impiger, ut qui in celeritate victoriæ prater Gallorum morem constare duceret: spe totius Italizæ potiundæ concepta, ratus si Mediolanum oppressisset, facile reliquæ Italizæ imperio se potitum subito ardore contra Principem nostrum, quem jam implicitum bello Astensi adversus Aureliensem Ducem cognoscebat curæ Salernitani Neapoli relicta regressus: Per absentiam Pontificis qui Perusiam concederat illius colloquio non impetrato in Parmenses usque ex itinere Tusculanis direptis sub ipsis Septembbris calendis pervenit, ubi coactis Mediolanensium & Venetorum copiis in prælium consertis manibus bipartito exercitu descendens cruentissima utrinque pugna ad forum novum in Tarriglera confixit. Qua pugna vix evadens humanitate Italorum suis in Astensi se ægre difficulterque coniunxit. Quo cum copiæ quoque nostræ se contulissent & illi pro defendenda Novaria, quæ ad illos majori spe quam successu

[ CCLVIII ]

cessu fide defecerat: nostri pro recuperanda ea urbe acerrime instarent: ubi aliquot consumpti sunt menses: tandem foedus Rex & Dux fame Novaria confecta, æquissimis conditionibus percussere. Ut quamquam & Ferdinandus interea regnum totum solis prope arcibus Neapolitanis Salernitano inclusus Gallorum nomen servantibus, quæ quoque dedendi tempus sciverunt: in fidem rursus recepit. Et Carolus trans montes in suam Galliam soluto exercitu tam secundis bellis in ventum abeuntibus ferre se feratur: Totaque Italia iamiam Gallorum excursionibus & impetu liberatum iri videatur. Non possumus tamen non tantorum malorum angeri recordatione. Et si cuncta cum temporum brevitate: Itineris longitudine: hyemis difficultate conferantur. Vix ipsi qui interfuerimus, poterimus tam exiguo temporis spatio attonita adeo tota Italia fieri potuisse credere. At mirum est quomodo fata tulerint, ut meus hoc anno & his ipsis in lucem diebus Campanus exiret, ut credas aut & hæc minime sydera curare aut in vita non semper oportere certam rationem & consilium rebus omnibus exquirere, cum se multa ultro sic offerant, in quibus non maiorem opportunitatem vel diurna deliberatione potuisses desiderare. Nam cum presserint patriam suam immanissimi barbari, vir qui acerrimus barbarorum hostis fuerat, ubi illi excesserunt, & licuit jugum excutere visus est, cervicem in plausum & jucundissimos cantus erigere, & pro percusso saluberrimo ab Principe meo fœdere pulsandam campanam ad celebritatem festum decus & gloriam excellentissimi Ducis nostri Ludovici meis auspiciis & virginis auxiliari per populos, per urbes extulisse. Vos ergo omnes Litterati plaudite tecum: & lætitiam pro tanto Numine partaque tandem vobis quiete, festivissima campana exhibete.

Serta jam tandem populi per urbes  
Ponite & portis hederas virentes  
Floribus conspargite cuncta latis  
Edite cantus.

Litterati concelebrate festa  
Plaudite & solemnis eat beata  
Hæc dies qua tam radiavit amplum  
Lumen in orbe.

Ecce Campanus Latii decus, qui  
Eloqui tot diluit per annos  
Extulit sublime caput sub axem  
Munere nostro.

Eruditi omnes jubilate: nam quid  
Maius aetas genuere nunquam  
Unus hic omnes quatiens se in arce  
Ipse locavit.

Unus inter philosophos coronam  
Retulit dicendo: fuit nec ullus  
Altius qui surgeret: aut Ducum quæ  
Prælia scripsit.

Quid poli toto potuere mundo  
Edere hoc illustrius: hic in omni  
Summa scribendi genere obtinebat  
Culmina solus.

Linquite o meste tumulum Camene  
Pulvis illic exiguus: per omnem  
Splendidus nostra ille ope post tot annos  
Evolut orbem.

Principum aulis Pontificumque vivet  
Sempiterno non periturus ævo  
Faetus immortalis obibat ille  
Qui prope totus.

At preco: Campane nihil querare:  
Neve succense mihi quod minore  
Exeas quam par fuit e tenebris  
Conitus arte.

Plus homines quam jam potuere vires,  
Et quod e tanta tibi nemo turba  
Solius virtutis ego peregi  
Captus amore.

Dive Campane.

## MICHAELIS FERNI MEDOLANENSIS

*In Joannis Antonii Campani, Viri virtute illuftris, Poetæ & Orationis Clarissimi, a se editam Vitam*

## P R A E F A T I O.

**Q**UAM magna, potens & sublimis virtutis sit gloria, facile ostendit, quod illius laudes præconiumque nulli hominum unquam recusavere: Et quo quisquis præstantior inter mortales & virtute ipsa ornator se præstítit complures ad illius gesta: dicta: scripta celebranda accessere. Hinc vir ille præclarus Plutarchus viorum illustrium vitas, quæ memoria digniores viderentur præscribendas sibi delegit: virtuti illorum uberrimum præmium datus: si æternitate suis scriptis donarentur. Nostri postea in latinam orationem illas vertere. Eo omnes certe consilio: quoniam intellegent illorum exemplo reliquos ad virtutem capessendam excitatum iri. Sic nullam ætatem futuram esse: quam viri æternitate ob præclaras res domini: militiae: pace: bello: gestas digni non illustrarent. Inter quas quidem Plutarchus ille plus rei bellicæ & militaribus viris indulſisse videbatur. Variinus vir unus mea sententia in hac nostra facultate doctissimus, Platonis & Aristotelis ex integro conditas ad calcem videtur locasse ne nobis viri quoque disciplinis illustres: quoniam aliena vita nobis perhibetur esse magistra deesent: Quorum contemplatione nos quoque ad philosophiam & bonarum litterarum studia erigeremur: erecti incenderemur: incensi proficeremus: proficientes laudari ipsis aliquando & virtutis lauream gestare pariter promereremur. Illius ego exemplo videor opera pretium facturus: cum in lucem Campani opera tanto labore vendicarim: hoc quoque si tam probatissimo sudori accedat: ut illius vitam tradam posteritati: Res certe ingenio maior meo. Sed quam mea in illius virtutem pietas non finit me refugere: tanto ampliorem consecuturum laudem spero: quanto imbecillior animo vaſiōri pro virtutis preconio provinciam gravissimam non expavero obire.

## A D L E C T O R E S. In Vitam.

PARCE precor maledictis lector: libet paucis te compellare. Scio iam quid accuses Panægyrim me celebrare, non vitam condere: hoc reliquos vitarum scriptores non tam non observasse: quam tanquam alienum ab instituto refugisse. Censem me Campani vitam viri tanti sine laudum intersultatione prescribere potuisse? Quid Tranquillus? Quid Julius Capitolinus? Quid Lampridius? Quid Helius Spartanus? Quid Plutarchus? Quid Erodianus? Quid postremus noster observarit Platina haud ita nos fugit. Quorum & si non omnis fortasse a nobis prorsus abhorruit: Ego certe aut genus hoc scribendi novum nuper attuli: aut effeci ut qui inter ceteros Campanus non esset: stilo quoque absimili celebratus ad posteros posset pertransire. Tu ut voles pro arbitratu percense: nam tibi suffragium supposcens pallium trahit nemo. Id tamen sedulo si introspexeris fassurum te non dubito: nihil me præter veritatem omni hac lucubratione attulisse. Ac ve-

reor magis, imo nihil addubito: multa dedisse silentio: plurā etiam minus quam res exigeret ipsa decore retulisse: non desines increpare. In altero quoniam nec interfui cum vixit: nec omnes unius hominis vitam gesta: dicta: facta singula potuere pernoscere minus judicabor peccati admisisse. Alterum autem ingenii tenuitas facile poterit excusare. Ego nunquam tam abalienati animi, nec a recto mei iudicio absens fui: ut quod plerique omnes vel modice litteratuli de se sentiunt: ipse luculentem aliquod sperem edidisse. Et plane nulli dubium rebus omnibus orationis splendorem dignitatis plurimum atque majestatis addere, & saepe incondita gesta scriptoris claritate venustatem & gratiam acquirere: ut mihi videar circumsonantes Campani manes de me quærentes semper audire, quæ temerarie illius peractæ gloriam vita ausus fuerim stilo tam rudi impudenter attaminare. Vestra hæc viri eruditæ fuerat provincia. Verum date veniam si prærepta: Nam quam vos de vestris benemeriti Campani studiis memoriam negligere videbamini: eam ego non sum passus utcumque fas fuit in illius iniuriam, & vestram notam diutius contabescere.

### Contra detractores ad CAMPANI gloriam.

Malæ quot linguae lacerabunt labores  
 Tuæ Campane vitæ gloriam nostros  
 Continentes: quibus magis sapit nihil  
 Quam aliorum rodere scripta: qui nunquam  
 Aliiquid ipsi protulere, in quo valeant  
 Sua errata recognoscere: Sed cave  
 Tu quoque nefariis, quem non abstinebunt  
 Ausibus impetere: sicut perfidia est  
 Eorum, ut soli videantur adhibere  
 Ad omnia nasum: veteres: non quoque nostri  
 Absque calumnia; sed illa suprema  
 Blatterantium facere floci gloria  
 Ineptias virum: præclarus triumphus  
 Ex fero semper ille qui paritur hoste.  
 Meo vive munere Campane: vive:  
 I vagus populos, vagus per urbesque:  
 Redite ad heliconios latices deæ  
 Simul quæ occideratis simus erectæ  
 Bonis plaudite litteratis Camœnæ  
 Apollo duæt choros iterum vestros:  
 Caballi: vatum: celebretur decusque  
 Inter orandi Patrum graves coronas:  
 Et omnis orbis repetitos honores  
 Audiat: ac in excelso resulgeat  
 In titulos nostros sublimis gloria cœlo.

D I V O . : S U O . :

JOAN. ANTON. [I] ALEXANDRINO

*Patrum optimo, Cardin. meritiss. summo. utriusque Referendar.*

.:. S A C R U M .:

PER MICHAELEM FERNUM MEDIOLANENS.  
EX PIETATE.

**P**O STEAQUAM in hanc vitam , & hoc quod undique patens & aper-tum prospicimus cœlum editus sum Pater Reverendissime ( accusent quantum velint : qui me glorioſius de me fari judicabunt ) ſemper id ego ſum conatus : vivus ſolum ut viverem : functus ſuperſtes eſſe aliquan-do poſſem . Quod unum cum ſæpe quomodo praefare poſſem cogitarim : præ-terquam clarorum virorum prælidio : Virtutum ſuffragiis : & litterarum lu-ce non inveni : Itaque quantum humana permisit imbecillitas : quantum anguſtia rei domesticæ paſſæ fuit : quantum aſtra nobis affulſerunt : ſi ca-terra exiliter & preſſe haſtenus confeſetus ſum : hoc certe uno foelicifimum me ſemper juſdicavi : quia tu in hac alma Terrarum Principe Roma , hac noſtra tempeſtate , & hoc ætati noſtræ curriculo extares : qui virtutibus omnibus ipſe quidem longe præditissimus quoscumque audias ad litterarum ſtudia : ad bonam virtutum frugem capiſſendam anhelare conſiliis : opibus : auctoritate : officio non definiſ ſipientiſſime tanquam e medio coeno manum porrigens attollere , erigere , ſublimare . Quod cum quotidie facias : ſentiat-que optimus quiske quanta charitate ſe complectaris . Ita tamen cavisti , ut malis occulſe auxiliari , confovare , juvare : quam publice beneficus præ-dicari : conſciencia beneficentia , quam praeconum aura & populari plauſu glorioſior . Quamobrem intelliſgo & mihi a diis immortalibus firmiſſimum virtuti : ſi modo illam totis viribus complectaſtanur : in te eſſe propositum præſidium . Et jam charitatis in me tuæ cum conſiliis privatis & monitu ſapientiſſimo : tum vero præclaris laudationibus & publico ſuffragio ſigu-a ſpectatiffima elucent : Hortatus ſæpe judicialia haec ſubfellia forenſemque actionem : quibus me me prope pollui cenes , dimitterem . Totumque me philosophia ſtudiis , & ſacrarum litterarum cognitioni traderem . Mox apud Pontificem ultro ita me commendaras : ut niſi Principum , in quorum ma-nu ( proh dolor ! ) hodie res eſt ſacra : libido obſtaret : in pulcherrimum vi-tæ ſta-

[1] *Joannes Antonius de Sancto Georgio*, pa-tria Placentinus, vetuſta nobili gente *Sangior-giorum*, publicus Papia Legum professor, & San-cti Ambroſii majoris Mediolani Praepofitus; Ale-xandrinus Epifcopus primo, tum Rota Romanæ Auditor, & demum Cardinalis ab Alexand. VI. Pontif. renunciatus eſt. Falſo itaque Fernus ho-mo Mediolanen., ampliſſimum virum compatrium ſuum appellat, qui revera Placentia lucem vide-rat. At ignoscendum Ferno, quum & in ejus Ce-notaphio in D. Celsi Templo Romæ extanti le-gatur:

HIC SEPULTUM Eſt CORPUS R. D. IO:

ANTONII DE SANCTO GEORGIO ME-DIOLANENS.

Sed haud miretur Lector, Oldoinus ait, Me-diolanensem Joannem Antonium fuiffe appella-tum, cum revera fuerit Placentinus, ibi enī qui Epitaphium illud ſcripsit ( idem de Ferno dicendum ) viſus eſt perſpexiſſe ad Mediolanen-ſem Prepoſitaram qua ante purpuram fulgebat, & eaſus denomi natione etiam Cardinalis per ora mortalium voliſtabat . Vide laud. Oldoinum Tom. III. pagg. 167. Ceterum haec Epiftola Li-bris de Ingratitudine fugienda a Campano cor-scriptis , praefixa eſt .

tæ statum collocasse me videretis . Morula opus est : Et hanc altissimus  
 (spero equidem) in melius fortunabit. Interea ego ne ab animi proposito  
 mei vel momentum abscederem Campani Episcopi Aprutini Oratorum , qui  
 unquam fuerint post unum Ciceronem facile Principis monumenta non mi-  
 nori impensa quam labore meo & sudore maximo edenda curavi . Qua una  
 re videor mihi tantum studiosis eloquentiæ & bonarum litterarum cultori-  
 bus consuluisse : ut jam quem alium æmulentur : ad cuius eloquentiæ stilum  
 se componant : si Campano nostro , vel minimum intenderint quoquo in  
 scriptorum genere non sint quæsturi . Jam præceptis elegantiaæ latinæ tota  
 referta videtur Italia : dum se quam maximo quisque præpollere ingenio ni-  
 titur ostentare . Nemo tamen a natura confecitus haecenus : ut simul &  
 docere & præstare idem potuerit luculentissime . Campanus vix dum xxx.  
 natus annum : eam famæ celebritatem Rhetor Perusiae profitendo sibi tota in  
 Italia comparaverat : ut Principum jam quisquam non esset , apud quos il-  
 lius nomen sanctum & venerabile non haberetur . Quorum res gestæ æter-  
 nitati ab hoc uno : cuius viætura monumenta jam tum perspectum habe-  
 bant commendari non expeterentur . Hinc illa fuit eximia Balionum in  
 hunc charitas , apud quos complures : ut erant illi nobilissimi populi Peru-  
 sini Principes magno honore habitus annos confedit : quoad in urbem au-  
 gustioribus fatis doctissimi cujusque præfulis precibus allectus est . Hinc &  
 illa in omni vita Ferdinandi summa Alfonsi , Cosmæ , Petri , Juliani , Lau-  
 rentii , Federici , Sigismundi , Patrum , Pontificum , reliquorumque Italiæ  
 nunc Principum benivolentia . Huic quantum perspicere datur , & hi recen-  
 sent : qui illi arcta familiaritate copulati extiterunt : ocio & desidia nihil  
 detestabilius fuit : Itaque cum animum ad scriendum aliquid , quo & cæte-  
 ris mortalibus proficeret : & ipse nominis immortalitatem : quod qui non  
 quærerit dignus est ipse nunquam vixisse , consequeretur : publicis sicut suspi-  
 cor in herilem familiam excitatus injuriis De Ingratitudine fugienda : li-  
 bros tres conscripsit : Opus imprimis quidem ipsum novum , & ex penitissi-  
 mis philosophiæ adytis haustum & undique divinum nescio quiddam sen-  
 tentiarum sublimitate spirans : & quale non junior ille , sed annis & con-  
 filio maturus divisorum quispiam quos nostra religio præcipuos colit evigi-  
 lasse videbatur . Oratio ipsa sonantissima & antiqua omnia : Industria in-  
 conquirendis exemplis : sed quibus? mirificentissimis & quadrantissimis , plus  
 quam humana . Græcos imitatus in uno hoc disputationem texuit : In pro-  
 ponendo nihil exuscitatius : cuncta perveftigat : acer meditatur & profun-  
 dus ubique . In colligendo : partiendo : disponendo : tersus , nitidus & in-  
 teger . In revincendo : confutando : concludendo : comis imprimis semper  
 atque jocundus . Alioquin vehemens & erectus fide veritatis & auctoritate  
 conspicuus . Nihil publici juris : nihil defyderatur privati : rerum & exem-  
 plorum copia & ubertas quanta obflupescas : In aliud quemquam non in-  
 venias . Acutie ingenii qualem posteri in suos requirent : non progignent  
 sæcula : illi non invenient . Hoc ego tibi pater amplissime quando pro tan-  
 ta tua in me pietate quid referam habeo vix aliud nihil : & minimum in-  
 ter ingratos habet ille locum : immo inter ingratos habendus non est : nisi  
 gratissimum se præstare , illum etiam contenderim : qui & referre beneficia  
 cupit : & refert quanta maxima per se potest . Neve quid oblivisci me tuæ  
 dignitatis putes : & laborum nostrorum in tam multiplici & aversa fori e-  
 xercitatione partem agnoscas : præter cætera de veteri edentium ritu dic-  
 are statui : doque votive dicoque . Unum me hercule ex omnibus illius ope-  
 ribus .

[ CCLXIII ]

ribus tibi hoc convenire cum cæteris , quæ ad illud idem scribendi genus spectare videntur adiectis judicavi : Quod & si primarium tibi Cæsarei juris atque Pontificii extiterit studium semper : quod in Principe tam gloriosum & illustre est , quam necessarium : In quo adhuc tibi mortalium nemo pedem conferre potuit . Dixisti tu sœpe tamen cum summo auditorum plausu : & in his humanitatis studiis longe floristi : ut amplissimam inde laudem quoquo etiam die : neque apud eruditos , consequare . Et tuum doctrinæ disciplinarumque & institutionis humanæ foetum ingenium : Inde fæcæ compositiones : quotidianaque per assiduas concinnationes annotamenta : hunc maxime edocendi humani generis morem , & hæc ad eruditionem animantium omnium : domi & in umbra : ab foro & ambitu conscripta documenta : in dissimilibus studiis cognatione effectuque comparili videntur exposcere . Accedit quæ ipse ab hac ingratitudinis fæcitate semper absuisti : qui non tam referre , quam concumulare beneficia omni vita contendisti , ut nemo te gloriosius vexillum hoc adversus perfidos munificentia & liberalitatis hostes possit pretendere . Porro qui cogitationum mearum dux semper & moderator extitisti : dignus videbare , cujus Sydus Numenque cunctas meas lucubrations deberet tanquam face cœlesti prælustrare . Lege pater amplissime , quæ tibi a tenebris & interitu arrepta exhibet servus tuus Campani opera . Nam ausim dicere post peractos dijudicando orbi : & re christiana liberanda labores : ad quod tua sola divina virtus te jam pridem ascivit : hac una lectione gratius nihil : sanctius : jocundius poterit contingere . Vale simul pater Candidissime : unicum cumulatissimæ sapientiae naturæ opus . Et ad tuum Michaelem compatrium tuum : addicticum mancipium tuum , quod facis : Mi Dive : spes mea unica : aliquando respice .

A D E U N D E M.

Dive procellosi liberator maxime mundi  
 Accipe Campani scripta beata mei .  
 Ingenium , cuius superarunt sœcula nulla :  
 Ulla nec æquabunt posteræ quæ venient .  
 Inter philosophos naturæ archana tenebat :  
 Ille lyra princeps : ille solutus erat .  
 Ibit in ingratos galeatus te duce tandem :  
 Et quæ concoxit fervida bella geret .  
 Publica florebunt docili moderante magistro :  
 Ornabit thalamos gratia prisca novos .  
 Thrasmenique lacus stantes lustrabimus oras :  
 Et veterum censor quilibet esse potest .  
 Gratia sit superis : nostro sudore legetur  
 Qui modo Campanus poene sepultus erat .

## [ i ] N U M I N I S U O

*Salutaris Urbanæ Crucis Antistiti Maximo [ 2 ] B. Card. Ampliss.  
Pro :. Meritis :.*

## MICHAEL FERNUS MEDIOLANENS.

JAM pridem, PATER REVERENDISSIME, flos illæ linguae latinæ & discendi ratio : & quicquid nobis vivida vetustæ charis posteris annixa fuerat demandare obmutuisse & hominum seu nimia simplicitate : ut qui phaleris orationis bonum recte loquendi usum religiosiuscule contemnebant : seu Barbarorum injuria : qui cum imperio Latii sermonis candorem confundere depugnarunt, concidisse videbatur. Cum ad nos tanquam alterius orbis homines denique respexit omnipotens : Et tantam miseratus pius & misericors dominus jacturam novum condere saeculum : Romanumque imperium, & litterarum splendore excitare : & in pristinum fastigium: lumen : auctoritatemque reponere statuit. Primo in pulcherrimum totius orbis hominum divorumque domicilium terrarum Principem Romam e Galliis Pontifices devocavit. Inde praelara virorum ingenia : altera imperii Christiani lumina : veterem quæ litterarum situm squaloremque excutenter de summo Cœli cardine : quasi passa in Italiam totam manu : parvo temporum regionumque intervallo dispersit : Ut non tam non superari nos ab antiquis cognosceremus : quam quomodo posteri nobis possent æquari desperarent . Alios ergo rei Latinæ Latianeque supellestili curandæ præfecit : ut Vallam : Tortellum : Domitium : Varrinum : Syponentinum : & unum postremum Nestorem Dionysium virum religione spectatum : Quorum fuit in inquirendis & Grammaticæ & pudicæ elocutionis præceptis, & interpretandis Poetarum abstrusis sensibus diligentia tanta, quanta ne major quidem ab ipsis rei latinæ auctoribus impensa . Alios concinnandis poematisbus addixit: ut Philelsum : Boninum : Tyfernatem : Carmelitam, & alterum postremum Platum Platinum virum gracili in corpore: ingenio amplissimum: Quorum tantus splendor in carmine fuit, ut ipsum incinusse in Italiam Apollinem sublimi de vertice Parnasi: credendum si fabulis, videatur. Alios historiæ & fidei rerum maximarum ubique gestarum posteris demandandæ incumbere dedit; ut Simonetæ : Aretino: Blondo: Platinæ: Georgio Merulæ: Qui tanta in recensendis Principum nostrorum saeculorum gestis maiestate : & orationis cultu tanto cuncta expresserunt, ut nemo ipsorum letione non capiatur. Alios in philosophia : & fabulis ex ipso disciplinarum penu: salebrosisque exolvendis & explicandis fabulis: quarum coecitate profundi poetarum sensus turpi ignoratione latebant, excubare voluit, ut Petraracham: Poggium: Bocchacium: Quorum si monumentis paulo exsuscitatus intendas spiculis omnia plena & eruditione invenias. Alii tanquam in metallum & lapicidinarium ergastum damnati transferendis græcis: & Atticarum

[ 1 ] Epistola præfigitur *Orationibus Campani.*

[ 2 ] Bernardino nempe *Caravajal*, natione Hispano, patria Placentino, Episcopo Carthaginensi ab Innocentio III. dum Hispanicam Legationem obiret inter Presbyteros Cardinales co-

optato, sub titulo primum SS. Petri & Marcellini, deinde Sanctæ Crucis in Hierusalem. Roma Ann. MDXXII. migravit e vita. *Ciaccon.* Tomus III. pagg. 184.

carum traditionum in hanc nostram rempublicam litterariam importationi infudarunt; ut Lapus: Donatus Aciarolus: Marsilius: Politianus, & ex his quos commemoravimus complures: Quorum translationes quantum lucis nobis attulerunt, ignorat certe nemo. Unum denique Pium in terris Principem summum esse voluit, qui ibi cuncta dominaretur: & supra humanum captum ingenii felicitate in cunctis praestaret: Pium, inquam, unum Pontificem II. Maximum unicum Romanæ linguae splendorem; in quo rerum omnium scientia summa: traditionum latinarum castitas summa: summa observantia: cum summo totius orbis imperio: quod utroque illuxit in Cesare: longe lateque promicarent. Tum velut certus fatorum sic deposceret ordo: ut qua quisque Princeps virtute clarissimus insignitur ea præditissimos viros tunc quoque astra progignent. Ne Pio alter Cicero deesset Campanus eluxit: Vir & hic quidem Arpinas obscuris ortus Cavellis emicuit: Cujus fortuna viventi minor: Ingenium certe par: in morte calamitas prope simillima fuit: At in quo fortuua hebetior fuit: non illius consilii improbitas: aut liventiora merita prohibuere. Ipsa mors Pii tam insperata intercepit, abstulit, derasit omnia. Scripsit Cicero in philosophia multa: Multa ad forensia contulit negotia. Multa scripsit Campanus & in philosophia: & quæ non minori gloria: maiore dignitate, & sanctiori conatu intra sacrosancta vestra recitavit subsellia. Et ubi plus intumuit Cicero, unde ampliorem consecutus famam: in eo dicendi genere ætates reliquas ab ipso Cicerone idem Campanus superavit: spem æquationis cæteris eripuit. Nam cum omnia præclara sint splendide & luculenter a Cicerone scripta: in orationibus tamen tantum exurgit attolliturque sublimis & arduus, ut ipse sibi impar seipso maior efferri videatur. In cæteris frugali eloquentia contentus limatus emunctus: in istis redundans sonorus & magnificus. Campanus limpido de fonte tanquam per calculos lucidos fluens: compositus: integer: renideri stilo, venaque excussa; quamcumque aggressus est materiam: eandem divina eloquentia sua salibus & tinulo cursu illustravit. Cum vero aut de diis immortalibus: aut de disciplinis: de ritibus christianis; denique panegyricum aliquid commolitus de laudibus hominum eorumque aut vivorum aut functorum pro suggesto dicendum: tam grandis, & augustus naturalis, & proprius, editus est: ut ipsum prope eundem non agnoscas. Nihil illi accersitum; Turgidius nihil: nihil iactantius: ad ambitionem elaboratum: Nihil populare & plausibile: Exemplis dives: Inventione admirabilis: Amplificationibus acer & collectus: in repetitionibus non nimius & semper varius: Utilis & ad efficiendum potens: ubique perspicuus sentiarum gravitate refertus: ubertate locorum venusta & optabili quantus ab illo ipso Cicerone aliis non auditus, & illo quoque uberior & acutior saepe iudicatus. Orantem nemo unquam audivit quem sonantia illa valido latere, & antiqua non rapuerint verba. Stabat solio immotus stupidus oratorum maximus hic cum pro sacris diceret orator facundissimus nunquam interituræ memoriae Pius. Stabant quique doctissimi viri: ut cum hic diceret ne minimum quidem hiantiorem halitum posses audire: & plane fatentur omnes gemina altera mundo lumina illuxisse, quorum alterum in litteris & imperio principatum teneret: altero majus in litteris quicquam natura producere non posset. Verum quid ego haec tandem? Horum certe omnia Macte virtute pater Reverendissime spectant, ut intelligas Campanum oratorum omnium quos priora sæcula audierint: aut posterio-

ra ferent maximum extitisse : omnibus numeris absolutissimum . Et me pro virili bonis oratoribus , qui huius vestigia ingredientur non mediocriter ad bonam frugem capessendam hac monumentorum illius editione consuluisse . Ex quibus votas Numini tuo pridem Orationes jam tandem tibi exhibeo . In quo cum ad cæteros quoque deos certa sit hostiarum observatio : nihil unquam omni vita rectius a me factum esse cerno : dum Tuttæ tuæ disertissimum oratorem subiicio : qui ipse maximus gravissimus que nostræ ætatis orator habere : & quem audii ego : inter patres totiens maximis de rebus amplissima cum laude concionantem : ut quod referunt cæteri in Campano ipse in te sæpe fateri possim demiratum esse . Addam vero illud , quod in te plus sacrarum rerum cognitionis : & inter theologos omnium confessione haberis princeps , atque ipse quidem sunimus . Qua re ita facundiam a natura tibi ingenitam : arte & studio ad ultimam tersicem deductam sacris sententiis quasi flosculis & leætissima gemma decoras refarcisque , ut æmulentur boni : invideant mali : assequantur nulli . Tua in me pater amplissime tanta spe quadam & virtutis expectatione effulgit benivolentia tuaque in me tam maxima extitere & quoquo polliceris die beneficia ; ut exiguitatem oblati muneric : utpote exile quoddam papyri atrati involucrum cum cogitem totus obtutu tuo confundar , & mei vis compos consistam . Mox cum Campanum qui intus mirandum sonat dimentior mihi redditus e vestigio reficiar , quod ille ingentem se exhibebit & redimet utilitatem papyri præclara illius eloquentia gratiamque sibi undique per se comparebit . Tum molla Diis pauperes sæpe constat litasse . Et sunt superis minima grato , quæ exhibet animo egens , inops , æque ac maxima , acceptissima . Tu maxima ex parvis qui par diis tam dare quam potes efficere hoc hylariori fronte has orationes excipies , quo & magis illa Campani præstantissima sit virtus promerita . Et ego litterario hoc munere , quod ex Acherontis manibus & medio prope lætheii gurgitis haustu ad superos vindicavi : nihil tibi & cæteris mortalibus maius , si non auro & gemmis : stili candore & orationis elegantia : meaque & in te & in doctos homines fide & observantia certe afferre potui . Vale & ex commendato commendatissimum tuum Michaelem servulum tuum clitellarem habe .

## E I D E M .

Ecce beata dies tanto mihi parta labore:  
 Campanus nitidum protulit ecce caput.  
 Iam tandem superos & clara cacumina mundi:  
 Deserto repetit gloria celsa stygæ.  
 Quæ fuerant olim tanto celebrata nitore:  
 Cedent Campano scripta minora tuo.  
 Se tibi vel funetus devovit Maxime Patrum:  
 Qui tuus in vita quippe futurus erat.  
 Iudice te populos penetrabit tutus & urbes:  
 Conferri poterit vix puto iam Cicero.

## [1] PIICOLA MICHAEL FERNUS

*Piisei Campani Restitutor, Piccolomino [2] F. Card. Reverendiss.  
Auspici suo, pienter reposuit.*

NON possum satis demirari, Pater amplissime, in tanta librorum im-  
pressione quæ tanta oblivio: quæ tanta nescio dicam negligentia, an  
bonorum ingeniorum liventia nostrum Campanum inter latebras: in obscu-  
ro defordescere: oblitterari: & prope deperire pateretur: alterum certe no-  
stri ævi decus & ornamentum: Unicum vivacissimi ingenii & eloquentiæ:  
non dico rarissimæ, verum post unum Ciceronem nunquam postea auditæ:  
& quale posteri requirent in suos: exemplum ab natura: & diis immorta-  
libus ad ostentationem potentiarum suarum & delitias in mortali corpore uno om-  
nium virtutum concumulandas proditum. Heu desidia: heu livor! Evidem  
nulla admiratione capior, cum cogito tota præclara veterum monumenta  
concidisse: quibus non solum res latina illustrari poterat: Verum quæ  
si extarent multarum rerum cognitionem nobis afferrent: sicut Livianæ De-  
cades: Sallustiana historia: Trogii Pompeii: Q. Curtii: Fastorum Nasonis,  
multorumque aliorum pars bona: quoniam constat formas has nostras littera-  
rias nondum in lucem tunc prodiisse. Et erant omnia ingenti comparanda  
nummo: ut is inter speciosissimam divitiarum ostentationem maiores crede-  
retur conflasse, & prope regias opes: qui numerosiorem bibliothecam conges-  
sisset: Et potuere bella & impetus Barbarorum multa delere. Nostri tu hæc  
omnia quotiens non libris modo, sed ceteris etiam opibus spoliata fuit Ita-  
lia. Cæterum longe dispar Campani ratio. Nemo illius scripta non admiri-  
ratur: non inter penitissima scrinia Thesauri loco recondit. Et dum discer-  
ptum unusquisque illum sibi asservant: membra plusquam impie & imma-  
niter divellunt: corpus unum non curant. Neme bonus litterarum cultor,  
nemo virtutis studiosus propagator: nemo ingeniorum illustrium verus ama-  
tor illius gloriam, quam singuli admirantur: in summa Italæ quiete: in  
mirifica impressorum facultate & copia curare videbatur. Utinam aliquan-  
do delectus ab istis mancipibus habeatur, qui dum omnia formis commit-  
tunt nullo delectu rem litterariam contaminare mihi videntur. Et quo uno  
nostra gloriari poterat ætas invento vereor ne præstabilius non inveniri fuisset.  
Nemo tam illatinus, & tam postremæ ruditatis, tam obsoleti ingenii  
nebulo, qui ineptias suas depromere non audeat æternitatemque ex petu-  
lantia & temeritate sibi despondere. Si quos bonos auctores nanciscantur  
eos domi magistros ad imitandum sibi in abstruso habent: ut quod inde de-  
sumperint ii ipsi nuper attulisse, frontosi homines videantur. Quod unum  
mea sententia effeci: ut bona iugenia plerumque diutius delituerint: sem-  
per edita pravissima: quæ dum lucem sibi querunt caliginem ac nubem no-

11 2 bis

[1] Epistolis Campani hæc Epistola præmittitur.

[2] Scilicet *Franciscus Todeschinus* Piccolomi-  
neus, ex matre Laodamia Pi II. nepos, & ab  
eo in familiam Picolomineam adscitus. Cum vix  
secundum vel tertium supra viagesimum annum  
attigisset, Cardinalis delectus est, Patruique ve-

stigia secutus, viros doctos peramavit, ac litteris  
sedulo incubuit. Plures leguntur ad eum præstan-  
tissimorum virorum Epistolæ *Sabellici* nempe,  
*Ficini*, *Campani*, *Politiani*, *Barbari*, *Manu-  
tii*, & aliorum. At præter Epistolas quasdam  
doctissimus vir nullum reliquit publicum studio-  
rum suorum testimonium.

## [ CCLXVIII ]


bis piceam important. Non potui ego denique, Pater Reverendissime, ubi tantus vir innotuit mihi conquiescere quin ad suam gloriam Campanum vel maximo meo incommodo: meo maximo sudore raperem. Furebant bella. Galli depopulaturi urbemque excindere jam videbantur: cunctaque ferro igni cessura: Hoc ego ardenter erigebar. Campanus mihi noctu: Campanus mihi interdiu: in foro, in mensa: ante oculos obversabatur. Percant si cætera polite Campane tu vives: Tu festum ære sonoro tibi conciebis: Campana media in Italia sono incredibili sotipos excitabis: dissipatos litterarum cultores convocabis. Per Deum immortalem quid aliud, quid aliud? mortales quærimus: quo illas opes tanto anhelitu conflamus? si non excolitur quæ una superstes nobis erit virtus: si non curentur ingenia: si bonis litteris non est præmium: si contemptui: si obprobrio habemur studiosi quæ reliqua mansura de nobis est gloria? Fatebor equidem nec glorioius de me loqui: quoniam ita est, addubito. Quantus meus quantus est in conquirendo victu & cogendis pecuniis labor: Toton eo spectat, ut ad virtutem conferatur: ubi si proficiam exiliter, id non lentescentis & prope exanguis conatus nostri; sed fortunæ nescio, qua contingit iniuria: quæ me ad forum vel invitum educavit barbarie plenum. In quo dum non alia se mihi obtulit conquirendi victus ratio prope hoc exiguum emarcuit litterarum studium paulatimque suo nitore deradit: & ceteræ virtutes interdormiunt, sed ad Campanum. Tuas igitur propere petii ædes, quæ illius disciplinis juniorem te imbutum audieram: præclaraque illum & immortalia exte, & a divo illo Pio avunculo tuo Pontifice maximo: nunquam gloria virtutum: rebusque maximis gestis interituro beneficia: sicut vobis peculiare fuit & genuinum celeberrima quæque: ipsi in primis quæ consecuti essetis confovere ingenia, retulisse. Hinc ab Lucentino viro quidem probatissimo multis precibus: spe illata maiori quamplurima habui. Tu cum in sermonem de illo quibusdam prope benivolentia manentisque charitatis & observantiae pedibus mecum venisses: Ita illum persecutus es: ut discipulus gravissimus tantis laudationibus maximum honorem, vel inde promerere. Me vero hoc impensis jam plus quam mediocriter calefcentem succendi: quo tu cuius doctrina parem hodie facile haud invenit, ut qui divinam vel a vunculi vel istius eloquentiam haufisti totam, solusque utraque nostro avo afferves: tam amplissimis laudibus illum extulisti. Circumtuli inde oculos: scitatus sum: & cuncta si quod usque illius esset collustravi. Dicam tamen nec me syrnosa oratio compescet, dicam: Visa sunt mihi Campani opera divinum quoddam corpus: divique demortui spolium. Quod ita doctissimus quisque summa veneratione discerpserat, ut cogi posse totumque conferri desperarem. Tenacissimus quisque fuit illius & quorum potior esse debuit cura illi oscitantiores sese persisterunt: hos verbis allexi: illos sponsionibus exuscitavi: istos precibus: illos contumelia agitavi. E Mediolano e Cremona e. Perusia: Ex Senis, Ex Florent., Ex Vaticana bibliotheca: Ex ipsa passim Urbe multa contraxi. Jam denique compos voti illum in lucem: & ab oblivionis iniuria vindicavi. Quanta, dii boni, rei litterariæ auctio: quanta studiosis omnibus læticia parta! Et quo maior erat illius fama quam lectionis copia, quo maior expectatio & vehementius desyderium: hoc solidius editionis gaudium & expressior erit gratia. Poterat is autem sine duce, sine Numine, qui totus Numinis: totus maiestatis plenus est: undique expectatus: in populos: per gymnasia: per regna: per urbes suo ipsius fulgore subnixas incedere. Nolui ego tamen ceteris plus sapere: & volui, qui fuit

## [ CCLXIX ]

fuit eruditissimorum omnium: morem edendo servare. Et cum tuæ familiae acceptum haberi debeat quicquid luminis ille nobis contulit, in qua altus: & ad præclaras dignitates, spem etiam maiorem: ni fata adversata fuissent sublatus: ad hoc quod toti orbi perferetur bonum fomenta accepit. Ita tamen discrimen quoddam inter Patres adhibui, ut tu epistolarum dicatione, quas tuo Numini sacramus, contentus esse posse: quibus conscriben- dis sub te addictus fuit: In quibus tu frequens cum magno Papiensi altero familiae vestrae alumino magnam excrescentis voluminis partem effecisti. Tum vel maxime quæ prima illa est de Pio tuo nunquam sine religione quadam & recolenda præfatione nominando tanto candore: tanta ingenii acutie: ex earum quas percenset rerum fide & veritate: epistola, quæ nisi te Jani- tore ad reliquias aditum non debuit aperire. Unus mihi porro in cæteris expeditus & necessarius in Campano supervacaneus & ineptus: illius si qui- dem & operum suorum quopiam præclaro præconio commendandi ereptus est labor. Nam & tu ea es in tuos charitate, ut etiam functis illis qui- dem nunquam obliviscaris: & illius divinam eloquentiam, summamque in epistolis elegantiam: festivam gravitatem, & miram ubique dignitatem qui volet commendationibus prosequi is mihi nil aliud moliri videbitur, quam dum non potest suo ingenio illius laudes æquare manifeste illi detrahere. Sunt Ciceronis epistolæ familiares quidem, & ad Atticum luculentissimæ: Et quales parens illæ eloquentia non alias potuit conscribere: Plenæ lucis & magnificentia: plenæ dignitatis & maiestate illa Romana admirandæ. At quas si imitari volueris possis sane: sed ita ut cogaris ab eo quod ipse afferre velis parem dum niteris dignitatem asequi: sicut alienum pallium nunquam nobis recte coaptatur, longe abscedere: & quicquid scripseris non animi judicio & sensu, sed ipsorum videaris verborum gratia scripsisse.

Sunt Plinii item epistolæ, quarum tersiciem nemo adhuc desinit admirari: fortasse aliquanto intercisa nimis & elucubratæ: quod qui eniti voluerit, ejus debet esse memor posse id laboris ope quopiam expectatiore maiore cum laude impendere: quando epistola ea esse debet quæ non emuncta sed e manibus videatur ipsa prope excidere. Sunt & Philelfī: sunt Petrar- chæ, & sunt aliorum quamplurimæ: Ut hæ omnes incertitudinem scriben- di hoc suo epistolarum cumulo videantur attulisse: nullæ pro necessitate consuluisse. Hic mores carpit: totusque ad ostentationem quandam proten- ditur bonitatis: ingenii: doctrinæ: ille perduro quodam stilo: quas ipse aut confinxit partim epistolæ, aut partim in scholis declamarat, nixus est ad posteros demandare. Campanus ea fuit ingenii præstantia, ut nihil non ele- gans: non posteritate dignum posset præscribere. Consolatorias scripsit: scripsit commendatitias: scripsit absens a negotiis innumeræ hortatus ad studia. Laudavit virtutes: monebat, petebat, rogabat, contendebat: nul- lo labore, minori cura, pauciore diligentia: ut excidisse non viderentur ex- scriptæ. Omnes nihilominus summam elegantiam: summum nitorem afferre: ad eruditionem nostram, ad spectatos mores inventæ. Ridet cum pari- bus: ludit: iocatur quod aiunt spiculorum & salis plenus, ut nihil delecta- bilius, mordacius, sapidius nihil. Si quando assurgere res postulat: & ma- iestatem personarum libet epistolarum dignitate æquare. Tam grandis attol- litur, ut cum cæteris in aliis: hic protinus Ciceronem eum exclames su- perasse. Et est in Cicerone maiestas quædam sumptuosa, & plena auctori- tatis & magnificentia. Sed quam & Campanus præstat adamassim. Et da- te mihi veniam Ciceronianæ nondum vobis hic notus: hanc mihi acie qua- dam

dam rerum mirabilium : & ingenii acutie maiore videtur vi superare & efficacia . Videor equidem eam videre diem cum cætera epistolarum volumina pulvere obiecta erunt : Solum Campanum juvabit omnes evolvere : hunc imitabuntur : huic dies , huic noctes non gravabuntur impendere . Nam unus profecto Campanus est , qui antiquam illam dicendi maiestatem ad nostrorum temporum negotia docuerit asservare . Vale mi Auspex fœlicissime .



## [ 1 ] MICHAEL FERNUS MEDOLANEN.

B. [ 2 ] DIACON. CARD. REVERENDISS.

∴ ex *Bona auguratione* ∴

**S**I quid unquam a diis immortalibus petii , Pater Reverendiss. in quo mihi bene optatum esse censeam : Id in primis fuisse cognosco , cum illi a me rogati fuerunt : ut mihi quomodo vitam meam : studia mea : actiones omnes meas : meos omnes cogitatus , tibi vovere , tibi dicare possem , occasionem præstarent . Nondum mihi prope quod esset Roma : Quanta vestri Senatus gloria : Quæ vita urbanæ ratio notum erat , cum divinæ virtutis tuæ claritas aures meas circumsonabat : & me ad tacitam quandam in te devotionem excitavit . Porro ubi ad hanc vestrarum Terrarum Dominam Urbem fata me perpulere : te animo : te oculis , semper ita contemplatus sum : ut non maiore cultu & reverentia quopiam numen venerari & observare potuerim . Cernebam quanta in te patriæ nostræ sua esset gloria : Qua prudentia : qua dexteritate : qua omnium benivolentia apud Illusterrimum & Reverendissimum Ascanium , cui totum te dederas : sublimia & excelsa natus ad Imperia gubernanda : cuncta administrares . Et non jam coniicere modo hunc amplissimum in te dignitatum fastigium : fed intueri prope & suspicere videbar : cum te tua divina virtus , vel invitum ad aliud extolleret . Præstantissimam virtutem tuam : prudentissima gesta omnia : Altissima consilia palam in omni sermone prædicabam : litteris mandabam : in omni hominum congressu tuam gloriam : tuam ingenii sublimitatem : mores integerrimos afferebam . Et jam nemo in tota fere Urbe fuit , qui meum in te studium : meam in te devotionem , & non admiraretur , & non obstupesceret . Hæc quanquam non obscuris iam pridem potuisse te argumentis nosse cogitarem : nec me lateret viros summæ apud te auctoritatis id sæpe tibi testatos fuisse . Unde spem tua mihi humanitas eam fecerat , ut de te mihi polliceri possem , quæ de quocumque optimo & beneficentissimo Principe . Non ego tamen conquiescere animo posse videbar : Donec meum hoc in te studium & observantiam insigni quopiam munere & memorando tibi posterisque manifestum facerem . Cui desyderio cum nihil satisfacere magis posse quam litteraria monumenta ducerem : Ex omnibus quæ olim Campanus ille Antistes Teramanus vir unus multorum memo-

[ 1 ] Epistola sistitur in fronte Vita Pii II.

[ 2 ] *Bernardinus de Lunate* , alias *Lonati* , Parensis , e Protonotario Apostolico , precibus *A-jeanii Mariae Sforzis* Ann. 1493. Diaconus Cas-dinalis ab Alexandro VI. renunciatus . Obiit Roma , five potius in obsidione Brachiani . Ann. MCCCCCLXXXVII. Hæc *Oldoinus* T. III. pagg. 182.

memoria faculorum in his liberalibus studiis , & dicendi gloria summus :  
 & quæ edenda ego illius ingenii captus amore suscepit , conscriptis operi-  
 bus : Pii vitam II. Pontificis maximi : viri in litteris & imperio glorio-  
 fissimi : quam tuæ dignationi dicarem delegi . Parvum sane opus : sed Pii  
 ipsius gloria & splendore omnium quæ ediderit unquam amplissimum . Et  
 in quo cum admiratione cœlestis ingenii : fortunæ felicissimæ : rerum ab  
 illo gestarum magnitudinis : tui etiam imagine quadam & futuræ fœlicita-  
 tis faustissima auguratione summam delectationem possis accipere . Evidet  
 cum omnes illos veteres percenseo : magna ilii quanquam implerint volumina :  
 quem huic vel in litteris vel in Imperio gubernando conferam plane  
 ex omni Græcia atque nostra hac Romana Urbe virorum præstantissi-  
 morum huberrimo seminario neminem habeo . Neque puto Campanum :  
 alioquin virum facundissimum , & qui nisi grandia strueret : neque nisi gran-  
 de aliiquid & eximium illius manibus tam de se benemeriti deberet : sine  
 consilio & exacta ratione tanti viri vitam , & res gestas : in tam angustum  
 libellum coegisse : quasi illa spaciofa volumina plus ostentationis ingenii ,  
 quam veritatis habeant & fidei : Et Pii vita exemplaris : & nobis tanquam  
 formula semper ante oculos habenda in latos historiæ campos diffundi non  
 debuit : quæ longæ lectionis tædio pernosci non posset . Quamobrem & tu  
 Pater amplissime operis exiguitatem tam despicer non poteris , quam non  
 debebis . Quandoquidem & nosti in litteris non animi magnitudinem sole-  
 re , sed auctoris eruditionem : & rerum quæ contineantur dignitatem spe-  
 culari . Et facile cognoscis potuisse me ingentes librorum fasces tibi dicare .  
 Verum non quæsivisse me ostentatione & strepitu laudum aucupari tuam  
 in me benivolentiam . At quidem geniali opusculo augurium quædam , &  
 archana præfigia pro votis & cupiditate pretendere . Et spero euidem ubi  
 omnia evolveris nihil me tibi gratius dare : nihil convenientius potuisse fa-  
 tebere . Nam quid a me tibi optabilius dari poterat , quam ejus tibi vitam  
 inspiciendam proponere , in quo quandam prope tui imaginem tanquam in  
 speculo posses introspicere . Quando enim mecum Pium illum contemplor  
 illius fortunæ primordia : gentilicia signa : res gestas : animi magnitudinem :  
 Principum benivolentiam : deorum : hominum beneficia : tantam in te cum  
 illo paritatem invenio , quanta non possum ab admiratione desistere . Ar-  
 dens utrumque & vivida virtus ad præclarissimos honores evexit . Eadem  
 utriusque cœli sydera præfulsere . Utinam sic cætera augurio respondeant , ut  
 quos luna eadem cœlesti agnatione illustret : Idem Principes excoluerunt :  
 par hominum benivolentia complectitur : eosdem quoque ad paria dignita-  
 tum culmina fata perducant . Coluit Pium & veneratus est usque adeo glo-  
 riosissimus Princeps noster Sforcia Franciscus , ut nulla major inter Ponti-  
 ficem & unum Principem benivolentia & mutuæ charitatis observantia ex-  
 titisse perhibeat . Te quantum & inclytus Dux Ludovicus , & excellen-  
 tissimus Cardinalis Ascanius illo nati dilexerint : eminentissima tua hæc di-  
 gnitas ostendit . Pium Calixtus in hunc vestrum ordinem sponte intulit .  
 Te Alexander illius nepos ita dignum ea dignitate judicavit , nt cæteros  
 illis comitiis sine te non creaturum fuisse creditum sit . Et cum omnia pa-  
 ri quodam divorum favore contigisse cernantur : hoc tu præcelluisti , qui per  
 dignitatum gradus ad purpuratorum ordinem ille evectus es . Te ad cul-  
 men tanti Senatus una hora ex Protonotario substulit . Dabunt hoc quoque  
 votis nostris superi : ut sicut ille Calixto successit : tu quoque Calixti ge-  
 nus imperium consequare : Et in quo illum haëtenus non exples : possis ali-  
 quando

[ CCLXXII ]

quando eodem lunarum numero pari sub quinis zonis in omni orbe terrarum potestate æquare. Hoc tibi nostra hæc dicatio auguratur: hoc illa tua animi magnitudo & excellentia: In rebus gerendis, librandis, decernendis summa moderatio & sapientia promittunt. Ego immortalem Deum precor ut hæc nos desyderia non fallant. Vale, atque augurium accipe.

A D E U N D E M.

Accipe quanta Pii fuerit Lunate secundi  
Gloria: qui vitæ splendor in urbe fuit.  
Hunc tu Pontifices dices superasse priores  
Motibus: ingenio: religione: fide.  
Nec minus hunc cunctis præstare fatebere priscis  
Gestorum numero viribus: ore: pede.  
Tunc habuit veteres in quo confunderet ætas:  
Uni cesserunt sæcula cuncta Pio.  
Edere ne similem posset natura creavit.  
Vel si quem voluit: tu modo factus eris.



[ 1 ] ANTISTITI PERUSINO [ 2 ] JO. ALEX. VI.  
PONTIF. MAX.

*Datario optimo, perenni memoriæ, & immortali gloriæ dicavit  
MICHAEL FERNUS MEDIOLANENS.*

**N**ON parva est gloria, PATER REVERENDISS., ei Urbi cum Principi dominari contingit: unde aliquando viri clarissimi: bello: paceque: domi: militiæ prodiere. Communisque prope est cum Principe civium etiam demortuorum splendor & gestorum fama: sicut ea gloria etiam nostra censetur: & nobilitas quam ex gente nostra maiorum aliqui peperere: Inter opera, quæ præstantissimum illud Campani Episcopi postea Aprutini ingenium procudit: quæ ego edenda meo summo labore: studio bonorum literatorum suscepi: celebratissima habetur Brachiana historia: utpote in qua is omnes eloquentiæ nervos qui totus sublimis & excelsus in omni scriptorum genere fuerat: Iam cum iunior, intendit: Ut plane doctissimus quisque fateatur nihil ab annis mille citra scriptum maiori gratia: seu stili maiestate quadam & elegantia: seu luce: fide historiae: & rerum gestarum dignitate & magnificentia. In qua re unius Brachii, cuius olim & Principis huius tuæ inclytæ urbis: cui Pontificem tua te præstantissima virtus nulla suffragiorum mendicatione: propriis virtutum comitiis suffecit complexus, visus est mihi Q. Curtium imitatum esse: Qui unius Alexandri Macedonis vitam:

[ 1 ] Libris sex de Vita & Gestis Brachii Perusini hanc Fernus præmisit Epistolam.

[ 2 ] Joannes Lopez Valentinus Hispanus, Pa-  
, pæ Alexandri VI. Datarius: Episcopus Peru-

, 1492, pauloque post creatus est Presbyter Car-  
, dinalis Sanctæ Mariæ Transtyberim, vulgoque  
, appellatus Cardinalis Perusinus. Ughell. Ital.  
Sacri. Tom. I. pag. 79.

[ CCLXXXIII ]

vitam : bella : gesta : victorias : consilia : dicta : facta , complexus fuit : nisi  
 quæ cum par illi semper incedat : præcellit interdum , nunquam deficiat .  
 Et hæc gratiæ esse perenniorque potest historia , quæ integra extat : illa  
 plurima sui parte deperiit . Et Campanus in concionibus , ubi historiæ vis  
 tota desudat vehementior . Vividius penetrat : urget impensis : suadet dis-  
 suadetque velocius ; in proponendo varior : irritando asperior : sedando &  
 dissolvendo aptior & facilior . Summus in delectando : ubique docet : ubi-  
 que delectat : ubique afficit ; semper alacris , gravis & magnificus : splendo-  
 re verborum , & sententiarum gravitate ubique admirabilis . Ut cum nec  
 Curtius quicquam , quod in historia expeti possit in commendando uno Ale-  
 xandro posthabuerit : facile tamen deprehendas interesse plurimum Italo &  
 Barbaro . Et gloriæ Brachii nihil defuisse : nisi quæ illis priscis sæculis nasci  
 non contigit . Quibus cum multi certare gloria cum Alexandro perhibeantur :  
 rerum gestarum magnitudine : felicitate & successu , pauci etiam anteponantur :  
 Brachius quidem : & is aliquanto etiam intervallo anteponi potuisset : qui nec maiori militum numero pauciores pugnas obivit : nec mi-  
 noribus cum regibus præliatus tenuiores copias fudit delevitque : ubi hoc  
 ad gloriam accedit , quæ in media Italia cum res bellica floreret pugnacis-  
 fimos contra Imperatores semper vistor extitit : vietus nisi in morte unquam  
 fuit . Hanc ego tanti Principis historiam cui dicarem , dubium me plura-  
 diu detinere . Et erant tam magnifica gesta Principi dicanda : & cui dicanda  
 integrum non erant . Tua religio : Tua sanctorissima vita a sanguine : &  
 bellico fremitu aliena , tam natura quam moribus & virtute instituto , Pium  
 aliiquid ex adytis divisorum : & de sacris penetralibus exposcebant . Vicit me  
 gloriæ cupiditas tuæ : expugnavit illa ipsa in te tuamque Perusinam urbem  
 disciplinarum altricem devotione . Quasi nefarium me piaculum committere  
 sentirem , nisi quod unum non multis ante sæculis florenti illi & Imperio  
 maximæ affulsit : afflictæ jam & factionibus detritæ urbi lumen intra Prin-  
 cipes suos continerem . Et iocundiores sub tuo numine civibus tuis mag-  
 ganimi olim Principis sui lectionem redderem , Teque hac immortalitate  
 cui semper labores omnes meos : fortunas : sanguinem : vitam devotas ha-  
 bui apud cives tuos condonarem . Fuere etiam complura , quæ me in hanc  
 sententiam & allegerunt alia & confirmarunt : Nam si paulo accuratius  
 poteris hanc historiam percurrere , fuit hic genti tuæ deditissimus , ut pro  
 his asperrima bella gesserit : & denique pro illorum Imperio stabiliendo  
 opes : sanguinem : vitam non voverit modo ; sed vel etiam effundere non  
 parserit : Quotus enim nationis tuæ hunc non summa veneratione : ne te  
 modo dicam non prosequitur quo constet Alfonsum Aragonensium regum , qui  
 unquam in Italia regnarint pace belloque clarissimum : cuius nepotem al-  
 terum Alfonsum ; atque alterum Ferdinandum pronepotem hoc anno tan-  
 tis vestris periculis adversus Gallorum tempestatem defendere adnixi patrio  
 quodam studio estis ; chariorem neminem habuisse . Et cui maiori fide se :  
 exercitum : imperium : fortunas : vitam denique ipsam cognovimus com-  
 missse . Huius ille virtute in regnum appulit : huius industria vigiliis : labo-  
 re : studio pacatissimo regno potitus . In hunc unum cum sanguineas acies  
 cruentus Mars concitaret , cum non tam de Imperio , quam de salute &  
 vita dimicaretur securus quiescebat : hunc in regiam stirpem ascivit : huic  
 Capuanum principatum tradidit , & præclaris & immortalibus beneficiis af-  
 fecit . Porro cui non iocundum & plenum summae voluptatis non esset il-  
 las Thebas : Athenas : Megaras : illam Corinthum : Lacedæmonem : Baby-  
 loniam ;

Ioniam : Macedoniam : Novo Principi perlustrare ; & pro religione quadam suspenso pede tantorum memoria ducum peragrare , & querere qua in Urbis parte ille Epaminundas : ille Agesilaus : ille Alcibiades : ille Themistocles : ille Cyrrhus : ille Alexander vivi consedissent ; quo in loco Senatus haberetur : illi effigiatores : illi exactissimæ naturæ expressores diversarentur . Sentiō jam mecum illam mirificam cordis titillationem , solidamque delectationem . Hanc historiam cum legeris , quotiens aut negotium eo te postulabit ; aut secedendi voluptas alliciet : Ubi illos Bartolos : illos Baldos : illos Angelos : illa legum scrinia , & Jurisconsultorum uberrima pectora : gymnasium omne evolveris : Accademiam omnem percensueris : Ubi augusta mœnia perlustraveris : Fidem Perusinorum robur & vetustatem contemplatus eris . Quæres postremo , nisi quod magis autumo in primis ubi illa alta Balionum domus , in qua tam celebre Brachio insonuit præconium : ubi felix illa tellus quæ Brachium ipsum tantum Imperatorem sustinuit : Quibus altus in ædibus , quo sub tecto tanti Principis vita peracta . Aderrunt cani senes qui a progenitoribus fide integra hauserint omnia : recensebunt stupido tibi angustias Imperii Perusini auctas , & unius huius virtute consilio & labore amplificatas . Quæ tibi expressior , quæ optatior poterit contingere voluptas ? Ego tibi semper nescio quo sydere propensissimus fui : te colui : te Numinis instar habui observavi . Cum hæc mecum cogitassem non potui equidem hanc non historiam , ex qua tantam concepturus essem cum tuæ gloriæ recognitione delectationem : parvum quidem munus ; sed quo nihil inops , qui sola virtute nitatur præstare , maius possit dedicare . Tu cuius ingenium unicum est , quo totus obstupeat orbis : qui nunquam rerum magnitudine , sicut nec ille quidem Brachius olim , frangeris : si non bella : sanguinem : cædes bellicosissimi Duci probabis : Ingenium tamen illud Campani nostri proditum ad lumen & gloriam sæculorum nostrorum , qua soles præclara omnia charitate complectere . Cerne saltem quibus præesse te dederit viris : cui , & quam gloriose civitati Deus . Et cum per oculum leges tui addictissimi Mancipii Michaelis , qui in te totus vivit didisceris memor esse . Vale .

## A D E U N D E M .

Define mirari veterum jam denique pompas :

Fortunas: animos : prælia clara Ducum.

Non minor en nostris virtus & gloria : par est

Pectoris ingenium : corpore robur idem.

Quantus Alexander : quantus vel Cæsar in orbe :

Tantus & in Latio Brachius iste fuit .

Non contra reges : populi : non Roma , nec urbes :

Vix contra soli prævaluere dei .

Invictus semper prostravit cuncta : nec uni

Francisco puduit succubuisse Duci .

Ille viros inter nostros : mortalia certe

Inter nec fuerat corpora : Divus erat .

Aspice sed quanto nitidus splendore peregit

Noster Campanus : qua quoque cuncta fide .

Audio cum divina fuit (sic) facundia dices

Historiæ cunctas hic habet unus opes .

[1] DICTATORI PERPETUO IMPERATORI NOSTRO  
MAXIMO POMPONIO [2] LÆTO

*Magistro Equitum: Phædro: cunctoque Reipublicæ Litterariæ  
Michael Fernus Mediolamnius Vilis pabulator: strenuem pugnam,  
pulchramque Victoriam.*

POMPONI audis, an non audis Pomponi? Quo tantum securus de litteraria Republica Romana hactenus benemeritus abscessisti. Tripida res est nostra Latina. Audis? sentis? an nondum cedes: direptiones, rapinæ in præcelsum illud Quirinale jugum augustalesque thermas, quo te Lucifuga abdis pervenere. Invadunt domi hostes, invadunt foris: Externum hoc? an civile bellum? plane utrumque. Ruunt in se cives, cunctique dissident: bella inferunt barbari: bella coniurati finitimi: ferro statuunt: flamma statuunt trepidam & dissidentem Urbem impetere. Dixerunt patriæ amantissimi consules Valla: Campanus: Dictatorem. Scimus nos perpetuum te. Arma arma capeſſe Pomponi. Illi rerum functi tibi freſi abeuntes gubernaculis & Imperio tuo omnia permisere. Sat auspicato facta omnia, ſaliit fibra: omen bonum flamini rite euncta dedere. Hostis habet jam prope muros. Maximus ille censor Patriarcha quo vivo nemo unquam impune nobis arma movit: a fide atque officio nostro descivit infidiis, & veneno petitus impio fato nobis sublatuſtis est. Proconsules illi, quorum virtute res nostra in cifaſpinis & tota Hetruria tuta eſſe potuit acerrime præliando Merula Policianusque oppetiſſere. Profluit jam lateque securus in nos diffunditur hostis. Labenti tu Pater patriæ ſpes unica noſtra ſuccurre. Ubi illi tui commilitones? tua illa disciplinis tuis iuſtituta olim acerrima hominum pectora? Pugnacißimum magiſtrum equitum jam tibi recte dixiſt. In te omnis jus eſt coheritionis: Seditiosos jube comprehendti: tumultus compesce, urbanumque ſtatutuſtis tuta pace compone. Recenſe milites, Maiores iube: iube minores tribunos delectuſtis habere iuramento in tua verba centuriatos adige. Aquiliferos: Anteſignanos: Primipilares: Decuriones: Centuriones, in parato eſſe. Praefectos caſtrorum: Praefectos fabrorum; ceteros quantum deſoſcit tanti neceſſitas belli munifices lege. Diſpone ex-cubias: Bucinatores cornicines edic vigilias agere. Hastatos ferentarios: accenſos: rorarios: Triarios: Velites: gravis armaturæ Equites: ceteros ſuo quemque loco pro Marte haud mora: imminet hostis: conſtitue. Vove xdes: Provincia præmia: expurgiſceret Imperator maxime: indue arma: ad-

mm 2 vola,

[1] Carminibus Campani Epiftola præfixa eſt.  
[2] De patria & nomine Leti magnopere diſſidet Scriptorum familia. Quæ minus incerta in re tam dubia & litigioſa adſirmari poſſunt, omnia Cl. Zenus in medium protulit (Vol. II. Voſſianorum Diſſertationum pagg. 232.) validisque argumentis, felici ſane labore, comprobavit. Natus eſt itaque Pomponius in Calabriſ ex præclariffima Sanfeverinatum gente, oppido Amygdalaria, nullo parentum connubio, & Julii Pomponii nomine in ſacro baptiſmate donatus eſt. Roma diutiuſime floruit publicus humaniorum litterarum Præceptor, magna auditorum fre-

quentia, ſuique nominis celebritate. A Paullo II. Pont. Max. ob ſuſpicionem conflatæ coniurationis detrauſus eſt cum ſociis in carcerem, quo deinde poſt annum dimiſſus, bene malis editiſ lucubrationibus, fatali morbo, jam ſeptuagenarius, Romæ peremptus eſt Ann. MCCCCCLXXXV. Vide M. A. Sabellicum in Ep. ad Marc. Anton. Maurocenum; & laud. Zen. I. cit. Bailletus in II. Vol. Jug. des Scavants integrum de Pomponio Diſſertationem exhibet, quæ ad illustrationem tam hujus Ferni Epiftolæ, quam totius Romanæ Academia nonnulli conferre poſteſt.

## [ CCLXXVI ]

vola , vigila , fuda pro communi gloria , pro Imperii Latini splendore , sanguinem illum : Illum inquam sanguinem atramentarium effunde . Dissipa hostes : urge : cedet : propelle : insequere : prædas reddi : occupata restitu oppida : oppressas dimitti Urbes depofce : nostram & sociorum salutem communemque libertatem protege , defende . Mitte feialem : Patrem patratum adhibe . Jace telum in hostilem terram . Legitimum est bellum . Immanissimi impetrerunt nos hostes : scelerati in nos populi perfidissime coniuravere . Ibi magno hostes animo debella , contunde , disiice : maiores imitere , quorum vis tanta fuit : & huius præclarissimi Imperii tuendi & propagandi cupiditas tanta : ut pro victoria & illius splendore nunquam addubitarint gloria morte occumbere . Urbem Galli cum diriperent , incenderent , everterent , Capitolium obsidione premerent : iam iamque Romanum Imperium extingue barbari viderentur : Ceptit Dictator Camillus pro ingratisima patria acerrime contra immanissimos hostes , suo magno periculo : neque ita magnis copiis seu subitaria manu & lectissimo hominum robore depugnare . Prodiit ad certamen cum sex tribunis militum vir magnanimus Latini decoris Valla assertor acerrimus omnemque barbariem haud ita plus quam octocentis sex & septuaginta veteranis capitecensis militibus Latio toto omniq[ue] Italia propugnator statarius reppulit : cecidit : pressit : conculeavit . Neque patriæ ingratitudo apud pientissimum Imperatorem , verum patriæ parentem : & huius Romani Imperii alterum certe glorioissimum conditorem : tantum irarum concitare valuit , ut barbarorum libidini cedere & immanissime hominum turbæ subiici permittere potuerit . Quintius Cincinnatus Spurium Mellum regnum affectantem ab Hala magistro equum : Dictator ab aratro ad maximum Imperium accitus . Princeps ipse quidem unicus : sed tutandæ qui libertati incumberet totus : contrucidari jussit . Censoriam maiestatem petulantius dehonestantem filium Censoria dignitate a vomere & ligonibus ad supremum dignitatum culmen petitus abdicavit . Consul Cicero cum impurissimi cives patriam occupare contendenter : parens eloquentiæ : divina virtute & prudentia singulari perfidiam detexit ; sceleratos homines in vincula iecit . Incolumen patriam vigilantissimus , facundissimus consul servavit . Cum privatus truculentissimi civis nefarium bellum perosus esset : non destitit coelestis anima apud patres : In foro ad populum : crudele bellum & miserabilem Mutinæ calamitatem : hominis execrandam audaciam detestari pericula prædicare : clades præmonere , & omnia denique curare : quæ ad optimum quemque civem , & pientissimum patriæ tutorem spectarent . Neque unquam divina illa eloquentia minis , aut quorumpiam potentia deterrita est urbis commodis prospiceret : civium saluti consulere donec ingratissima Popilii manus : quam eadem facundia supplicio liberasset ausa est mortem per immane nefas afferre . Audaculos nebulones : rei latinæ censuram sibi arripientes impudenti temeritate litterarum candorem contaminare ausos inter obsoletissimam virorum turbam pronatus a caula & ovili Campanus ad hæc studia arreptus decubare compulit : & ingenii arcem sibi pollicentes in ima tartara non destitit vir in litteris & ingenii : præstantia eminentissimus adigere . Prava opera digna sterquilinio : quæ gloriabundi multi ederent suorum puritate & nitore detegere atque reprimere . Eademque prope stili sui tersitie : dicendi lumine in vincula detrudere : ad suppliciumque tortos devocare . Quieti studioforum & dissidentibus in litteris opinionibus : hiantique & abrupto dicendi tenori occurtere ; suique imitatione ad veram oratorum poetarum observan-

## [ CCLXXVII ]


servantiam erigere : facilitate & libertate ignaro homini & imperito uti  
 difficulti : ita eruditissimo Campano gloriissima . Donec ingratae aures sa-  
 nos aspernantes monitus vim & flumen tantum eloquentiae restinxere . Reiecit  
 Camillus Valla inquam : alter certe in litteris : quod ille in imperio . Ca-  
 millus barbariem spiculis peracutis & milite robusto , hic urbem direptam  
 incensam : prostratam : in copiosissimum ordinem veterisque pulchritudinis  
 speciem ædificavit . Patriam ille liberavit barbaris : hic barbarie eiecta pri-  
 scos recipere mores dedit pristinum vitæ institutum antiquamque illam lit-  
 terarum religionem intulit . Prædam civibus ablatam & asportatam sex &  
 septuaginta ad octocentum auri pondera civibus suis . Idem civis totidem  
 linguae latinæ documentis uno in volumine congestis restituit . Ille ne de-  
 periret patria : ne latini sermonis castitas occideret effecit : hic quomodo recu-  
 perato uterentur auro : quomodo in splendore & luce pudicitia constaret latina  
 ostendit : ut parum contulisse patriæ videretur liberator & parens Furius:  
 nisi liberatam illam a civili furore impiaque tyrannide alter aliquando parens  
 defenderet Tullius cerneretur adesse : Parum profutura Vallæ in lingua la-  
 tina documenta censerentur , nisi quomodo ea observarent pure & luculenter  
 (sic) fuisset ea ætate suisque periculis & assiduo usu potuisset ostendere . In  
 quo cum uterque mirabile latinæ rei auxilium attulerit tanto præstare Cam-  
 panus creditus est : quanto maius re præsidium est afferre , quam consilio  
 iuvare . Sicut Cicero Quintilianum gloria & arte dicendi antecelluit : quod  
 ille tantum docuit præstitique perrare , hic luculentissime ad usum actio-  
 nemque valuit cuncta referre . Certarunt itaque hoc sicut cernis qui te  
 dixerunt hodie dictatorem gloriissimi consules Pomponi modo . Primique  
 post tot etates a barbarie , & liberarunt urbem : & liberatam quomodo  
 tueretur pristinum splendorem docuerunt . Certaque fuit inter eos æmulatio:  
 ut cum repulerit altero cornu barbariem alter: externa bella acer & pu-  
 gnax confecerit : posterior tanquam altero cornu : Idem bellum vario mi-  
 lite dissimili pugna pari eventu non tam suscipere voluerit , quam urbanæ  
 etiam quieti civilibus institutis compostissime incumbere . A tyrannide ab  
 impudentia paucorum eruditastrum principatum sibi in litteris vindicare  
 annitentium incolumen fervare . Et cum communis eorum sit & amplissi-  
 ma utriusque gloria : quæ alter liberavit : liberatam quæ instituit alter at-  
 que defendit : multo cumulatior : huius posterioris Campani : qui utrum-  
 que effecisse despicitur . Hi te Consules maxime Imperator Pomponi Rei-  
 publ. latinæ propugnatores longa ipsi pugna fessi pro Imperio nostro devo-  
 ti : Dictatorem : Imperatorem : Defensorem : Parentem : fatis : tibi fre-  
 ti quem collegam in provinciis asperrimis habuerunt : cuius solertiam vir-  
 tutemque omnem exploratam habent : cedentes : nobis reliquere . In te  
 conieciimus cuncti oculos Lete . Te suscipit patria communis : periclitantem  
 creditam tibi rempubl. ne defere : illorum sequere exemplum : qui illis tan-  
 to præstantiorem exhibere te debes , quanto posterior hoc plus habes : qui  
 ultra illorum virtutem cernis quod ipse possis præstare . Summe alaci animo  
 bellum : nec te paucorum ingratitudo absterreat : nihil magis seu illos Ca-  
 millum & Ciceronem : seu istos Vallam , & Campanum : quam summa  
 ingratitudo ad supremum gloriæ culmen rapuit : & virtus ipsa est , quæ  
 numquam egena plus premii capit conscia sui , quo tenaciores in illam  
 exornandam principum fuerint manus & magis avaræ . Adi Imperator ho-  
 stes invicto illo tuo robore . Adi hostes : habes domi : habes intra moenia  
 audientes dicto cives quibus pulchram tibi possis victoriam celebraremque trium-  
     phum

phum despondere . Recens consulum nostrorum memoria addit animi plurimum, quorum vestigiis si incedant maxime: Jupiter: quantam tibi gloriam, quam sublime decus: Reipublicæ nostræ incrementa quanta: quanta nec sub Octavio illo fuere maiora, cerno. Sequere per Deum immortalem: per illam quam in te omnes locavimus fidem sequere maiores: teque Consulibus nostrorum, & omnis ætatis nostræ virorum omnium longe spectatissimum ostende. Castiga: mone: doce: profer: ede: in omnem pugnam, ad omnem periculum imperterritus alacer te immitte: hocque præstantiorem te attolle quo solus nobis Imperator maximus e tanta modo copia reliquus es. Et Dictator hanc omnibus spem iniecit semper qui Consulibus longe gloria & dignitate superior: virtute quoque ac reliquis rebus creditus fuerit semper præstare. Nullum genus pugnæ quod illi: vel hic unus Campanus solus in omni dimicazione spectatus non obierit. Doctus in primis ipse in bellica disciplina: qua maxime & augentur imperia: & parta tuemur: traditiones militares: libellos ipsos quidem in philosophia ad expugnandam ingratitudinem: malos deturbando magistratus: fauste iungenda connubia: Turpissimum viro cuique forti exuendum luctum: terrarum: hominum notionem consequendam, ceterasque pervestigandas disciplinas peropportune conscripsit. acies struxit: turmatim certare: copias educere: in ordinem redigere: iter facere: castris locum capere: parare: hostem in insidias allicere: pabulari: inire prælium: urbes obsidere: admoveare mænibus machinas: oppugnare: expugnare: diripere: ac denique in deditioñem accipere docuit: historias edit: pugnavit pro fuggetis acerrime: docuit: delectavit: promovit callentissime: officio demulxit finitimos: epistolis cura & labore omnium in se studium & benivolentiam non servavit solum, sed diligentissime etiam auxit: auxiliatus omni hominum generi officiosissime. Populum oblectavit solertissime. Cecinit armenissime: Versus concinuit: Pyeridum choros duxit periustissime. Ecce quæ tibi Consulum sunt pugnandi proposita exempla. Nec illa Scevola altera tanquam bene administranda Provincia Imperique illustrandi formula. Verum ego quid te plus optato calescentem dictis incendo. Iam cristatus te primum inter cohortes agis militis & Imperatoris officia avide obiturus. Certate commilitones. Tuque magister equitum Phedre quis sis te nunc ostende: profer virtutem illam tuam gymnicam. Virtutem illam tuam præstantissimam crebris periculis & usu iam multo, seu cothurnacem, seu concionalem, seu Martiam Egyde: Peplo: lyra: celebratissimam. Munere te tanto dignum præbe qui prope eo nominis & doctrinæ celebritate dignus imperio ipso videare. Unus nosti mores Dictatoris. Torque in hostes iacula illa valido lacerto: hostem faxis contunde, attere, obrue. Primum cornu occupa Hyppolite: Alterum fere mari invade: exue tyronem qui gestis ordine muneribus eam de te spem porrigis, ut aliquando sicut ille in Numantinos possis functum Imperatorem referre. Pugnate viri acres ad sanguinem usque: nam leve illud: sudorem perfundere: Ad sanguinem illum inter calamos & harundines pugnate domi: foris: quæ vestri Consules fortia invicti Quirites bella conficite. Ah Pontane per illam veterem Poetarum, cui præfectus es Ausone supellefilem per illos te pateolos: Illa per Cumææ Sybillæ antra: per illa Baiana Averni Luchrini Acherontis fabulamenta: Per illud Pamphilum & venerabile & supremum illud Reipublicæ nostræ præsidium, & ornamentum Mantuani poetarum Principis bustum. Per illa myrthetis consita littora rem nostram fortiter in ea felicissima Ausoniæ ora a Barbaris & fœdo contactu tueare. Auctoritatem, maiestatem,

statem , splendorem , gloriam Imperii vestri viri fortis servate . Felsinea tu  
 qui tibi moenia propria defendenda suscepisti Beroalde , quem occupasti locum  
 viriliter in præcelsa studiorum matre Bononia tueare tibi tota credita Æmiliia , hanc in officio electis improbis : supplices boni omnes litterati roga-  
 mus , conserva . Monteferratenses Ubertine virtute uber ne desere . Profer  
 in vicinos Barbaros virtutem tuam Imperiumque nostrum non illæsum so-  
 lum servari annitare , sed quanto maiori potes robore quam latissime ex-  
 tende . Mancinelle Velerinos secessus , & illa poetarum spiramenta glo-  
 riössimumque Augusti natale solum ab omni eluvie : obsecenitate : situ :  
 squalore defende . Quid adeo trepidi intrâ moenia refugistis viri bellicosissimi . Repete Verulanos Sulpici . Repete Volscos Antoni . Recurre in Mar-  
 fos Petre . Tuque qui adeo expavisti : nunquam fugere doctus : alter Pe-  
 tre . Ad Sabinos revertere . Sufficimus nos urbi . Si evigilet Imperator , ni-  
 hil potest respublica nostra capere detrimenti ; vos vestras incolumes præsta-  
 te provincias . Insubri : Tuscî quanquam destituti videantur maximis Im-  
 peratoribus : paucorum tamen patriciorum uniusque Antiquarii cura & la-  
 bore in officio persistant . Proconsulem mitti de nobis postulant : cuius felici  
 Imperio moderationique fœse permittant . Si paulum fervidius certamus pul-  
 sa non tam barbaries quam & finitima recepta erunt Imperia . Nunc illic  
 effundite vires viri litterati ne semper vobis res agi apud vos videatur .  
 Dum oscitamus languidique & molles nobis indulgemus : neque nos ulla  
 propagandi regni percellit cura : prope quod incolimus solum deperiit : pro-  
 pe concidimus . Sunt oppida : sunt adhuc urbes viri Quirites litterati , quæ  
 vos respiciunt : nostrum auxilium deprecantur & implorant . In prælia vi-  
 ri : in prælium : Agite : Sumite animos . En vobis omni pugna spectatus  
 Campanus , & quo nihil cumulatius in orbe fuit Vester en vobis Pompo-  
 nius : hoc Duce : hoc Imperatore : Iam certi de victoria bene scutati , be-  
 ne galeati crebris maniplis & frequenti phalange in aciem elato clamore  
 prodite . In prælium consistite : figite pedes viri litterati : conferte manus :  
 confundite papyreum illum nitidum hostilem globum aut ad prædam & glo-  
 riæ : aut ignaviae nostræ testimonium oblatum . Conspargite telis . Intin-  
 gitate sanguine illo vitriolaceo : fundite hostes : vulneribus libros aut confi-  
 cite , aut inurite bene ustos consecatosque aut cedite , aut stigmosos altis-  
 que cicatricibus excavatos vestri roboris in omnem posteritatem memores  
 ad suos remittite . Ne in nostrum excurrant amplius imperium fœdissimi  
 tetrici hostes iube altis in angustiis fundari arces Imperator inclyte :  
 propugnacula strui vallo : aggere : muro cuncta hominum nostri Imperii ha-  
 bitacula cingi : dimitte exploratores : excubidores iube ubique haberi . Ego  
 vobis huius Consulis Imperatorisque eminentissimi , qui omnem depugnavit  
 pugnam : qui tot urbes in faucibus hostium condidit : tot arces extulit : tot  
 regna instravit : tot victorias reportavit : tot triumphos egit : tot trophyæ  
 fixit : tot laureas consecutus est plusquam temerarius quasi vestræ parum  
 fuis virtuti rempublicam nostram cupidus videre quam maxime florentem ,  
 quem non tam imitemini , quam uti acre illud vestrum pollicetur ingenium  
 superetis prodidi . Exhibitæ viri magnanimi iam dudum post illos desuetos  
 reipublicæ nostræ triumphos , vestra passim iuvenes Romani : si modo Ro-  
 mani : præclara conspicuæ virtutis vestræ figite trophyæ : vestros cives vin-  
 dicate ab iniuria : ponite portis civicas illas : illas murales : illas obsidiona-  
 les coronas . Bibliotheca quaque vestra inumbret laurus : ostendite vos Ro-  
 manos esse , qui pro gloria & splendore vestro nunquam addubitatis ardua

[ CCLXXX ]

quæque obire. Quibus Italia angusta visa est Imperii mensura. Qui nec dum Aphrica, Hispania, Gallia, Britannia contenti: Illyricos, Liburnos, Dalmatas, Achaias, Macedonas, Dardanos, Missos, Thraces, Pontum, utrosque Armenios, Mesopotanios, Parthos, Judæos, Cylicas, Syrios, Ægyptios, Assyrios, Arabes, totum denique Orbem vestro non conquievitis Imperio adiicere. En ego vestri calo exercitus: & postremæ fortunæ vilis pabulator: cuius industria, uti est sollicita ad commoda vestra, ad gloriam & splendorem: ita esse non potest ingrata: post depugnatam illam cruentam stolis & pugilaribus atque levigato centone pugnam, quo curare corpora possitis, viresque per belli inducias refovere in nostram hanc rempublicam, præclarum hoc munus contuli. Pentopolim hanc vestro Imperio: suo plenam externoque cive: rerum omnium locupletem: gemmis & præcioso lapide structam: arcibus quinque Magnæ Calliope sacræ: in omne hominum periculum munitam magni Apollinis curæ permissam: cultu variam: plenam decoris & magnificentiæ: plenam splendoris & gratiæ: plenam maiestatis & veneratione: Campano in agro: felicissimo sub sydere editam: ambitu maximam: fontibus, rivis, vineis, pascuis, montibus, convallisibus gratissimam: solo feracissimam: rerum omnium æquali hubertate mirandam: Unam post Urbem Romam cultu varietate & copia ceterarum Principem: illi etiam, nisi quod leges inde accipit non multa controversia parem: nonnumquam gratia & officio superiorum: meo summo labore: impensa gravissima: brevi torpore: sudore prope non humano: diis auxiliatoribus, & virgine secunda adieci: Cuius omnium præstantissimam arcem extrema in parte conspicuo loco: Cyrrheo in Colle sitam: fonte heliconio perfusam: octo custodibus totidemque iusnis servatam, cuius in limine charites posuere sedes. Veluti captato bona fortunæ augurio plenam letitiæ & amænitatis Principi nostro: Tibi Dictatori perpetuo: Imperatori nostro semper augusto Pomponi Lete Latini parens sermonis: reipubl. litterariæ tutor maxime: ad Campani gloriam, & meæ in te devotionis testimonium votive dicavi.



M A T T H Æ U S B O S S U S  
DE INSTITUENDO SAPIENTIA ANIMO.

Bononiae, per Platonem de Benedictis, MCCCCCLXXXXV.

*Matthæus Bossus [1] Veronensis Canonicus Regularis suo in Domino Patri O' Concanonico merito percolendo Severino [2] Chalco salutem.*

**M**Ecum, tui Severine, saxe percogitans, quid in hominum vita, quam tam varia quidem agitur, actaque est semper, quam varius ac immensus eorum exitit numerus, ad beate, iucundaque vivendum inveniretur aptissimum, & in quo tam in prosperis quam in adversis plus nobis affer-

[1] Homo sanctis moribus integrerrimaque vita, sed & litteris politioribus mire cultus, ait Politianus in Ep. ad Laur. Medic. Obiit ann. 1502. Patavii. Edidit Dialog. De ferendis aet-

verbis, Sermones, Epistolas, & alia nonnulla.

Vid. Cl. Scip. Mapb. Veron. ill. Lib. III. p. 93.


[2] De Chalco Vide supr. pag. 240.

## [ CCLXXXI ]

afferretur præsidii atque solatii , et si multa a majoribus nostris inventa  
 sunt ac disputata subtiliter , si non forte ipse decipior , quod nullo modo  
 mihi persuadeo , id esse arbitror amicitiam inter se coniunctionemque bo-  
 norum , que sancta & admirabilis eos ipsos Deo in primis devinciat , at-  
 que consociet , efficiatque præter cætera adjumenta & officiosa commoda  
 vitæ , ut quidquid in omnibus probitatis atque virtutis enitescit , singuli  
 vendicent sibi communicando atque fruendo . Quo præclaro & splendidissi-  
 mo bono (& parce ne dixerim) prope divino nostra hæc , quam tene-  
 mus , institutio & canonica vivendi forma beneficio amplissimo Dei sic  
 quidem abundat , ut numero scilicet , contubernio , usque nunquam eorum  
 careamus , quos una æque virtus exercitatioque delectat , atque conciliat :  
 & quorum plurimus profecto animus , plurima mens ardorque intenditur  
 & anhelat semper in Deum , & in quibus omnia sincera , omnia fida ,  
 omnia amabilia habentur & salutaria , quippe quoniam eorum ipsorum uni-  
 versa non tam in vitæ commodis , aut in voluptate lenocinioque mercedis ,  
 quam in puritate splendoreque virtutis omnino sunt posita . Ad quorum  
 egregiam laudem , sanctumque præconium illud verissime pertinet , quod  
 noster Citharœdus & Regum Prophetarumque sanctissimus læto illo carmi-  
 ne cecinit . Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum .  
 Et quidem bonum planeque & jucundum , quando ita cum bonitate con-  
 juncta est vita jucunda , ut neque a bonitate jucunditas , neque a jucundi-  
 tate bonitas queat separari . Sed inter ceteros qui vel adhuc vivunt , vel  
 qui a nobis profecti recesserunt felicitatem adepti putantur , tu unus fuisti ,  
 atque præcipuus haec tenus mihi , quo una cum germano meo Ioanne Phi-  
 lippo dulcissimo frui diutissime , Severine , licuerit , & in te gustare eam  
 omnem suavitatem beatam , quam diximus ; ad quem & per absentiam  
 scribere sæpe , & tuas vicissim accipere consueverimus . Quo officioso ho-  
 nestoque munere nihil intercessit unquam utrique jucundius . Cuius rei tam  
 suavissimæ visu ac recordatione excitor sæpe , dulci hoc meo otio maxime ,  
 quo lege vacantium Veronæ perfruens animum ad intermissa parumper  
 studia retuli . Ubi loci tuo quum venerabili suavique aspectu caream , &  
 verear diutius fortasse me etiam caritatum , putavi tantisper , quasi refrar-  
 turus aviditatem interceptæ præsentia , & consuetudinis veteris nostræ ,  
 quæ elaboravi hoc tempore ad te , Severine , conscribere atque transmitte-  
 re : Disputationes scilicet octo de vero Sapientiæ cultu , aut aliter de insti-  
 tuendo sapientia animo inter nos Concanonicos laxandi animi causa suscep-  
 ptas , & per solemnes dies octo , & Salvatoris Dei Matri Sacros , ut vide-  
 bis , celebratas . Quas palato non alio , quam cetera haec tenus nostra degu-  
 stabit amica & sancta charitas tua , si non insipidores iis , quæ antea spi-  
 ritu acriore conflavimus , atque excludimus , videbuntur tibi , fortasse . Sæpe  
 quidem in senescente corpore sensus hebescit & animus , ipsaque ad cani-  
 ciem cum barba devenit oratio . Quo de vitio scite quidem Persius eruditissi-  
 mus inquit : Tunc cum ad caniciem , & nostrum istud vivere triste Af-  
 pexi , & nucibus facimus quæcumque relicts . Quo in loco miseret reminisci ,  
 quot fama insignes & hoc sæculo nostro mirabiles , ne prisca revolu-  
 lam , cum veterosis corporis sensibus vires animi perdidere , ita acerbitate  
 naturæ nobilissimus & superbissimus hominis spiritus infecto jacet cor-  
 pori semper obstrictus . Qui ut tardis & difficillimis rudimentis coalescit ad  
 vigorem & sensum , ita a medio vitæ cum abscesserit , remeare deterius pro-  
 perat ad infantiam & mortem , per partes fatiscens ante quam totus ; et

[ CCLXXXII ]

iamsi quosdam ita feliciter est enixa natura , quanquam raros illos , ut ætatem , grandia veluti vina , bene ferentes , ad vegetiora semper excrescant : quam ego sortem illis invideo . Tu vero tamen , propositum ne deferas , cum priora nostra illa cum postremis istis contuleris , liberum de utrisque plerumque habeto & ferto judicium . Qua sane in re ego non fuerim ( quod debet nemo ) adeo impudens , ut de me ipso putem posse recte me æstimare , nisi quatenus mihi displiceo , quod malum neque novi satis castigare : ceu neque medicus consulte novit sibi ipsi mederi . Denique susceptarum rerum ea porro dignitas est , ut in illis illustrandis succubuisse gravis profecto neque sit criminis , cum majores saepe conatus quam nostri in hujusmodi etiam nec indignati concederint . O mihi ideo vel inchoato operi , vel ab incepto ad limam perducendo aut certe perducto ( nunquam dicam perfecto ) ut de suis operibus neque dicere Apelles & Polycletus voluere , quibus ad ultimum etiam absolutis , se annixos , non vero perfecisse illa inscriptiones & tituli erant . O mihi , inquam , affuisses , Severine ; non esset opus epistola modo : per quam de emendatione , deque sententia rogavere . Verum quicquid est tamen , a tuo non discedam magno unquam fidelique judicio , sive occultandus , sive proferendus sibi videbitur labor hic noster . Vale religionis ornamentum , & suavissima in Domino anima . Vesonæ ex Cœnobio Sancti Leonardi XIII. Calendas Octobres . MCCCCLXXXXV . a felicitate Christianæ salutis .



S E X T U S J U L I U S F R O N T I N U S  
D E R E M I L I T A R I .

Bononiæ , per Platonem de Benedictis , MCCCCXCV.

*Ad Magnificum Senatorem Minum [1] Roscium  
Philippi [2] Beroaldi Epistola.*

**R**EI militaris disciplina cæteris omnibus haud dubie præcellit , utpote maximorum regnorum effectrix ac parens . Hæc Cyro Persæ , hæc Alexandro Macedoni , hæc Cesari Romano nomen peperit aternum . Hæc in numeros Principes nunc olim immortalitate donavit , hæc orbem terrarum parere Romano Imperio coagit . Unde non minus vere quam speciose dixit Arpinas Orator : Cedat forum castris , otium militiæ , filius gladio , umbra Soli . De hac tam præclara tamque excellenti disciplina militari prisco sæculo non pauci commentantes scripsere eloquenter & scienter . Ex quibus plane

[1] Bononiensem . “ *Minum Roscium , ait Blanchinus* ( in Vita Ant. Urcei Codri ) *celebra-*  
“ *tis monumentis a Beroaldo laudatum summo-*  
“ *, pere dilexit ( Codrus ) : quem litteratorum om-*  
“ *nium asylum appellare consueverat , pluresque*  
“ *esse Minos in Bononiensem urbem desiderabat .*

[2] *Philippus Beroaldus Bononiensis , Senioris*  
appellatione distinguendus ab altero ejusdem pla-  
ne nominis & patriæ , eique ex fratre nepote . O-  
rator , poeta , & philosphus ab Hieronymo Ma-  
gio ( Miscell. cap. ii. ) *Jus ætatis in litterarum*  
*mansuetioribus studiis maximus appellatur . Flo-*  
*ridus e contra , Vitiosissimum , ait , Scribendi*  
*genus ex Apuleio , Martiano Sidonio , & si qui*  
*junt duiores primum suis temporibus ( Beroal-*  
*dum ) excitasse , & in multis Europæ partes ita*  
*diffusisse -- ut plurima adhuc supervisit ejus ve-*  
*stigia , neque penitus delevi possum . Cetera infu-*  
*per Beroaldi opuscula proscindit , eaque veluti ca-*  
*cationes blattarum rincarumque epulas acerbissi-*  
*mus iudex contemnda , imo pro nihil haben-*  
*da contendit . Vide Gaddium de Scriptor . non*  
*Eccles . p . 79 . Beroaldi encomium concisit Cle-*  
*mens Marotus Poeta Gallus .*

[ CCLXXXIII ]

plane conditoribus ad nepotes pervenerunt Frontinus, Vegetius, Helianus, ac Modestus, qui veluti quadriga per militarem campum latissime decur-  
runt, omnesque militiae meandros cum laude ingrediuntur. Hos ego nuper-  
rime relegi, emendavique, Mine mi eruditorum nobilissime, in Ponticula-  
no tuo feriatus, quo saluberrimo secessu nihil amoenius, nihil magnificen-  
tius, nihil pulchrius novi. Adeo ut Laurentinum Plinianum, ut villa Lucul-  
lianæ, ut prætoria omnia a luxuriosis ædificatoribus magnificenter exstru-  
cta cum Ponticulano Rosciorum comparari vix mereantur. Te beatum me-  
ritissime nuncupant, cui res adest & virtus. Hosce igitur doctores rei bel-  
licæ luculentos in contubernio tuo, quo nil dulcius, emendatos impressori  
e vestigio dedi sub tuo nomine publicandos; quorum eruditio non protrita,  
quorum lectio oppidoque erudita est. Qui non minus utiles futuri sunt pal-  
lentibus in umbra scholasticis, quam coloratis sub dio bellatoribus. Quos  
tu, quofo, quum vacabit, ne spreveris vel transeunter inspicere. Vale,  
& Philippum tuum ama mutuiter.

F L A V I U S   V E G E T I U S  
D E R E M I L I T A R I.

*Joannes Sulpitius [1] Verulanus Petro Paulo de Comite  
Juveni generoso & strenuo S.P.D.*

C HARI discipuli fidus præceptor non facile obliviscitur, Petre Paule. Durat enim mihi adhuc illa tui instituendi & quascumque ad te or-  
nandum subministrandi solicitude. Quare ad discendum rursus te revoco,  
non Poeticen, aut Historicen, aut Oratoriam, ad quas tibi plurimum hæc  
lectio proderit, sed ipsam militarem disciplinam, in qua te sub peritissimi  
fratris tui Jo: Baptista & monitis & auspiciis haec tenus exercuisti, & jam  
sub Nicolao Ursino Suanæ Comite sororio tuo auspicatus exercebis. Ut  
nihil igitur quod ad eam callendam est opus desideres, tres de ea re scri-  
ptores egregios, quos nuperrime recognovi, Vegetum, Ælianum & Fron-  
tinum simul coniunxi, & ut emendatissimi in tuas & in aliorum manus  
venirent effeci. Videbis in primo, qui verborum novitate & castrensisbus  
verbis persæpe utitur, omnem rei militaris scientiam ex maximis optimis-  
que auctoribus in perspicuam brevitatem enucleatam, quæ te excitatum,  
solerter, audentem, cautumque reddet. Alter pugnandi & acierum instru-  
endarum sic te scientiam edocebit, & tantum sic tibi animorum hæc lec-  
tio adjectura, ut non dubitem, quin clarissimi Patris, Fratrisque tui illius  
simillimi vestigia imitatus in præstantissimum virum sis evasurus. In tertio  
autem exemplorum id genus tantam copiam lectitabis, ut etiam disertum  
in re militari sit te redditura. Vale.

[1] Verulanii mentionem ingerit Michael Fer-  
nus in Præfat. ad Eleg. & Epigram. Jo. Anton. Campani, illumque inter strenuissimos Academiæ  
Romanæ commititores conlocat. Vide Bailletum  
Jugem. de Scav. Vol. II. pagg. 127.

THEOCRITUS, HESIODUS,  
ET ALII GRÆCE.

Venetiis, per Aldum Romanum, MCCCCLXXXV.

*Aldus Manutius Romanus Baptista [i] Guarino præceptoris suo  
S. P. D.*

**E**N tibi, Magister doctissime, Theogonia Hesiodi, quam petis a nobis, interpretaturus, publice discipulis tuis: Addidimus ejusdem Poetæ Scutum, ac Georgicorum libros, nec non Theocriti Idyllia seu opuscula triginta. Item moralia versu elego Theognidis poetæ antiquissimi; cuius & Plato in Legibus, & Isocrates meminit in orationibus. Nec deest Phocilides, quem antiquis ethographis annumerat Isocrates ad Demonicum. Operæ pretium etiam visum est addere interpretationem Maximi Planudii ejus libelli qui incipit: *Cum ego animadverterem: quem fama est fuisse Catonis cujusdam. Sed quicunque fuit, doctus fuit, & lectu dignus. Cujus sententiæ cum esset Planudius, græcis quoque legendum tradidit versu hexametro & docte quidem & eleganter.* Hanc interpretationem in membrana abhinc trecentis annis & plus eo scriptam litteris prope exesis, ut vix dñosci possent, vidisse se retulit mihi Franciscus Bossius juvenis plenus fide, & græce & latine apprime doctus. Nec mirum: est enim & ipse ex tua felici Verona oriundus, quæ mater & alumna est, & semper fuit doctissimorum hominum. Inferuimus & alia quædam profutura studiosis, quæ in fronte libri impressa licet videre. Si qua tamen leges incastrigata, magister doctissime, tam hic, quam in cæteris libris, quos ego ad communem studiosorum omnium utilitatem euro imprimendos (nam esse aliqua non eo inficias) non mihi imputes sed exemplaribus. Non enim recipio me emendaturum libros; nam in quibusdam Oedipo conjectore opus esset. ita enim mutilati quidam sunt & inversi, ut ne ille quidem qui compo-suit, si revivisceret, emendare posset: sed curaturum summo studio, ut vel ipso exemplari imprimantur correctiores. Sic in Apollonio grammatico fecimus; sic in hoc libro, in iis quos addidimus eclogis: rati satius esse aliquid habere quam nihil. Quod incorrectum est, si lateat, raro, vel potius nunquam emendatur. Si vero prodit in publicum, erunt multi qui castigent, saltem longa die. Sic in Fabio Quintiliano, sic in C. Plinio nepote, sic in nonnullis aliis factum vidimus, qui quotidie emendantur, quotidie pristinæ elegantia & candori proprius accedunt. Sed perinqui sunt & ingrati, si qui sunt qui me accusent. His ego nihil imprecarer, nisi ut quemadmodum ego, ita & ipsi curarent aliquando interpretandos græcos libros. Sentirent certe longe aliter. Sed hæc satis. Hunc vero librum tibi dicamus, Præceptor excellentissime, tum mea in Veronenses benevolentia (debeo enim plurimum Veronensibus; nam a Gasparè Veronensi peregre-


gio.

[i] *Guarini Veronensis summi Viri filio; cuius, Trithemio teste, doctrinæ famam, & eruditio-nem in Ferrarensi Lyceo publice docens, sequavit. Lilium Gregorium Gyraldum, & Aldum Manutium discipulos habuit; omniumque*

*etatis nostræ professorum celeberrimum illum prædicavit Politianus in Ep. religioni sibi ducens aliter quam ille senserat, quæsiōnem quædam dirimere. Vid. March. Scip. Mess. Ver. Illust. P. II. Lib. III. pag. 82.*

[ CCLXXXV ]

gio grammatico didici Romæ latinas litteras, a te vero Ferrariæ & latinas (& græcas) tum quia totus fere hic liber est de moribus. Quid enim convenientius, quam de moribus scribere ad eum, qui sit moribus omnium ornatissimus? Es tu quidem ætate nostra alter Socrates. Nec vereor me tibi assentari putas. Scis enim esse hæc quam verissima. Sed tu mihi parcas velim, quando de te ad te hæc scripsimus, idque fecimus, ut qualem ipsi te esse scimus, omnes sciant. Vale mei memor.



THE SAURUS CORNUCOPIAE  
ET HORTI ADONIDIS.

Venetiis, in domo Aldi Romani, MCCCCCLXXXVI.

*Aldus Manucius Basianus Romanus studiosis omnibus  
S. P. D.*

DURA quidem provincia est, bonarum litterarum studiosi, emendate imprimere latinos libros; durior accurate græcos; durissima non depravate vel hos vel illos duris temporibus. Quanam lingua curem ipse imprimendos libros, & quo tempore, videtis. Postquam suscepi hanc duram provinciam (annus enim agitur jam septimus) possem jurejurando affirmare, me tot annos ne horam quidem solidæ habuisse quietis. Pulcherrimum utilissimumque esse inventum nostrum omnes uno ore dicunt, laudant, prædicant; sit ita certe: inveni tamen ipse quo excrucier modo, dum vobis prodesse cupio, bonosque libros suppeditare. Quare qui me visunt, amicis soleo dicere modo græcum illud proverbium: *νίχλα χέζα ἀνῆκ νακόν* hoc est modella sibi malum caccat; quod honestius Plautus: ipsa sibi avis mortem creat. Aiunt enim non nisi per avium alvum redditum nasci viscum, maxime palumbis & turdis. Hæc enim est natura (inquit Plinius in naturali historia) ut nisi maturatum in ventre avium non proveniat. Modo illud: *νακύ ἐφ ἑρντῶν ἔλιων, ὡς ὁ νεκτῖς νέφες*. Nam ita flare Cæciam scribit Aristoteles, ut non propellat nubes, ut alii venti, sed ut ad fœse vocet ac trahat. Sic mihi evenit; mihi ipse malum peperi, immensa mihi paravi incommoda, immensos labores. Sed me ipse consolor, vel quod gratissimas esse video lucubrationes meas, ac plurimum prodesse omnibus, majorique in dies emolumento futuras: vel quod multi *ἐν τῷ βιβλιοπάθῳ* jam liberant e carceribus libros, venalesque exponunt quod ego brevi futurum interminatus sum, cum nullum a quoquam commido vel horam accipere librum possem. Sum equidem voti compos; jam passim offeruntur ultro græca volumina, mittunturque venalia ad bibliopolas, ad me quoque plurima missa sunt. Spero fore & illud, ut si qui sunt tam pravo ingenio, ut communi omnium bono mœrent, aut rumpantur invidia, aut succumbentes morori misere conficiantur, & denique suspendant se; quandoquidem quæcunque extant Aristotelis volumina videbunt brevi nostris excusa formis. Imprimentur prope diem & commentarii; jam fere omnes coegi. Incumbite vos quæso, incumbite bonis literis, quando ego vobis, adiuvante Christo Iesu Deo optimo maximo, optimum quemque librum

[ CCLXXXVI ]

librum suppeditabo. Ecce habetis opus oppido quam utile & necessarium, quem *κέρας ἀμελθίας*, quem *νίπτως ἀδάνιδς*, quem jure thesaurum appellaverim. In eo enim fere omnia reposita sunt, quæ desiderare quis possit ad perfectam, absolutamque cognitionem litterarum græcarum, & eorum præcipue quæ leguntur apud poetas, qui verba variis figuris ac linguis ita sæpe immutant, ut facilius sit Nili caput, quam alicujus temporis thema aut principium invenire. Sed hoc libro quam facillima facta sunt omnia; nam docet, & quo modo & qua lingua unumquodque immutatum sit; canonismata passim & regulas tradens per ordinem litterarum. Linguarum præterea meminit Atticæ, Ionice, Æolicæ, Doricæ, Poeticæ, Cretensis, Cypriæ, Macedonicæ, Thessalæ, Rhæginæ, Siculæ, Tarentinæ, Chalcidicæ, Argivæ, Laconicæ, Syracusanae, Pamphyliæ, Atheniensis, quibus usi Græci Poetæ inveniuntur, & Homerus præcipue. His linguis ac figuris variis, habent illi miram licentiam. Addunt, detrahunt, transmittunt, invertunt, quid non faciunt? denique utuntur dictionibus ut cera. Si poetæ græci voluerint, ὁ ἀνθρωπὸς ἐστιν ὁντος. ἵππος. Βῆος. κύων. longe melius ostendent hominem esse asinum, quam sophistæ: non potui aliquando non ride-re legens, hanc dictionum (ut sic dicam) μεταμόρφωσιν. verbi causa, ex ἄριστος ἄριστος. & mutatione ἄριστος. Comparativum est ἄριστότερος. Secunda forma, ἄριστων. Tertia ἄριστην. & attice ἄριστων. ecce ex ἄριστος, factum est ἄριστων, ubi ne una quidem littera est primitivi. Quod nobis non licere sic conqueritur Martialis. Dicunt ἄριστος tamen poetæ, sed græci, quibus est nihil negatum: Nobis non licet esse tam disertis, qui musas colimus severiores. Imitamur tamen hanc linguarum veritatem, & copiam lingua vulgari. Non enim eadem est Romanis lingua, quæ Parthenopæis, quæ Calabris, quæ Siculis. Aliter Florentini loquuntur, aliter Genuenses. Veneti a Mediolanensisbus lingua & pronuntiatione multum interfunt. Alius Brixianis, alius Bergomatibus sermo. Quod latine caput, vulgo Romani capo appellant. Veneti vero abjectione p. litteræ per concisionem dicunt cao. at qui Padum accolunt ex ao crasis facientes, cō. Item cenato, cenao, cend, & id genus innumera. Sic græci dicunt communiter τὸ κέρας. Iones vero ἀποβολὴ τὸ τ., κέρας. At Dores κατὰ κρᾶσιν, κέρως. Quid quod una quæque urbs peculiarem habet linguam? plerumque etiam in eadem oppido varie loquuntur. Utsnam tantam copiam latine haberemus, longe antecelleremus græcos. Sed ut ad librum redeam, quem copiæ cornu, hortosque Adonidis, & thesaurum dicimus propter summam, quæ in eo est, rerum bonarum copiam. Primus labor in eo fuit Guarini Cameritis & Caroli Antenorei Florentini hominum multi studii, ac in græcarum litterarum lectione frequentium. Ac simul ex Eustathio, Etymologico, & aliis dignis Grammaticis accepere hæc canonismata, digessereque per ordinem litterarum, nec sine adiumento & consilio Angeli Politiaui, viri summo ingenio ac impense docti. Secundus vero labor meus fuit, qui ea omnia recognovi non parvo labore, cum iis conferens, unde excerpta, voluminibus fuerant. Multa enim addidi, plurima immutavi, adjuvante interdum Urbano Divi Francisci fratre optimo, a quo brevi habebitis quas summa cura ac doctissime composuit in græcam linguam introductiones. Sunt etiam in hoc libro copiosæ ac perutiles formationes τῶν εἰπὶ, καὶ εἰπὶ verborum. Item: quot sint verba quæ esse significant, quot item ire, & quot sedere. Addidi ego libellum ex scriptis Herodiani, quos magni verbi παρεπενθήσας dicunt. In quo multa profecto sunt lectu dignissima, & quæ in aliis

## [ CCLXXXVII ]

aliis grammaticis non temere leguntur, & præcipue quæ de præterito Attico conscribuntur docte sane & peracute. Necnon & Chærobosci quædam, in quibus ostendit, non in omnibus regulas & similitudines quæri oportere. Eiusdem etiam quæ r̄ litteram in contextu orationis ob male sonantiam attrahant. Hinc sequuntur inæqualia verba per ordinem litterarum, quæ ἀνόμαλα græci appellant, quæ idcirco addidimus, quoniam & ipsa cum cæteris optime convenire videbantur. Addere etiam operæ pretium duximus τετρά έγκλισινένων, καὶ έγκλιπκῶν varia opuscula : quorum usum apud nostros (de encliticis loquor) non memini legere in pluribus quatuor, quinqueve ad summum dictiōnibus quæ, vē, nē, cūm postposita, ut quibusdam placet; & versus. nam έγκλισινένων, quæ inclinata latine placet dicere (ut loco præsentis), præteritum, deficiente præsenti in passivo verbo, accipiatur) ea dicuntur, quæ admittunt in fine tonum acutum, convertuntque in gravem in contextu orationis: apud Græcos vero encliticorum plurimus usus in quinque orationis partibus, Nomine, Pronomine, Verbo, Adverbio, & Conjunctione. Auctores sunt Herodianus, Ioannes Grammaticus, Chorax, Chæroboscus, Ælius Dionysius. Et quoniam passim in hoc libro secundum varia idiomata leguntur crebræ mutationes, non abs re fuit, quotquot ad manus nostras pervenerunt, de idiomatis varios tractatus inferere. Postremo illud nolo vos ignorare, bonarum litterarum amantissimi, notasse me asteriscis quæ obscura, concisa, & depravata visa sunt, obeliscis vero quæ superflua judicavi. Cur autem aliqua signo alterutro annotanda prætermiserim, habui multas causas; sed præcipua fuit angustia temporis. Peto igitur a vobis, si qua in tanto opere non placuerint, quæ vel reprehendenda, vel non plana videantur, ne mihi succenseatis, sed iis, si audebitis, unde accepta sunt; vel bellis potius exterarum gentium, quibus & Græcia & Italia semper obnoxia fuit: mendoſorum enim est exemplarium culpa, non mea; nihil magis depravatum grammaticis, fragmentata omnia, nihil absolutum, nihil integrum. Quanquam hic liber (ut dixi) thesaurus est κέπας τέ ἀμφοθεῖς, καὶ κῦποι ἀδύνατος, quoniam in eo uno fere omnia congetta sunt, quæ digna scitu in aliis leguntur. Itaque si inter tot laudanda aliquid minus probandum legeritis, mementote illius Horatiani præcepti. Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis offendar maculis, quas aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura. Estote igitur impressio- nis nostræ æqui judices, affectique beneficio minime ingrati, & miseremini laborum nostrorum. Valete.

*Angelus Politianus Varino [i] Camerti suo S. D.*

**C**ONSULIS me, Varine, de novi operis editione, quo tu videlicet inclinations omnes paulo remotiores græcæ linguæ, breviter ac dilucide, perque ordinem litterarum complexus es; ego vero te ut edas quam maxime

[i] *Varinus*, sive *Guarinus Phavorinus*, e Camerino, Sylvestrini Ordinis eucallatus, vir Graece Latineque cultissimus, atque olim Leonis X. præceptor, ab eodem Pontifice ad Nucerinum Pontificatum electus est Anno MDXXXIII. Lateranensi Concilio interfuit, ipsamque Ecclesiam administravit usque ad annum MDXXXVII. In Cenotaphio quod servat Nucerina Cathedralis Ecclesia alumnus Mediceæ domus [tau]ns Mediius cinizs

τρόφιμος] appellatur. *Ughell. Ital. Sac. in Episc. Nucer. p. m. 1127.* “ Utilissimam, inquit, „ Morhofius (Polyhist. lib. iv. cap. viii. p. 807.) „ Græcæ Linguae Studiois operam duplici nomi- „ ne navavit: dum & Thesaurum Græcum, seu „ Cornucopiaz, & Hortos Adouidis in lucem pro- „ tulit, . Nostram vero hanc Editionem Morhofius non viderat, quem tantum Aldinam memo- ret ann. 1504.

[ CCLXXXVIII ]

xime adhortor, quippe usui magno futurum græca discere cupientibus, tibiique immortalem gloriam paritrum. Mihi certe (quid enim dissimulem?) gratissimum facies. Nam cum te semper habuerim quasi eximum inter discipulos utriusque lingua, meaque tibi in litteris etiam arcana retexerim, quod tu homo gratissimus libenter & profiteris & prædicas; nimurum scilicet ad me quoque portio aliqua tuæ tantæ laudis redundabit. Hoc idem, puto, & Carolus ipse tuus Antenoreus honestus adolescens exoptat; ejusdem tecum laboris particeps. Quid autem dixi tuus, ac non potius noster, quando utrique pariter operam dedit? Is enim quamvis acerrime nunc philosophetur, quoniam tamen peripateticus est, non stoicus, gloriam profecto aspernari lingua ejus non potest, in qua cum paucis excelluit. Ede igitur bonis avibus operosissimum librum non latinis modo, sed etiam græcis (puto) ipsis sua discere volentibus profuturum. Mitto autem ad te Græcum quoque Epigramma nostrum, quod nuper lusimus, ut (si tibi videbitur) in fronte ipsa operis imprimatur. Vale.



DIARIA [1] DE BELLO CAROLINO

Venetii, MCCCCLXXXXVI.

*Alexander Benedictus [2] Veronensis Physicus, Augustino Barbadico Illustrissimo Venetorum Principi S. perpetuam dicit.*

BELLUM, quod hoc anno, Illustrissime Princeps, tuis sanctissimis auspiciis cum Carolo VIII. Gallorum Rege pro tuenda sociorum libertate gessisti, Francisco Gonzaga Marchione Mantuanorum, Imperatore tuo feliçissimo, duobus duntaxat voluminibus, altero pugnam Tarrensem, altero Novariensem oppugnationem complexus sum: quibus diaria inscripsimus. Causam enim belli huius, & primum Galli adventum plerique copiosius scripsere, quæ transcura quadam delibavimus: reliqua quæ vidimus, vel quæcumque nobis tradita sunt, incorrupta protulimus. Nudam enim materiam, rudem ac pene indigestam inter annales tuos reponendam coacervavimus. Erunt ex posterioribus, qui collatis undique historiis, hanc simplicitatem nostram, quæ fortasse nunc fastiditur, quod ut arida & exanguis, suaviorem uberioremque reddent: quod inter veteres T. Livius miro successu eo modo adimplevit. Historia magnam quidem vitæ partem expostulat, in qua modus servandus est, ut veritas in primis, ordo, digestio belli, causæ, consilia, conciones, rerum eventa, & totius belli progressus legentibus in promptu sit. Atque ipsa oratio non salebrosa, non languens, non nimium diffusa.

[1] Historia scilicet Belli a Carolo VIII. gesta in Ducatu Mediolanensi adversus federatos Principes Alexandrum VI. Pont. Max. Maximilianum Cæsarem, Venetam Rempublicam, & Ludovicum Sforziam. Etsi vero Typographi nomen desideratur, non desunt qui credant Diaria hæc ex Aldino Typographio prodisse.

[2] Sc. patria Lemnaco Agri Veronensis arce. Medicinam diu fecit, & præfertim apud Venetos Legatos, qui copiis adversus Carolum Regem, præfuerere. Plura de Anatome diserte conscripta;

edita sub tit. *Historia Corporis Humani* ann. 1498. Plinium post *Barbarum* iterum emendare conatus est; ediditque Venetiis ann. 1507. Ejus opera quum Medica tum philologica recenset perillustris Vir March. *Scipio Maffei*, Veron. Illustr. To. III. pag. 129. quem vide. Si Mario Equicolar fides sit adhibenda (qui ceterum nullo innititur fundamento) *Benedictum* studio partium abreptum, magis Venetorum gloria quam veritatem studuisse putabis.

[ CCLXXXIX ]

diffusa , neque succincta nimium , neque affectata denique videatur , ut legendum animos vividius penetret , aut excitet . Acriter item proponere debet , vehementius persuadere , irritare , urgere , suadere item & dissuadere , exemplis frequentibus animos inflectere . Hæc omnia iis præponenda sunt , qui imperii tui gesta veluti romani nominis restorescentis descripturi sunt . Ego simplicius quædam quæ in dies gesta sunt annotavi , minime in gratiam adulator , vel in damnando nimis severus . Res hostiles debita commendatione non defraudo , ut magis narrator , quam censor acer & tetricus esse videar . Verbis & sensu restrictus incedo . Scio etiam quosdam jejune hanc historiam tetigisse , vel pauca vera demonstrasse , alias copiosiores ad vanitatem redegisse . Hæc enim humanissime Princeps , nitidiora melioraque fieri curabis , qui in rebus publicis Marcum fratrem tuum optimum Principem imitatus es , qui non minus intestinam quietem quam foris bella cum opus est , foves ; & civitatem miro studio uberiorem reddis pater patriæ appellatus , leges sanctissimas condis , munera in Senatu amplificans . Quadraginta viros peritos addidisti , Imperatoribus statuas publicare coepisti , palatium miro ornamento extruis , & universam Urbem exornas : tuo demum ductu & optimis auspiciis rabies gallica perdomita est . Tuo consilio , ingenio & armis Gallorum truculentia ultra alpes coercita fævit ; quam natura sagax ( dicere id solitus es ) alpium mirabili septo , & inexuperabili munimento a mitiori orbis parte diduxerat , ut pacem quam tantopere amas cum sanctissimo Senatu tuo amplectereris . Tu in hoc flagrantissimo bello Imperii terminos longius protraxisti . Jam Apulus te & Senatum tuum voti compos summissus adorat & colit . Hæc enim faciunt , ut te magis ad Principatum divina ratione , quam Senatorum suffragiis delectum fuisse posteritas admiretur . Vale .

Venetis , duodecimo Kalendas Aprilis , Anno M I I I D .


*Ad calcem Voluminis*

ALEXANDER BENEDICTUS VERONENSIS PHYSICUS  
*Sebastiano Baduario Equiti , O Hieronymo Bernardo Consiliariis Veneti Senatus Clarissimis S. P. D.*

BELLI Gallici libri , excellentissimi Consiliarii , qui nuper studiosissime recogniti sunt , in vulgus prodire audent , nec popularem censuram languide auctoritatis verentur discussis rebus omnibus . Verum multa de industria prætermisimus periculis undique obviis , quæ tamen non sine magna quorundam nota dici potuissent , et si ad Senatus hujus perennem gloriam pertinere non dubitaverimus . Vulgatissimum enim est , veritatem odia parere , & necem sæpen numero maturare : unde in plerisque rebus conscientia vis illa elanguescit , emoriturque ; abducuntque in diversum vel inclinant scriptorem præsentia discrimina ; temerarii item animi esse putant hominem non sibi ignoscere . Connivere igitur paululum pro tempore opus fuit , donec posteris alii confidentius apertiora fine metu relinquant , quum ossa ac cineres iniquorum rabiem contemnant . Nos tamen intentionem non occultamus , quum strabonem quempiam , petum , vel claudum alium , infirmum talis parcius appellamus . Nostra igitur simplicitate contenti has ephemeredes contractius expeditiusque conscripsimus , quas cum in castris essemus promissimus , & ea tam diligenter quam libenter in tantis occupationibus colle-


gimus, ne omnino tanta Italiae clades, quæ subita Venetorum vi ultra alpes propulsa est, magna posteritatis injuria supprimeretur. Verum hæc multo aliter ac ceteri, qui post nos scripturi sunt, indicavimus. Quæ, excellentissimi Consiliarii, qualiacumque sint, æquo animo suscipietis; si nihil tam parvum esse, quod non gloriam parere possit, existimaveritis. Valete.

Venetiis M IIII D. sexto Cal. Septembr.



## IAMBЛИCHUS DE MYSTЕRIIS ÆGYPTIORUM, & alia PROCLI, PORPHYRII, SYNEСII, PSELLI, ALCINOI, SPEUSIPPI, PYTHAGORÆ, XENOCRATIS, & MARSILII FICINI.

Venetiis, in Ædibus Aldi, M III D.



## MARSILIUS FICINUS FLORENTINUS

*Reverendiss. in Christo Patri D. Joanni [I] Medici, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, suppliciter se commendat.*

CUM Epistolam ad te scribere statuissem in Cardinea dignitate nuper tibi collata gratulaturam, cogitaremque cui potissimum eam darem tibi reddendam, qui congratulationem nostram efficeret admodum gratiorem, in academiam me subito contuli sperans in ejus saltem penetralibus salutatorem nobis aliquem tibi acceptissimum non defuturum. Illic ergo divina quadam sorte, primus occurrit Iamblichus inter academicos cognomento divinus, & magnus ibi sacerdos. Cui quidem salve inquam Iambliche sacerdos magne. In præsencia ( ut vides ) Joanni Medici, novo Christianæ Religionis antistiti congratulatus sum, tu precor, si justa peto, congratulationem nostram alioquin ieunam, divinis verbis, mysteriisque tuis efficies pleniorum. Annuit ille precibus, atque hac ad te sententia Joannes sacerdos magne venit Magnus ille sacerdos. Tu igitur salutatorem tantum latus excipe atque post salutationem primam, post lectam epistolam, quid divinus ille loquatur, si placet attentius audi: promisit enim, ut sua tuaque persona pariter digna diceret, se tibi brevibus, quid Ægyptii, & Assyrii sacerdotes de religione, rebusque divinis fenserint, expressurum.

MAR-

[1] Laurentii filius ab Innocentio VIII. adhuc puer, & vix annum ætatis suæ decimum quartum agens sacro Senatu adscriptus, ea tamen conditione, ut per triennium se Cardinalem nominare non posset, nec se pro Cardinali haberi præsumeret. Nemo ante eum adolescentior ad cardineam dignitatem evectus est, teste Layrentio patre in Epist. filio data. Liberalium artium studiis egregiam navavit operam, Musicen optime calluit, viros doctos dilexit ac fovit, pictoribusque, statuariis, gemmarum sculptoribus, & rerum priscarum peritis, liberalissime ædes suas patere semper voluit aque ac eruditii ingenii adolescentibus; quam sane Principis summique viri non ultimam laudem fuisse vitro affirmaverim. Ceterum de hac Mar-

Orat.) Marsilius Ficinus antea non tam latine opus ipsum, quam ex opere illo quædam selecta interpretatus erat; Et tamen sic quasi integer esset Iamblichus de Mysteriis librum inscripsit, quod consilium nemo prudens laudare nedum imitari debeat. At enim antequam judicium de Ficini labore Petavius ferret, ipsummet Ficinum audire oportuerat talia de versione sua palam differentem in Argumento, quod Iamblichus libro præmisserat: Hujus ergo, ait, questionis (sc. inter Anebonem & Porphyrium) totius atque responsionis projecto divine, tanquam in Plotino adhuc nimium occupatus singula ferme non verba sed sensa traduxi, ut non mirum putari debeat, sicuti divulsa videatur oratio.

## MARSILIUS FICINUS FLORENTINUS

Magnanimo Laurentio [1] Medici S. D.

**S**YNESIUS, atque Psellus, & Iamblichus, ac Proclus, Porphyriusque Platonici jampridem amplissimas tuas ædes ingressi, ingenuos filios tuos salutaverunt & hactenus quidem recte admodum fecisse videntur: quod autem insalutatum te reliquerint, nec egiisse prudenter, nec evasisse fœlices; imprudentiam ergo suam tandem recognoscentes, ut quandoque fœliciores sint, Limina nunc tua revisunt cognituri patrem, ac rursum una cum patre filios agnitiuri, sic protinus victuri fœlicius. Quippe cum nuper compertum habent, nec libros quidem de vita nostros, absque tuis auspiciis vivere voluisse. Comitantur præterea hos quinque Philosophos Priscianus Lydus simul & Theophrastus. Hi enim cum Valorem meum salvere jamdiu dixerint, & ardenter optaverint, hodie te alacres adeunt, ita demum magnopere votum consecuturi, ut in primis ipsi penes te salvi, salvum faciant & Valorem, per te præcipue post Deum salvere desiderantem. Salve ante alias optimè patronæ noster, ac philosophos tantos apud te colloquentes fœliciter audi.



## MARSILIUS FICINUS FLORENTINUS

Petro [2] Medici viro Magnanimo Sal. dicit.

**Q**UAM multa quotidie legitis meliora nostris, nulla tamen ferme magis arbitror vobis placere, quam nostra, si modo sua cuique maxime placere solent, sua vero cujusque sunt potissimum, quæ omnium antiquissima possidentur; antiquissima certe possidentur a vobis marcelliana, spero igitur hæc vobis semper carissima fore, ut etiam si somnia mittam, hæc quoque quasi pro veris apud vos primum, atque per vos vera etiam apud alios habeantur. Cum igitur Synesi Platonicum librum de somniis, quem nuper interpretati sumus e græco, auctoritatem & fidem in primis apud lectorem primum, & per hunc apud alios habere desiderarem, potissimum ad te misi, quarto jam gradu post magnum Cosmum nostra lecturum, atque hæc statim approbatione tua omnibus probaturum: adiunxi libro de somniis: librum Michaelis Pselli Platonicum de dæmonibus non immerito, quoniam a dæmonibus somnia mitti veteres arbitrabantur. Vale. xv. Aprilis MCCCCCLXXXVIIII.

[1] Amplissimum Virum totius Litterariæ Republicæ bono natum, Mediceæ gentis, Hetruriæ totiusque Italæ immortale decus quis tam arcto scriptoris spatio conclusus, æquis laudibus prosequi valeat?

[2] Laurentii filio, & Leonis X. fratri, græcis latinisque Litteris, & Italica poesi probe exculto. Anno MDIII, miserabili fato ad ora Gariiani submersus interiit.

## MARSILIUS FICINUS FLORENTINUS

*Philippo Valori viro nobili atque magnanimo P.S.D.*

QUI præcipit cognosce teipsum nos admonere videtur, ut animam cognoscamus, quæ quoniā est medicina rerum nimirū est & omnia: hac itaque cognita facile sumus omnia cognituri. Ego igitur ut animam in primis assequeret, per quam consecuturus omnia forem ad Philosophos non plebeos illos quidem, sed egregios jam diu studiose me contuli. Cum vero hinc quidem Platonicos: inde vero Peripateticos anxius percontarer, eorumque responsa dissidere invicem viderentur dissidebam ab initio me voti compotem unquam fore. Verum non multo post Themistius spem mihi prabuit optimam affirmans tantos inter se philosophos non sententia quidem dissidere, sed verbis: eamdemque de anima Platonis, Aristotelis, Theophrasti sub diversis verbis esse sententiam. Incidi denique divina quadam forte in librum Theophrasti de anima a Prisciano quodam Lydo breviter quidem, sed tamen diligenter expositum, ea potissimum ratione, quæ Plutarchus, & Iamblichus Platonici Peripateticique insignes Aristotelicam de anima sententiam explicaverant. Cum igitur in his legendis Platonicos Peripateticosque esse concordes animadverterem, habui ferme tota quod mente petebam. Atque ut & ceteri quam primum habeant librum hunc e græca lingua transtulimus in latinam. Adiunximus præterea expositiones quasdam breves a nobis inter legendum atque transferendum excogitatas. Neque tamen hac in re duxi in præsentia mihi nimis elaborandum, vel latius evagandum. Joannes enim Picus Mirandulanus vir certe mirandus jam hoc agit ad summum, ubi philosophorum omnium de quavis materia mentes diligentissime discutit. Ac Platonem Aristotelemque de anima mirabiliter monstrat esse concordes. Librum vero tibi potissimum mi Valori censui dedicandum. Tu enim una mecum jamdiu concordiam philosophorum hac de re vehementer affectas. Medices vero nostri, quibus tanquam patronis dare omnia, immo reddere consuevimus consentient, proculdubio munusculum hoc unum e multis meo dedicari. Valori, & medicæ domus præ ceteris amicissimo & promptissimo semper Platonicorum operum adiutori: quamvis autem græcum exemplar unicum invenerimus, & id quidem mendosum atque mutilatum, attamen lege securus, & ita ceteris præbe legendum: nam emendare hoc atque resarcire diligentissime studui, & Angelus Politianus noster acerrimo vir judicio, plurimaque doctrina, nostram hanc diligentiam approbavit.

Vale, atque lege fœliciter, & ceteris præbe legendum. Vale.

## PRÆFATIO MARSILII FICINI FLORENTINI

*In traductionem Libri Xenocratis Platonici, de morte ad Clariss.  
Virum Petrum Medicem.*

COSMUS Italiæ decus Petre Medices, cum rebus gestis, tum etiam te tanto filio fœtix, non modo rerum humanarum prudentia, verum etiam sapientia divinarum miram sibi gloriam comparavit. Qui cum nullum vitæ tempus, vel in summis negotiis absque consortio musarum transgegit, in senectute præcipue, philosophiæ studiis, sacrisque litteris totum se tradidit. Utque in primis philosophiæ sacris initiaretur, nonnullos Aristoteli libros converti ab Joanne Argyropolo viro doctissimo voluit, eosque diligentissime legit. Deinde ne intima sapientiæ istius archana sibi decessent, Divi Platonis libros decem, & unum Mercurii e græca lingua in latinam a nobis transferri jussit, quibus omnia vitæ præcepta, omnia naturæ principia, omnia divinarum rerum mysteria sancta panduntur. Hæc omnia Cosmus & accurate legit, & absolute comprehendit. Cumque Platonis librum de uno rerum omnium principio, & de summo bono jam peregisset, duodecima deinde die, quasi ad id principium, bonumque fruendum redditurus, ex hac vitæ umbra ad supernam lucem revocatus accessit. Cuius decessu graviter & patria, & academia gemitus, nisi Petrus parenti quam simillimus supereffet, in cuius prudentia atque pietate patria spem suam firmet, & academia conquiescat. Die autem xx. antequam corporis vinculis purus eius spiritus solvatur, Sole jam occidente coepit huius vitæ miseriam plorare. Atque ita in errores mortalium invehit, ut lucrum quoddam dicere esse mortem. Ubi permulta & acute, & copiose de huius vitæ contempsu differuit, utpote qui jam ad supernam beatitudinem adspiraret. Cum ille finem dicendi fecisset, hæc eadem, Cosme, inquam, Xenocrates vir sanctus atque dilectus Platonis nostri discipulus in libro de morte tractavit. Tum ille referas inquit latine, Marsili, quæ græce Xenocrates disputat. Retuli, probavit. Transferri jussit. Transtuli: tuo nomini dedicavi. Ut cum breve quidem hoc, sed pretiosissimum opusculum legeris, quantum in hac vita sperandum sit cogites, quantum sua cuique mors, vel parentum, vel filiorum lugenda. Hæc igitur lege fœliciter, Academiæ columen. A diu vive, ne Cosmo carere nos aliquando sentiamus.


## MARSILII FICINI FLORENTINI

*Adbuc adolescentis, Liber de voluptate, ad Antonium Canisianum  
Civem Florentinum. PROHEMIUM.*

## TRIA DISSERENDI GENERA.

MINI cum adessem una tecum in campopolitano vestro, & cum regio-  
nis illius præcipua amoenitate, tum variorum pomorum, quibus ea villa in primis abundat suavitatem duceremur, nos in voluptatis disputationem incidisse, quam ipse a me requisisti, & cum primum daretur ocium  
litte-

litteris traderem. Hoc ergo ad te de voluptate opusculum ut primum Figitum redii, summa ipse cum voluptate conscripsi. Tria vero sunt, ut hinc potissimum exordiamur apud Philosophos differendi genera, unum quo certam aliquam quaſtionis partem disputando defendimus, atque approbamus, ut peripatetici ac stoici effecere. Alterum quo quæſtione proposita diversas ad id, quod quæritur ſententias, rationesque referimus, ut propositis pluribus, invicemque collatis, quid ex iis probabilius, veriſimiliusque appetat eligamus, quo accademici, ac Socratiſci pene omnes utebantur. Tertium vero genus ſcepticorum maxime proprium eſt, qui cum omnia indifferenta eſſe putent, nec certum, aut probabile habeant quicquam quod sequantur; ea enim, quæ naturæ ordine ſequuntur, diſtinguētae ſunt confundunt, atque permifcent ab excellentioribus, quibusque Philosophis reiiciuntur. Ego igitur ex iis omnibus academicorum, socraticorumque in differendo rationem hoc tempore proponendam mihi decrevi. Etenim Plato, quem tanquam Philofophorum deum ſequimur, atque veneramur, vetat eos, qui adhuc in tenera aetate conſtituti ſunt, ſuam aliqua de re ſententiam afferre, ne ut in junioribus ſæpe accidit, quod primis annis maxime probaverimus, id maturiori deinde aetate, & graviori judicio revocandum, & in contraria ſententiam convertendum fit. Satius igitur eſſe censui ceterorum Philofophorum de voluptate ſententias brevi ſermone percurrere, quam meam exprimere ne contra id, quod a Platone noſtro docemur aliiquid impudenter aſſeverarem, & ut tuꝝ, quam novi in philofophia ſtudiis ardentiffimam ſatisfacerem voluntati. Sed haec haſtenus, ad philofophorum jam opiniones deveniamus.



## INSTITUTIONES GRÆCÆ GRAMMATICÆ

Fratriſ Urbani [i] Bellunenſis Ord. Minor.

Venetiis, per Aldum, M III D.

**A L D U S M A N U T I U S R O M A N U S**

*Joanni Franciſco Pico Mirandulae S. D.*

**C**Ogitanti mihi jamdiu, Joannes Franciſce Pice, aliquem ex libris nostra cura impressis in tuo nomine publicare, tum ut ostenderem te, quem puerum olim ob egregiam indolem diligebam, nunc virum & doctum & sanctis ornatum moribus amari a nobis, colique, ac obſervari plurimum; tum quia Picus meus tibi Patriuſ fuerit, ille ille, inquam, Picus, quem ob ſingularem doctrinam phœnicem omnes uno ore appellabant, viſum eſt ab iſis optimis in Græcam linguam Introducutionibus incipere. Nam cum ſcirem, te Græcas litteras diſcendi percupidum, idemque acciperem ab Alexan-

[i] *Urbanus Bolzanius Bellunensis e Fr. Min. Conventualium coetū, Leonis X. P. M. praceptor, & Joannis Petri Bolzanii (is qui a Sabellico praceptore ſuo Pierii Valeriani nomine donatus eſt) patruſ exſtitit. Vir grāce latineque bene doctus. In hoc Scripto (nempe Græc. Institut.) Author non ſane contemnendam operam posuit, & a viris doctis probatam, ait Morboſ. Polylift. Lit. Lib. iv. cap. iv. p. 780.*

Alexandro Garcia Bononiensi integerrimo viro, ac optimo (ut ajunt) amici amico, & tui quam studiosissimo, hunc optimum fore librum existimavi: ubi facile, ac brevi, quod cupis, queas efficere. In eo enim de nomine & verbo, & cæteris orationis partibus sic copiose tractatur, ut nihil, quod necessarium græce discere incipientibus videretur, prætermiserit Urbanus meus Divi Francisci Sacerdos optimus ac integerrimus; qui ad communem omnium, & latinorum maxime utilitatem, istas institutiones meo rogatu, ac impulsu potius composuit. Accipe igitur munusculum nostrum, qua fronte cuncta litteratorum soles, non quod te dignum sit, sed quia tu humanissimus. Vale.



## ARISTOPHANIS COMœDIÆ GRECÆ.

Venetiis, per Hæredes Aldi, MCCCCXCVIII.

*Aldus Manutius Romanus, Danieli Clario Parmensi S. P. D.*

Perbeati illi mihi videntur, CLARI vir doctissime, qui hoc tempore in summa bonorum librorum copia liberalibus disciplinis operam daturi græce discunt; facile enim se brevi græcam linguam, nisi ipsi sibi defuerint, consequentur, in qua multis sæculis nullus fere ex latinis culpa magis temporum, quam ingeniorum, excelluit; facillime græcis litteris adiutricibus omnium laudatarum artium procreaticem Philosophiam callebunt, nec medicinam minus. Errant meo judicio multum, qui se bonos Philosophos Medicosque evasuros hoc tempore existimant, si expertes fuerint litterarum græcarum. Quibus & Aristoteles quicquid ad dialecticen, rhetoticen, & poeticen pertinet, doctissime scripsit; & Ammonius, Simplicius, Themistius, Alexander Aphrodiseus, Philoponus, Eutratius, & ceteri Peripateticorum sectæ eruditissimi viri, omnia quæcumque vel scientiæ pervestigatione, vel differendi ratione comprehenderat Aristoteles, optime ac luculentissime commentati sunt: quibus item Hippocrates, Galenus, Paulus, & alii in medicina excellentissimi viri omnia quæ ad medicinæ artis spectant cognitionem copiosissime, verissimeque litteris commendarunt. Non aliis quam græcis litteris ii qui Mathematici vocantur artem suam obscuram, reconditam, multiplicem, subtilemque, facillimam cognitu posteris tradiderunt; quo in genere permulti, ut Architas, Ptolemæus, Nicomachus, Porphyrius, Euclides perfecti homines extiterunt. Quæ omnia quam depravate & corrupte, quam mutilate & perperam, ut taceam etiam quam barbare & inepte latinis scripta sint, quis vel mediocriter eruditus ignorat? Sed brevi spero futurum, ut explosa barbarie, reiectisque ineptiis, bonis litteris, verisque disciplinis, non ut nunc a paucissimis, sed uno consensu ab omnibus incumbatur: & erit tandem, ut glande neglecta, inventis vescamur frugibus. Optime igitur tu, mi Clari, in præstanti ista & opulenta Urbe Ragugio juventuti contulis, qui eam & græce & latine simul, ut præcipit Quintilianus, summo studio ac fide jam multos annos publico conductus stipendio doces. Quod ut tibi factu facilius sit, mitto ad te Aristophanem, ut illum non modo legendum, sed ediscendum quoque disciplinis præ-

præbeas tuis; quem etiam in tuo nomine publicare voluimus, ut coniunctionem studiorum, amorisque nostri, quo possemus munere declararem, & præsertim, cum tu, et si de facie nos non novimus, assiduis tamen me affectias beneficiis. Essem profecto ingratissimus, si te valde amantem non redamarem. Accipe igitur novem Aristophanis fabulas; nam decimam Lystratam ideo prætermisimus, quia vix dimidiata haberi a nobis potuit. Sint satis hæc novem cum optimis & antiquis (ut vides) commentariis, quibus græce discere cupientibus nihil aptius, nihil melius legi potest, non meo solum judicio, quod non magnificatio, sed etiam Theodori Gazæ viri undecumque doctissimi, qui interrogatus quis ex græcis Auctoribus assidue legendus foret græcas litteras discere volentibus, respondit, solus Aristophanes, qui esset sane quam acutus, copiosus, doctus, & merus Atticus. Hunc item Joannes Chrysostomus tanti fecisse dicitur, ut duodetriginta comedias Aristophanis semper haberet in manibus, adeo ut pro pulvillo dormiens uteretur. Hinc itaque & eloquentiam & severitatem, quibus est mirabilis, didicisse dicitur. Ego sic assidue legendum a græcis censeo Aristophanem, ut a nostris Terentium, quem quod semper legeret, M. Tullius familiarem suum appellabat. Vale,

Venetiis, tertio Idus Julias, M II D.

## HORATIUS FLACCUS VENUSINUS.

Argentinæ, per Johannem Reinhardum, Anno MCCCCXCVIII.

EPISTOLA ad illustrem Principem

CAROLUM MARCHIONEM BADENSEM,

*Et Dominum suum observandiss. Jacobi [i] Locher  
Poetæ laureati.*

**E**X omnibus rebus, quibus humanum admiratur ingenium, nullus fructus uberior, nullaque emolumenta dulciora manant, quam e jucundissimo optimarum artium studio, humanissime PRINCEPS, quod & animi salutem præstat, corporis ornamentum subministrat, & vita decorem ac honestatem suggerit. Sed cum Principum Germaniæ status & conditio-nes considero, invenio plus operæ rebus militaribus, mavortiisque strepitibus Nostrates posuisse, quam studiis litterarum. Itaque negotia publica plus honoris, quam otia suavissima huc usque meruerunt. Sed quia Principes & Proceres Nationum nostrarum magis in bello, quam litterariis palestris versati, externis tum Græcis, tum denique Latinis contemptui fuerunt, tanquam ipsi soli sapientiam Philosophiæque studia amplecterentur; maximus autem Tonans, cuius nutu divina atque humana gubernantur, nos ad tantam calamitatem non proscriptit, ut Natio Germanica, qua sub rutilo Sole non est populosior terra, inter barbaras trucesque Gentes censeretur.

Supe-

[i] Jacobus Locher Philomusus, Germanus, qui floruit sub initium XVI. saeculi, præter scho-  
lia in Marci Tullii Orationem pro Milone, &  
compendium Rethorices e Tulliano thesauro de-

promptum, Epodium de Morte Plutonis, & alia nonnulla conscripsit. Vide Gaddium de Script. non Ecclesiast. p. 290.

Superamus, ut aliorum pace dixerim, præstantia rei militaris Ausonios, Romanosque, penes quos bellorum armorumque Deus illustres produxit Ne-  
 potes. Superamus Græcos, Macedonasque, quorum res gestas, præclaraque  
 prælia millenis voluminibus memorat vetustas. Superamus Parthos fugaces,  
 Ìndiaeque inaccessibiles Gentes. Nemo unquam Theutonicos prostravit Lares:  
 nemo unquam in mediis Germaniae limitibus bellica locavit trophyæ. Su-  
 peramus, inquam, rebus bellicis, corporisque robore, animique viribus Gal-  
 los, Britannos, Hyberos, Sarmatas, ceterasque barbaras Nationes, ad qua-  
 rum fines atque limites Thethonicum Martem diduximus, opimaque spo-  
 lia Nostros ad Penates cum triumphali pompa reduximus. Nemo unquam  
 Thethonas a propriis finibus pepulit, aut saltem ausus fuit propellere.  
 Quamobrem dubitare non soleo, quin Deus Optimus Maximus ob singula-  
 rem animi præstantiam, rerumque bellicarum excellentiam nobis Imperium  
 Romanorum Fasculum concederit, aliasque Gentibus, quæ tanti Imperii  
 splendorem non merebantur, abstulerit. Ubi enim locorum sacrosanctum  
 imperium tutius, honestius, ac gloriösius habitare potuit, quam penes Ger-  
 manos, qui fidei integritate, justitia, pietate, officiis, dexteritate, amicitia,  
 humanitate, ceterisque virtutibus, totius mundi homines superant, & excel-  
 lunt. De fortitudine taceo, quam & Barbari, Ænotrii jamdiu sæpe ex-  
 perti sunt. Dicat Franciscus Philephus homo paucæ fidei, quicquid velit,  
 dicat Germanos esse vincentes, ebriosque; tamen si a mortuis, imo ab  
 elysio campo resurgeret, non tam Imperium Romanum penes Italos vi-  
 furum esset; & si centena reviviseret Iulstra; non pugno cum larvis, sed  
 dictum Phylelphi gravius trutino, qui stigmate nigro frontes Germanorum  
 inurere nifus est; quosque Regios Fasces Italia per luxum, per nefas, per-  
 que timiditatem amisit. Id theutona virtus bistonio Marte adepta est,  
 quod vitio contritum atque prostratum istud virtus nostra bellica, coelestis-  
 que justitia restauravit: sic vere, sancque dicere possum, Deos immortales  
 Romanum Regnum apud nos statuisse. Taceo de Federico Primo cogni-  
 mento Barbarossa, ex Sveorum nobilissimis, bellicofissimisque Ducibus  
 nato, qui viætrices Aquilas ab Occiduo freto ad Rubrum usque deduxit ma-  
 re, terroremque cunctis Gentibus atque Populis incusit. Quid de aliis Fe-  
 dericis? Quid de Conradis, & Othonibus refero? Quid Henricos clarissi-  
 mos Imperatores memoro? Quid Austriae Archiduces, qui longo temporum  
 ac ætatum intervallo Sacrosanctam Romani Imperii Sedem tenuere? Sed  
 quia de Cæsaribus mentionem feci, Divum Maximilianum omnium Prin-  
 cipum fulgentissimum jubar præterire nequeo, neque debeo: qui Romanas  
 res ita temperat, Imperium tanta modestia gubernat, frenum regale tanta  
 æquitate moderatur & tenet; ut non homo mortalis, sed heros, aut Divus  
 in terris esse videatur. In singulis Imperatoribus Romanis singulas quasdam  
 virtutes numerant Historici, hic noster Maximilianus perfectissimus est, in  
 cuius pectori virtutes candidæ suum ædificarunt diversorum, & in homine  
 honestissimo quiescunt. Profecto, Carole Princeps humanissime, tibi glo-  
 riæ bellicam nostratum declaro, ut aliquid illustre penes nos semper ex-  
 titisse intelligas, quod ceteris Nationibus non fuit commune. De studio lit-  
 terarum dicere volui, quod Germanis non semper cognitum fuit, cuius rei  
 multas causas referre possem, nisi me brevitas exemplaris subtraheret. Ob-  
 jecerunt nobis, & hoc quidem tempore Itali abiiciunt, & pro probro ad-  
 scribunt, quod tam sero ad nos litterarum studia perrexerint. Et recte qui-

dem nos reprehenderent, nisi totius Philosophiae flumina agros nostros, prataque Germanica inundarent. Sacram Mathesim, Theologicamque sublimitatem prater alios enixe colimus, eam ipsam rem divinam cum magna gravitate, sinceritateque profitemur, ut nihil in Cœlo & in terris incognitum esse possit. Legum itidem, juriumque togatorum clarissimas instituimus palæstras, ut & Scevolas, & Ruffos, & Labiones, Sulpitiosque apud Theuthones videri liceat, physicas rationes causasque rerum, atque Philosophorum veterum sanctissima volvimus dogmata, ut sacra Minerva in paludibus Germaniae nata judicetur. Ad Oratores, Vates candidissimos redeo, quos diu contempsit Gens nostra, sed hac tempestate tanquam utiles atque necessarios conduxit Poetas, quorum sublimitatem si cuperem exprimere, igneis vocibus opus foret. Sed quia, jucundissime Princeps, multos annos in studiis eloquentiae me doctore usus fuisti, meque ceteris professoribus in hac docendi Provincia præposuisti, quamobrem Te hortari ad studia Poetica, dulcissimosque Musarum secessus pietas me cogit. Adhortor igitur Te ad letionem Horatii Flacci Poetæ sapientissimi, cuius ingenium in Odis admirabere, acrimoniam dicendi, salesque satyricos in sermonibus adamabis, doctrinam in arte Poetica stupefces, & quod maximum est, Accademiam Philosophiam, qua maxime illustris fuit, in Epistolarum opere considerabis. Adde, quod ex illustri genere tuam ducas originem; fisque natus ex clarissimis Principibus; tamen virtus litteraria omnibus rebus externis est anteponenda. Vani hominis judicium est, sui generis vetustatem jactare, si vacua est benefactorum testimoniis; illud vero gloriosi, qui simul cum genituræ præstantia virtutes litterarias coniunxit. Igitur cum in Te posita spes sit domus Badensis, sis pronus ad virtutem, Poetarumque lectiones utiles & jucundas memoria commendes: sis denique piger ad vitium, quod de Te, & Badensis Familia & Parentes Germanique perpetuo lætari queant: Tibi omnem meam operam, omneque studium polliceor, cui & corporis servitium, & ingenii fructus omnes debeo. Horatium itaque nuper a me revi sum, & formis, imaginibusque pulcherrimis adornatum, cum in manu tenerem, cogitavi eundem non alteri, quam Tibi Principi clarissimo dedicare; ut Horatio nostro, cuius laudes & præconia infra videbis, honorem & auctoritatem faceres, ne ab ignobili vulgo penitus contaminaretur. Appone scutum tuum nostris laboribus, ut deinceps ad maiora quæque volumina alacriores simus. Vale spes unica, unicunque præsidium ex Friburgensi Gymnasio MCCCCXCVII.

## P. O V I D I I O P E R A.

Venetiis, per Christophorū de Pensis de Mandello, MCCCCCLXXXVIII.

BONUS [1] ACCURSIUS PISANUS S. D. P.

*Magnifico Equiti aurato & Sapientissimo, ac primo Ducali  
Secretario, [2] Cicho Simonetæ.*

**N**escio, quibus aliis studiis meis ostendere tibi, Vir clarissime atque optime **CICHE** Simoneta, dilucidius possim meam erga Te benevolentiam atque observantiam, quam re litteraria librariaque. Hæc enim mea munuscula sunt, quibus & ipse cum per otium liceat aliquando deleteris, & liberis tuis, quos tibi opto quam simillimos fore, consulas ad doctrinam, & usum intelligendi. Qua ipse ductus sententia, P. Ovidium Nasonem Metamorphoseon mea opera correctum atque emendatum imprimendum curavi. Verum cum diligentius quererem, quæ prisci Scriptores litteris mandaverunt, incidi in Cœlium Firmianum Laetantium Placidum, qui in Statii Thebaida scripsit, virum mea sententia & diligentissimum & fertissimum, & qui in Fabulas ejusdem Poetæ commentatus est: cujus ego ingenium non potui equidem non mirari, nam incredibili quadam brevitate fabulam quamque complectitur & interpretatur. Quæ omnia ita in hoc opere inserui, ut nimiam pulchritudinem præferant; scis enim nostra tempestate venisse in lucem hanc imprimendorum voluminum artem, rem profecto & utilem & perpulcram. Nam libros exscriptos haud facile est omnibus sibi comparare propter precii, ac pecuniarum difficultatem. Quæ tamen et si divina benignitate tibi nulli impedimento esse potest, non tamen est contemnenda propter pulchritudinem artificii; & quia ubi hujusmodi librorum impressio, & tanquam formatio recte fuerit in initio constituta, semper eodem procedit ordine in omnibus hujusmodi voluminibus, ut vix errare liceat, id quod in exscribendis libris longe secus evenire solet. Sed hæc ignota tibi certe non sunt; ego autem quicquid feci, eo ductus feci consilio, ut rem tibi facerem pergratam. Tu vero, ut es humanitate singulari, animum meum potius quam rem ipsam considerabis. Sed quoniam Tu harum rerum gravissimus judex es, longior esse nolim. Suscipe igitur munusculum hoc meum, indicium certe mei summi erga Te amoris, atque observantiae. Nam si rem ipse in se se animo volueris tacitus cogitare, intelleges profecto apprime dignam esse, quam plurimi facias, habeasque charissimam. Vale vir clarissime, & me commendatum habe.

pp 2

SUI-

[1] De Bono Accursio, Vide supra p. CLXXXIX.  
CLXXXX.[2] Cichus Simoneta eximia nobilitatis, doctrinæ, & auctoritatis vir, in quem unum **Bonus Accursius** oculos intenderat, & ut æquum litteraris suis laboribus estimatorem, atque Patronum delegerat. Hujus elogium habes apud **Saxium** toties laud, pag. 175, quod ne tanti viri gloria omnino æquis laudibus caret, saltem ex parte heic exscribere placuit: „Cichus, (verba sunt **Saxii**) „Francisco Sforzæ patri, & Galeatio Mariaæ filio, Mediolani Principibus, acceptissimus fuit, „ut unus propemodum a consiliis esset, remque

„omnem amplissimæ ditionis summo pene au-  
„ctoritatis imperio moderaretur. Imo sublati,  
„conjuratorum perfidia postremo hoc Duce, Tu-  
„tor una cum Principe Matre datus Infantulo  
„successori. Neque liberalitas tantum, aut sum-  
„ma Cichi auctoritas in caussa fuit, ut Eruditio-  
„rum coetus frequens eidem adstaret, nominis-  
„que famam longe protenderet. Validius amori  
„omnium incitamentum fuere eximia animi do-  
„ctres, ac præcipue singularis doctrina, qua mire  
„excultus, accende etiam plurium linguarum  
„peritia, &c.

## SUIDÆ LEXICON GRÆCE.

Mediolani, per Joannem Bissolum, & Benedictum Mangium,  
MCCCCXCIX.

Διάλογος [ I ] Στεφανού τοῦ Μέλανος.

Βιβλιοπώλης. καὶ Φιλομαθής.

**Βι.** Εὐρὺ ίδι φιλομαθές, εἰ τῆς ἐλλαικῆς ἐρᾶς πέχα φωνῆς. **Φιλ.** τὶ ποιῶσαν ὁ Δέιτος μοι δέητά πάχες. εἴ γαρ μοι χολὴ ἔστιν. **Βι.** Θεατόμηνος ποιγαροῦ ταύτην τὴν βίβλον· τὴν νεωσὶ, ὥσπερ ὁ φει, τετυπωμένων· καὶ μετέπειτα ὠμοσόμηνος· πολλῶν γαρ ἔσι ποικίλων καὶ παντοδαπῶν μετηνόμηνος· ὁρᾶς δὲ τὸ πάχος αὐτῆς καὶ τὸ μέγεθος· ἀδεῖ γαρ ἔσιν ὅτε παρὰ ποιητῶν ὡς παρ ἴσοεικοῖς καὶ λογογράφοις· ὅτα δύσκολον καὶ σκοτεινόν, ὅπερ ὡς οὐχερές λέγεται· ἔρμιλλον γαρ ὡς πλεῖστα καὶ χρησιμώτατα· **Φιλ.** εἴκα οἰδεῖς ὡς ἔμοι δοκεῖ τὸ πανταχῆ τεθρυληπτέρον· ὃ πολλὰ λελῶν πολλά καὶ σφάλλεται· **Βι.** οἶδα πῶς γαρ οὐ· ἀλλ' οὐκισα ἢ τὸν Σουίδα τολυφωνία τοιχεῖται τῇ παροιμίᾳ· τὸν γαρ σει πολλῶν καὶ διαφόρων λέγονται, πολλὰ καὶ λέγεται αἰγακαῖον· καὶ δὴ καὶ Σουίδας πάμπολλα σωτερούς ὀλίγοις πειστήσαντες· καὶ τὸ τέλος μελισσῶν μελισσαὶ ἔμινθη· ὥσπερ γαρ ἔντεινε ἐφ' ἄπαντα μήν τὸ βλαστήματα καθηκάνουσιν αἴρειν· δέ τὸ χρησιμα λαμβάνουσιν, οὐτα καὶ Σουίδας, καὶ ἀπλῶς οἱ πατερῶντες λέγονται· τὸν δὲ τὸν μελισσῶν πολλῶν μήν τὸν πεπειραν λαμβάνειν εἰώθασιν· δέ τοι τὸν μελισσῶν μελισσαὶ καὶ καλλίσσα συλλέγειν· **Φιλ.** εὖ γένη τὸν ὑπόλλων καὶ καλῶς ἔφης· καὶ σοι χάριν ὄμολογῷ· οὐδὲ τῆς βίβλου τιμὴ πόσον τις ἔστι· **Βι.** χρησῶν θεῶν· **Φιλ.** λάμβανε δὲ καὶ δος τὴν βίβλον.

[ 1 ] Is est Stephanus Niger (Μέλανος) Cremonensis, de quo fuit Saxius Hist. Litt. Typ. p. 277. Stephanum Cremonensem, ait Cl. Auctori, Calcho accepissimum, non alium esse crediderim, quam Stephanum Nigrum, qui Mediolanum delectatus, insigni doctrinæ fama per hæc tempora clarificere cœpit. Græcam præcipue linguam optime calluit, institutore usus Demetrio Chalcondyla, cui etiam familiarissimus fuit. Quocirca cum præceptor ille suus rarum illud ac pretiosum opus Græcum, nemp̄ Lexicon Suidæ, in lucem educeret

Mediolanensis typis impressum, Stephanus Niger Dialogum Græce scriptum eidem prefixit, in quo bibliopolam cum juvene studii amante colloquente inducit illius libri utilitatem expōnens, stipemque trium aureorum ad eum ex officina redimendum constituiens, &c. Vide etiam, si lubet, Maistri Tom. iv. pag. 93. qui Nigrum ex Casali majore Cremonensis agri prodidisse affirmat; repugnante tamen Saxio, qui ipsiusmet Nigri testimonio fretus, minime Mediolanensem cum Picinello, sed civem Cremonensem indubie ostendit.

## A N T O N I U S [ I ] M O T T A.

**D**E METRI æternos debet tibi mundus honores,  
Quod dignum quod tam nobile tradis opus,  
Debet MOTTA magis, Caro cui tanta resultat  
Gloria discipulo te duce quanta datur.

Antonius Motta,

Olim phocis erat doctis celebrata poetis

Unde novum exhaustis fonditus ascra melos,

Proximus huic helicon, Rivo forte æmulus illi

In quo tam expressit nobile smyrna sophos,

Cadmeas diræcūs olor volitare per arces

Dictus & immenso est perstrepuisse sono,

Dignius Insubri Suidæ decus exit ab Urbe

In cuius lapsa est Græcia tota sinum.

[ 2 ] Demetrii Chalcondyl. Auditor. Vid. præl. Sax. p. 606.

## CLARISS. VIRO D. ALBERTO PIO

[ i ] *Joannes Maria Cataneus S. D.*

**I**N omni re gesta potissimum considerari solet, quid, per quos, & quam bene tractata sit: nam si horum unum absit, nulla operi nec auctoritas, nec pulchritudo relinquetur. Quis enim post hanc divinam impri-mendi artem, librum aliquem suis undique numeris absolutum publicavit, nisi characteribus decoris insignitum, emendatore optimo illustratum, utilitate publica necessarium? Ego autem non negaverim, jam plurima utriusque linguae volumina per eruditos in lucem venisse, quae splendoris multum & utilitatis secum attulere; sed qui eam, quam Suidas græcus absolutio-nem sit consequutus, nullum facile contenderim. Nam ut quædam de eo breviter perstringam, si ordinem attenderis, nihil facilius; si rem, nihil melius; si copiam, nihil fertilius. Locis enim suis necessaria complectitur quæcumque fere ab Orbe condito supra annos 5780. memoranda, hebræas, græcas, latinas, omniumque historias compendiose tangens; Philosophorum factas & dicta, poetarum fabulas mirabili temperamento narrans; somnio-rum involucra, ἀνθολογίας latebras, innumera pene proverbia acri inten-tione dissolvens; opus profecto necessarium tam latine quam græce scire vo-lentibus. Nam quid illam multiplicem verborum electorum solutionem de-mirer? cum fatis constet ex probatissimis divergarum rerum auctoribus ex-cerptisse diffusam ἀνθολογίαν; & eam tam facili dicendi genere complexum, ut quisvis mediocriter græcis eruditus per hunc summa brevi consequi pos-set; cum alias nobis ad hanc linguam perdescendam, longa vigilia, conti-nuo admonitore, & magistro opus esset. Latebat tamen in tenebris pauco-rum factus tam pretiosus auctor, & ab omnibus in dies desiderabatur; nul-lus opem ferebat, nec poterat. Tandem ad hanc provinciam reservatus vir Atticæ facundiæ Princeps Demetrius Chalcondyles præceptor noster, non, ut ceteri græcorum, studiosis tantam felicitatem invidit, sed ducem se con-stituens, egregios hujus artis & industrios artifices Joannem Bisolum & Be-nedictum Mangium Carpenses accersivit, per quos typis in melius resor-matis, additis etiam plerisque & magnæ & admirandæ gratiæ, quippe qui in eo genere præstantissimi sint; & præter conditionem & ætatem suam multoties collatis exemplaribus emendandum, jure excolendum, & reno-vandum Suidam aggreditur tanto studio & diligentia usus, ut obscura dete-lerit, inversa correxerit, manca suppleverit, &, ut demum quod sentio dicam, in illo expoliendo auctorem ipsum superaverit. Debes itaque pluri-mum illis, Alberte vir Clarissime; nam post græca tot tibi dicata volumi-na, quibus enixe oblectaris, nullum neque majus, neque utilius dicari po-tuit, cum sit totius græciæ νέπος ἀμελέτας: ad quod necesse sit singulis ho-ris, ut ad tuam liberalitatem doctrinamque græcarum litterarum studiosis, recurrere, confugere, & propter summas virtutes probe cognitum admiri-ari. Debet & doctorum Juvenum studiosa cohors, ad quos tam diffusum, tam

[ i ] Laborem suum impedit primus in hanc Suidæ editionem *Demetrius Chalcondyles*, cuius laudes postmodum ob editum egregium opus, pu-blicas fecit *Cataneus*, qui Mediolani græcas lit-teras, Demetrio preceptore, didicerat. Fuit por-

ro *Cataneus* patria Novariensis, eruditione, do-trina, multisque operibus ab se editis apprime celebribus. Ejus elogium *Cotta* in Museo Novar. & *Gaddius de Scriptor.* non Ecclesiast. pag. 138. contexuerunt.

tam utile, politumque volumen devenerit. Quare si ulla absque cunctatione librum hunc emerint, hi fortasse vicem rependere non putabunt, at illi sic cumulatam sibi restituи censemunt.

**Κυρία Δημιτρείς τῆς Χαλκονδύλων.**

**Τ**οποτὸν βιβλίον Σουίδα τετύπωται μὴν ἵστος Βενεδίκτου Μάζου καὶ Γ'ωνίης Βι-  
σόλες τῷ παρόνταν· ὃν ὁ μὴν δύφυς ἢν καὶ πεῖρεν εἰς ὀλίγους ἐχηκώς εὐ τῇ  
τῇ ἔλληνικῶν γραμμάτων διαμόρσω σωθέσει, αποδῆτε καὶ προδυμίας χειστάθησος,  
οὐδὲν παρῆντος διδύνειν τῷ εἰς ὄρδινον σώματον καὶ συμιστέειν τῷ παρὸς ἀλλα-  
γοιχείων καὶ συλλαβῶν σωτεινόντων· εἰ μὲν ποστι τοῦ ποστέα σωπάγματι παρείρα-  
ται· Γ'ωνίης δὲ ἀετος ὃν γραμματογύρος, καὶ πὲ καλλιτὰ τῷ γραμμάτων καθ'  
ὅσον οὖν τε λοιπὸν ἀκρον ἐκμικτόσταθμος ποιεῖτο χαρακτήρα γραμμάτων ποτελέσσας  
ἔχει, οἴγεντος ὥραν εἰ περ βιβλίον· ποιεῖτο μὴν οἱ τυπώσαντες· Οἱ δὲ τὴν διόρθω-  
σιν τὸ βιβλίον πεποικώς Δημήτερος ἐστιν ὁ Χαλκονδύλης· ὃς πλειστον αἰτιγράφοις  
χειστάθησος καὶ τόποις παῖσιν εἰς σμικρὸττα αἱματίματα δύρκων, ὃν πὲ πλειόνει τοῦ  
τασσον ὠσαύτας ἐτύγχανον ὅντα, πολλὰ μὲν φιλοτονίας καὶ διασκεψίαμέντος ἐπο-  
νώρθωσεν· ἔτι δὲ ὃν ἐχειστος τῷ ἐμφύτῳ τῆς παροντεσσος διορθώσεως τετυχηκούσα· ἀλ-  
λὰ τὴν μὲν τῆς λέξεως ἐρμηνείαν δῆλα πατεῖν ἔχει μαρτυραῖται· τὴν μὲν τοι παρ-  
σαγομένην ρῆσιν πρὸς παρείσαν τῆς λέξεως ἡμαρτυρίου δύσαν ως εἶχεν αἴρειν· εἰ  
μὲν ἀλλὰ καὶ λέξεις εἰδας αἵτινες πὸ παρέτασι οὐχ ὑπῆρχον εἰ Σουίδας ἀλλαττο  
ποστι συλλέξας προσέθηκεν· ως δὲ οἱ Σηποῦτες πὸ σημανόμενον αὐτῶν ἔχοισι ἀπο-  
ντερόν τε καὶ ἐπομότερον εὐτεῦθεν ποσεῖσθαι· τοι λέξεις δέ τινας αἱρετικές εὑ-  
τα εὑχώρεις θημελές αἴτης γέγονε παρείσασι· πὸ δὲ βιβλίον ποτι πολλαχῆ χρίσι-  
μον εἰ μόνον τοις φιλομαθέσις τοι φιλολόγοις τῷ νέων, ἀλλὰ καὶ τοις εἰς οἰωνιτοτε  
τῆς ιτικίας καθεῖσαν πολλῶν τὴν ἀρέλειαν ἀμάτια καὶ τέρψιν παρέχοις· ἔτι  
δὲ ἐχειστοις ποσιν καὶ ῥιτορεῖαν ποιουμένης αἱρετικά καὶ τοις ἀγαλεκτι-  
κίαις ἐφισικής θεωρίαις· ἔτι τὲ ιτικίαν καὶ φυσικής φιλοσοφίαν· καὶ δλως ποσι  
εὗτι τῷ μαθημάτων χολάζεισι σφόδρα εἰς σωτερούν μετ' θημετοίας αἰνιγματοκύμην·  
εἰ γαρ μόνον λέξεων ποσητικῶν τοι λέγοις δέσμουν εἰ λόγοις δέσμουμ-  
σαντον ἀκεβεῖς τίτιν ἐρμηνείαν ποσεῖχει, ὅπερ εχθίκισα τὸ βιβλίον πὸ δὲ ἐπαγγέλλε-  
ται, ἀλλὰ τοι ισοεις πολλάκις καὶ ποικίλας τοι ἀς 8' αἵτις ἀλλαχῆ ράσιως εὗροι,  
δῆλο ποτολλα τῷ βιβλίον αἴρειν αἴτης ποσει παρείρησται, θηλωλατίε· ἐλλωκικής φι-  
μι τοι λιμανίας· τοι λέβρικής· πρὸς δὲ τάποις δύγματα δέσφορος φιλοσόφων· ἔτι δὲ  
πορεβλήματο ποτολλα φυσικὰ πὸ δὲ ἀγαλεκτικά, εἰς ὀλίγα δὲ ιτικὰ καὶ πρὸς ποσταν  
σωτερούντα αἴρεται· τοι μὲν τοι βέβιος αἱρέτης αἴτια τοι διστάπτει βεβιωκότων· καὶ τῷ  
ἄλλων ποσι καθ' ιδοντιον ή ποικίλαν βεβιωκόμενον προηρημάτων μετέ ποτολλας ποτελάτητος  
τοι εἰρηγίας διέξεσται· Καὶ δὲ τοις εἰς μόνον τοις ἀγαθοῖς τοι λιμενίας αἴδηρας μιμε-  
θαι διέβατο, καὶ πατεῖχος βαίνειν αἴτης, ἀλλὰ τοι τοι εἰνεκτίουν οὖδεν τὸ ζῆν  
βαδίσαντας ποτι ποσέντος φόγην τοι διστρέφεται· τάποις δὲ ἀποστιν αἴτης ποτολλα  
τοι τοι ποτελάτης παροιμιῶν δὲ δῆλο τὸ βιβλίον εἰσαπται· τοι καὶ δὲ τοι λύσεις οὐνέρων  
μετέ τοις προδυμίας· πὸ δὲ βιβλίον γάπται ποτολλα ποτελάτημον λιπάνεται τῇ Ελλάδι  
τοι εἰ τῇ Ιταλίᾳ, ως τὸ τέτον κεκτημένον μέγα φροτέν ἐπ' αἴτη, τοι πὸ δὲ λεγό-  
μενον κέρας αἴραλατης παρπάθεται· τοι δὲ δῆλα τῆς εἰντασθεως αἴθοντας τοῦ βιβλίον  
γεγονής ἔξεις ποτοι φιλομαθέσιν ὀλίγης ποτερέντες διπολαγύνεται· τοι τῆς τε ποικιλίας τοι  
τῆς εὐτεῦθεν ποτελαματίας γενθανόμενος κάτιον εἰσέμεν ποτοι μετέ ποτε πλέον τοι δι-  
ποτοις ποτελάτην τοι τοι ποτελακέτον βιβλίον φροτίσσασι γλυπτά.

*Ad calcem Voluminis.*

## JOANNES [I] SALANDUS

*D. Demetrio Chalcondylo.*

**M**ieblas, decus, & nitor vetustus,  
 Argoi eloquii perire visus,  
 Et torpere gravi prius veterno,  
 Sermo cecropius: Sophosque achæum,  
 Nostra cognitione iam remotum  
 Propter barbariem parum ferendam  
 A censoribus utriusque linguae,  
 Quum frustra appeteretur in poetis,  
 Gressu liberiore concitatis,  
 Et campo uberiore devagatis,  
 Quumque omnis quereretur ordo  
 phœbi,  
 Esse interpetre nunc opus perito  
 Et musæ argolicæ locum rogarent  
 In terris Latii feracis, atque  
 Scirent Hesperij sinum beatum,  
 Demetrii auspiciis bonis in oras,  
 Venisti has Italas polumque nostrum  
 Græca ut pallade tunc parum vigente  
 Posset erigere, & iuvare tristes,  
 Mœstas pierides favore nullo  
 Graii nectaris, aut decore cultas,  
 Qui præter reliquos tuos honores  
 Et præconia multa quæ mereris  
 Longis usibus, arte, vel lepore

Nobis Attica scripta quo resolvis  
 Tanta cum gravitate, cum tenore  
 Constanti, ut videaris ore fari  
 Quo prius cecinere qui hæc dederunt  
 Sudamen multiplici vocabulorum,  
 Et rerum serie gravem, frequentem  
 Lethæis in aquis latere suetum,  
 A nostris manibus male evolutum,  
 Auras in superas redire cogis,  
 Accedente meo simul sodali, (do,  
 Charo compatre tempus omne aman-  
 Non stulta ratione, sed perita  
 Motta cum Maria meo Iohanne,  
 Sed præstante operam manuunque &  
 artem  
 Inter calcographos locum tenente  
 Primum nūc Benedicto in orbe nostro  
 Assumpto in socium suo Iohanne  
 Per quos historias vocabulique  
 Si quid quæsieras & aucuparis  
 Hoc Suda duce non potest latere  
 Sic nostra in regione qui tenebat  
 Vix tecum breve seu larem pusillum  
 Iam regnat dictione fretus ampla  
 Lector candide iam valere iusse.

## IDEM AD LECTOREM.

**Q**UI plenis monumenta soles haurire labellis,  
 Attica qui græcis fontibus orsa trahis,  
 Huic Sudæ insudes largo qui ut copia cornu  
 Fundit opes animi pabula magna tui,  
 Motta tibi Antoni: Maria en tibi amice Ioannes,  
 Dedebit graiæ pallados auctus honor  
 Tantum opus aggressus, per quos Demetrius edit,  
 Castigatque operi quæ minus apta putat,  
 Quod supereft lector pretio haud absterrite magno,  
 Magnum opus illud emas, maxima messis ineft.

## EPISTOLÆ GRÆCANICÆ.

Venetiis, apud Aldum, MCCCCXCVI.

*Aldus Manutius Romanus [1] Antonio Codro Urceo S. P. D.*

**C**ollegimus nuper, CODRE doctissime, quotquot habere potuimus græcas Epistolas, easque typis nostris excūas, duobus libris publicamus, præter multas illas Basiliæ, Gregorii, & Libanii, quas, cum primum fuerit facultas, imprimendas domi servamus. Auctores vero, quorum Epistolas damus, sunt numero circiter quinque & triginta, ut in ipsis libris licet videre. Has ad te, qui & latinas & græcas litteras in celeberrimo Bononiensi gymnasio publice profiteris, muneri mittimus, tum ut a te discipulis ostendantur tuis, quo ad cultiores litteras capessendas incendantur magis, tum ut apud te sint Aldi tui μυηδονον, & pignus amoris. Vale.

Venetiis, quintodecimo Calendas Martias, M I D.

[1] „ Natus sum ex Cortesio & Gerardina patribus modicis. (Ann. 1442.) Herberia oppidum agri Regiensis mihi est patria. At illud mihi inter minima non est reputandum, quod mihi in celeberrima studiorum, ac litterarum Urbe doceri contigit Ferraria, sed ab eo insti- tui qui lingua latīna, græcaeque decus Baptista Guarini Veronensis filius. Adde & illud quod patria tuae (Forilivii) publicus litterarum præceptor decem annis fui, tanto stipendio, quanto ante me fortasse nullus. Ex partia demum tua, seu nostra (nam pro Forilivio viensi potius appellor & cognoscor, quam Herberensi) tandem Bononiæ me recepi, ubi ad lectionem grammatices & rhetorices publice conductus fui &c. “ Hæc de seipso Urceus in Epist. ad Eugen. Mengum Bononiæ edita cum ceteris ejusdem Urcei Opp. per Platonem de Be-

neditis 1502. fol. Qua vero de cauffa Codri cognomentum Urceo daretur, ita rem enarrat Bartholom. Blanchinus in vita quam de ipso conte- xuit, ediditque: Accidit forte cum Forilivii (Urceus) esset ut Princeps Pinus (Ordelaffus) Urceo se commendaret in via forte sibi obviam facto; cui Antonius subridens: Dii boni, inquit, Jupiter Codro se commendat. Hinc omnes eum, mutato nomine, Codrum appellaverunt. Et ipse Bononia mortiens anno ætatis suæ LIV. asthmate suffocatus, sepulcrum hac tantum Epigraphe indicari voluit: CODRUS ERAM. Inexorabilis ingenii fuisse perhibent, obstinatioque supra omnes animo; ira insuper urgente, impiam & prope amentem. Frequentissime sales, jocos, leprores, facetiasque, & nonnumquam turpissimæ & obscœna seris intermiscebant, vel si mavis seria seniper, scurilliter jocando, docebat.

## A D D E N D A.

Præfationes tres, quæ sequuntur, typothetarum oscitantia suo loco deturbatas, et si (ut ajunt) extra chorum, hic tamen subnecten- das curavimus, ne quid deesse, quod desiderari posset ab eruditis Lectoribus, jure culparemur.

J O S E P H I M A C H A C I Æ  
Filii Hebræi genere Sacerdotis ex Hierosolymis  
DE BELLO JUDAICO,

Et de antiquitate Judæorum contra Appionem Grammaticum Alexandrinum.

Veronæ, per Magistrum Petrum Maufer Gallicum, MCCCCCLXXX.

[ 1 ] *Ludovicus Cendrata Veronensis clarissimo Equiti aurato, Dño*  
 [ 2 ] *Antonio Donato Patrio Veneto Urbis Veronæ Prætori*  
 S A L U T E M .

**N**EMINEM excogitando inveni commodiorem, ad quem emendatum Josephi clarissimum opus destinarem, Te optimo Prætore nostro, qui accuratissime versatus sæcularium litterarum, & divinorum operum commendatissima lectione, fructus etiam uberrimos his Josephi Libris collecturus eris. Quamvis enim tibi gloriari liceret pretiosissima fruge Patria scilicet Veneta, genere, opibus, primaria sobole, & cæteris fortunæ bonis: fructum tamen singularem natura ipsa bene disposita tibi peperit, & illustrissimæ patriæ [ 3 ] Hieronymum filium vatem ingeniosum prosa & philosophia præstantem, specie liberali, & decore Senatorio. Sed tu pro ingenita modestia subterfugis humanas laudes: & illæ te profecto vel invitum domi, forisque comitantur.

Legendo namque Josephum ante oculos adducentur gesta, mores, gaza, & loca miranda, quæ decem fere annos aut paria, aut majora tuis legationibus a Serenissimo Venetorum Senatu merito collatis apud Galliarum Christianissimum Regem, & illustres Principes, vel geminata legatione ad beatissimum Pontificem Sixtum diligentissime contemplatus es: a quo pro tuis benemeritis regali munere Rosa donatus, celebri Cardinalium pompa, & aurata militia decoratus es: Majora tamen militiæ ornamenta tribuilli gloria virtutis rerumque gestarum, quam ab illa proculdubio suscepseris. Varias & in Hetruria Quæstor militiæ insignis modo res gestas advertisti, in quibus ea prudentia & auctoritate potentem militum Venetorum exercitum gubernasti, ut ruentem Thusciæ Statum exerexis. Laudabis itaque plurimum pro tua maximarum rerum experientia Vespasiani Ducis, & Titi filii rei militaris scientiam, virtutem, fortunam, auctoritatem, & admiranda stra-

[ 1 ] Hujuscce Viri mentionem facit Cl. Marchio Scipio Massius Veronæ illustratæ Par. II. Lib. III. Col. 123. & 124, ubi, post commemo-  
ratam hanc Josephi Flavii laboriosam emenda-  
tionem, tese in medium adducto Fabritio, mul-  
tarum in Perfum Adnotationum auctorem ipsum  
asserit. Fuit Guarini discipulus, eique affinitate  
junctus. Ex pluribus ipsius Epistolis, quæ in ali-  
quibus ms. Codicibus habentur, una extat in  
Collectione Epistolarum magni Senatoris Franci-  
isci Barbari, pag. 326. adque eam responsio pag.  
327.

[ 2 ] Prætor Veronæ fuit anno 1479. venitque  
in locum Augustini Barbadici, qui deinde ad

Ducalem dignitatem evectus est proxime post Marcum Fratrem. Plures Donatus Legationes gescit, remque militarem in castris administra-  
vit, ut ex hac ipsa Praefatione habes. Venetiis obiit anno 1481. tumulumque habuit in Ecclesia S. Mariae Servorum. Rerum a Venetis Ducibus gestarum epitomen scripsit. Ejus Vitam fusiori stylo exarata P. Joannes de Augustinis sui Operis de Scriptoribus Venetis Tomo tertio quam-  
primum emittet.

[ 3 ] Dignum talis Patris Filium; de quo nihil attinet dicere, cum multa de eo nuper scripserit P. Joannes de Augustinis Tom. II. de Venetis Scriptoribus a pag. 201. usque ad pag. 239.

Stratagemata . Recognosces Præsidum Romanorum iustitiam erga populos : facilitatem in audiendo , lenitatem in decernendo , in satisfaciendo , ac disputatione diligentiam . Quæ quidem & tu in Senatu Veneto , & in ista Prætura ut optimus hæres clarissimi Equitis parentis tui D. Andreæ Donati in concives meos recte administrasti : adeo ut quem jam annis XL. æquissimum Pro-prætorem experti , dum adhuc agro isto bella sœvirent Duce inclito Francisco Fortia Comite , parentem Patriæ posteritati gratissime commendaverint : quando cives præstantissimos indigne quidem extores tunc factos ad Magistratum Veronam accessurus triumphantes reduxit in patriam , clementia illustrissimi Senatus Veneti innocentes judicatos . Leges igitur , ac decies avidissime repetes summe placituros septem Libros Josephi de bello quod adversus Judæos gessere Romani duce Vespasiano ac Tito filio , opus quidem elegans , & fidei nostræ locuples testimonium : & Libros adversus Appionem Grammaticum Alexandrinum , in quibus tanta gentilium profert testimonia , ut profecto admirandum sit , quomodo vir hebraicus ab infania sacris litteris eruditus , cunctam græcorum Bibliothecam evolverit memoriae commendatam . Et opusculum contra Philonem de vituperatione gentis Judaicæ : cuius Philonis tanta fuit eloquentia , ut apud Græcos vulgo diceretur , aut Plato Philonem sequitur , aut Platonem Philo : quom eadem sit & sententiarum & eloquii similitudo . Ipse autem Josephus ex Hierosolymis Sacerdos militiæ dux illustris , hebreæ lingua prius digestum opus , deinde græcum edidit : & ex græco fecit esse Romanum . Verum certe Historicum nemo negabit eum qui gestis interfuit , & cum Romanis bello conflixit . Itaque jam plane græcum excellenter vero latinum quisque Phalavium Josephum extolle , qui ita dicit & sapit maxima laude nominis sui , & historiarum veritate & modestia . Adducit quidem ante legentium oculos Galilæarum oppida pene infinita , & præclarissimam urbem Hierosolymam triplici muro conseptam , fertilissimos agros , colles apricos , flumina , lacus , & fontium murmura , hortos arbusculis balsani , & mille suavissimorum fructuum generibus redundantes ; ordinatas utrinque acies saepissime videre licet , admotas oppidis machinas , & quatientes Romanos milites ariete turres : Modo Romanum peditem summa virtute pugnantem , modo Judæos forti animo Romanam aciem repellentes . Ferro ignique vicos oppida urbes undique vastari ; foedis gentilium manibus sacrata templi ornamenta violari ; rapi crinibus effusis virginis ; trahi maritatas pendentibus ad oscula natis : infelix quidem & miserabile fatum ; & sanguine cæsorum loca omnia exundare . Tanta vero fuit istius Josephi latine linguæ proprietas & eloquentiæ splendor , ut sicuti vere gesta sunt , ita lectoribus quasi cernenda præponantur : adeoque nemo , ut arbitror , absque lachrymis auditurus accedit potentissimæ urbis Hierosolymæ , & admirabilis Templi ruinas , incendia , & pretiosissima spolia , matrem nobilissimam coelto filio intoleranda fame vesci , horrendum sane & lachrymabile spectaculum ; decies centena millia Judæorum morbo , fame , gladioque consumpta , & parvo numismate triginta venditos : quæ fore Christus in carne prædixerat . Interfuere autem a Jesu Christo crucifixo usque ad excidium Hierosolymæ civitatis anni duo & XL. & menses sex : quam Titus pientissimo dolore invitus certe ad internacionem deduxit secundo anno Principis Vespasiani ; & Templum pariter sumptu , & magnificentia argenti , gemmarum & auri a Salomone Rege constructum , ad quod visendum , Principes

pes & universæ nationes confluebant pro summa religione , & ipsius Templi admiranda structura . Debemus profecto maxime tanto viro , qui & Machabæorum composuit historiam ; & libris viginti ab initio Orbis conditi usque ad annum Domitianæ Cæsaris decimum quartum accurate descriptis de antiquitatibus Judæorum universa facinora , in quibus de Jesu Christo tam bene sensit , ut quæ symbolo fidei comprehensa dignoscuntur , eadem Judæus Phlavius rectissime prædicaverit ; & propter interfectionem Jacobi Apostoli cognomento Justi Hierosolymam dirutam , quem Judæi de pinnaculo Templi trusum fulonico fuste ceciderunt . Captus in Jotapata civitate Galilææ a Vespasiano dum ibi dux esset exercitus a Nerone Cæsare missus ex Achaia , & per Titum in triumpho Romam ductus , patri filioque obtulit judaicæ captivitatis clarissimum opus Bibliothecæ Vespasiani Cæsaris commendatum : cui proinde statua erecta est pro celebritate divini ingenii sempiterna .

Apportata vero sunt Bononia & aliunde hujus historiæ exemplaria , in quibus longa vigilia assidue elaboravi , ut quoad valerem quorundam ardentissimo desiderio satisfacerem . Lecturos autem quæso , veniam præstent , si eorum honesta desideria in corrigendo fortasse non adimpleverim . Nam tanta fuit illorum incuria , qui transcripsere apportata volumina , ut difficillimum fuit vaticinari ipsius Josephi edita verba . Sed ita studui rogamibus & impellantibus satisfacere , ut delegerim non sine rubore potius ardenti quorundam voluntati morem gerere , quam utile opus & jucundum omnino imperfictum & præsentibus & posteris relinquere . Vale ; magnifice Prætor , quem felicissimum merito desiderat universa Civitas .

Veronæ , pridie Kalendas Decembri , MCCCCLXXX.

### *Hieronymus Donatus Ludovico Cendrata S.*

Hesperias non te venisse pigebit ad oras  
Judææ Phlavi conditor historiæ :  
Nam te si vitio quisquam labefecerat ullo ,  
Id Cendrata tibi sedulus eripuit .  
Sic emendatus manibus volvere peritis :  
Nulla erit inque tuis menda voluminibus .

### [4] PANTHEI VERONÆI CARMEN

Exis unde liber nitida sic fronte politus ?  
Quæ domus est ? nomen quod tibi ? dic quid habes ?  
Vis dicam ? externis venio de finibus exul .  
Lassus ut optatam pervager Italiam .  
Barbara fæties latios popula penates ,  
Cum reliquis rapuit : trusit & in latebras .

Proh

[4] Hic est Joannes Antonius Pantheus , qui Jus Canonicum docuit Patavii , & Hermolai Barbari Veronensis Episcopi fuit a secretis , mox Archipresbyter Ecclesiæ Omnim Sanctorum , & Canonicus Tarvisinus ; uti testatur idem Maffeus Verona Illustrata P. II. Lib. III.

Col. 109. & seqq. Valde cum coluisse Latinam Poësim , indubiam fidem facit Codex Epigrammatum & Elegiarum ab eo conscriptus , cuius videndi copiam nobis fecit Clar. Doct. Joannes Franciscus Burchiellatus Civis Tarvisinus .

Proh dolor! hac præda plures periere Poetæ:  
 Et labor immensus deperit historicus.  
 Hic squalore, situ, carie consumptus & atra,  
 Jamdudum tineis putridus esca fui.  
 Evasi tandem: Veronæ debedo, quæ me  
 Extulit: elatum præstat & orbe legi.  
 Nomen Josephus: Judææ gentis alumnus:  
 Flavia cognomen cui dedit alma domus.  
 Qui patria, & graia, Romana denique lingua  
 Descripsi in nostros tristia bella lares,  
 Quæ Titus & genitor paribus gessere triumphis:  
 Quom pœnas Christo gens recutita dedit.  
 Me plebs ergo legat: fueram qui rarus in aula  
 Regum, me parvo quisque popellus emat.  
 Jam censura gravis me castigavit ad unguem:  
 Crispantes nasos tutus adire queo.

Post hæc noscere forsitan requiris  
 Qua impensa niteo novis lituris,  
 Hoc transibo neque: Innocens Ziletus  
 Exortus puer Urceis novellis,  
 Sed Veronæ alitus, diu per orbem  
 Dum præstat veniam legendus, auro,  
 Exhausit simul assibus crumenam.



L A U R E N T I U S V A L L A  
D E L I N G U A L A T I N A.

Impressum Mediolani, impensis Philippi Lavagnæ A. D. MCDLXXIX.



LAURENTII VALLENSIS [i] VIRI CLARISS.  
& de Lingua Latina benemeriti

*Ad Joannem [2] Tortellium Aretinum elegantiarum Opus.*

**L**AURENTIUS Vallensis Joanni Tortellio Aretino cubiculario Apostolico Theologorum facundissimo salutem P. D. Libros de lingua Latinæ elegantia, mi Joannes, unicum amicitiæ specimen, & omnis scientiæ decus, olim jam tibi debitos, totiesque abs te efflagitatos, & tanquam creditore repetitos, tandem exhibeo, nominique tuo dedico, ac velut æs alienum persolvo: & ut longioris moræ dem poenas etiam cum scœnore, eoque tanto, ut sorti par sit. Nam cum sex essent libri, quos tibi, cui omnia debeo, repromiseram, nunc totidem ad illos accedunt ejusdem germanaque materiæ, & quasi semissi semis addita explet assem lucri. Fecisti itaque tu longam quidem expectationem, verum ipsius expectationis non negligenter mea, sed consilium extitit causa. Nolo enim fraudare beneficium meum gratia tua, si quidem nullam aliam inire rationem poteram, quæ libros injussu meo, ut scis, editos, & in plurima exemplaria transcriptos tibi dicarem, nisi & repurgarem diligentius; & (quod majus est) aliorum veluti reliqui corporis accessione perfectos me emittere testarer: ut nemo nisi ab hoc fonte, & ejus rivis nostrarum elegantiarum aquas sibi hauriendas existimaret non solum uberiore gurgite, sed etiam nitidiore. Quo magis & spero & opto, libros hos abs te in Summi Pontificis Bibliotheca repositum iri; teque curaturum, ut ille, cuius contubernialis es, & studiorum intimus comes, non numquam eos evolvat: & quemadmodum de parte jam fecit, totum opus laudet; eximium profecto, ac maximi laboris mei fructum ac præmium. Nam quis uberior fructus, aut quod magis optimum præmium generoso animo contingere potest, quam laudari a laudato viro? ut ille apud Accium inquit: Gaudeo abs te laudari pater laudato viro. Et enim quisnam multis jam seculis laudatior extitit, qui vel sit magis jure laudandus, quam nostrum omnium Pater Summus Pontifex Nicolaus Quintus? Qui non magis prudentissimorum hominum judicio electus est, quam natus ad illam dignitatem videtur; quem Deus nobis præbens singulari qua-

q q dam

[1] Laurentius Valla Romanus, artem Rhetoricam diu Neapoli, & Romæ professus est. Multa legit, multa etiam litteris mandavit; de Lingua Latina; de Dialectica; de summo Bono; aduersus veteres Jureconsultos; aduersus Donatorem Constantini, & alia nonnulla. Thucididis, & Herodoti historias latinitate donavit. Obiit Romæ ann. MCCCCLVII. De Valla hæc Cortefius

in Dial. de Homin. doct. „L. Valla scriptor egregie doctus, cuius ingenii acumine constare inter omnes audio Italianam esse recreatam, sed erat acer & maledicus, & toto genere paulo asperior, &c.

[2] De Tortellio Aretino, qui conjunctissime vixit cum Nicolao V. P. M. vid. supr. pag. xcvi.

dam hoc sæculum est beneficentia prosecutus , & quo sospite , ut est hominum opinio , res humanæ futurae felices sunt . Adeo nescias , an virtus ejus , an dignatio inter homines magis emineat , & inter ipsius virtutes , quæ cui præstet ( si qua modo præstat ) & non unaquaque omnes in se numeros habet , nisi ut quod quisque maxime virtutem aliquam colit , ita maxime adesse huic illam existimat , veluti tu nonnunquam , atque ego prudentiam cum ceterarum rerum , tum vero litterarum . Quid enim tam arduum , tam difficile , tam profundum , quod non consilii altitudine expediatur , conficiat , transligat ? Tot Summi Pontificatus , quem prope Lacernum ac naufragum acceperebat negotia , quibus distinguitur ; quorum pars quemlibet alium deprimeret , unus omnia curat , omnia suis humeris sustinet ; unus omnia obit ; & quod magis nostram admirationem auget , non fortiter modo , sed etiam libenter . Divina nimirum est in eo ingenii celeritas ac vis ; jam vero de litteris , quoties nobiscum alio vel quo eruditio post fluctus occupationum loquitur , taceo , qua pronunciandi majestate & gratia ; quanta memoria , quanta rerum copia , quanta doctrinarum omnium peritia eluceat ; vel humanarum , ut Historicæ , ut Oratorizæ , ut Grammaticæ , Philosophicæ , ut Poeticæ , etiam metricæ ; vel divinarum , ut Theologizæ , ut omnis juris , ut ejus , quam Græci - - - vocant . Nihil ita arduum , itaque abditum , quod eum fallat : nihil ita tenue in litteris , exiguumque ( unde haud secus miror ) quod eum fugiat , eoque nunquam minus loqui , magis attendere mihi libet ; quam cum ipsum audio , pace tamen ejus dictum sit , non minus ornat illam dignitatem , quam ab illa ornetur . Nec ego minus veneror ejus virtutes apud me , quam datas a Deo Apostolicas claves ; cum præsertim scientia Sacrarum Litterarum clavis vocetur ab eodem Deo tributa , quæ aperit , & nemo claudit ; claudit , & nemo aperit . Itaque utraque manu claves gestat sapientiaz altera , altera potestatis . Quare ( ut liberere quod sentio , dicam ) vel magis mihi lœtandum , atque gloriandum erit , si a tam integro , tam sancto , tam sapienti viro , quam si a Summo Pontifice laudabor . Sommi enim Pontifices multi fuerunt , sed qualis hic , vix unus aut alter , quem absit , ut emerendi favoris gratia impensius laudaverim ; quippe qui sciam & me improbaturos homines si mentiar , & illum talem esse , qui nec seipsum ignoret , & testimonia suarum laudum malit in pectoribus esse , quam in linguis . Neque velim , te hanc ei Epistolam ostendere , in qua etsi laudatur , id tamen non adeo sit , ut has laudes ipse , sed ut ceteri legant . Et quod ad nos attinet , magno sane honori tuo ac meo fiet accessio ex hac Nicolai Pontificis commemoratione . Etenim si in arcubus triumphalibus , aut columnis , ceterisque id genus operibus in honorem aliquorum extructis , quo sunt augustiora , cernimus interdum alicujus Dei , aut Deo similis imaginem superpositam ; cur ipse non putem mihi faciendum , ut huic meæ columnæ , non ausim dicere arcui , duodecim passus altæ , quam ego opifex tibi ob singularem eruditionem , summam benevolentiam , maxima in me merita dicavi , imaginem Nicolai Sommi Pontificis mea manu sculptam in culmine collocem ; ut operis decori quædam etiam ex ipso præside majestas accedat . Ita & nostra in illum reverentia ac religio , & illius in nos favor , splendorque constabit . Vale .

GIUVENTUALE E PERSIO VOLGARIZZATI  
DA GIORGIO [1] SUMMARIPA.

Tarvisii, per Michaelem Manzolinum, MCCCCLXXX.

*Sereniss. Principi & Domino Excellentiss. Domino Petro Mocenico  
Dei Gratia Venetiarum Duci inclyto, Spectabilis & Generosus Vir  
Georgius Summaripa Veronensis Fortitiorum Provisor & servus  
humiliter se commendat.*

**I**Llustrissimo Divo inclito PRINCE  
Pier Mocenigo mio, Duca e Signore  
La Maiesta suprema el tuo splendore  
A farti riverenza ognhor mi vince.

Ma sopra tutto anchor più mi convince  
Del mio sublime impero el grande honore  
Veneto degno fitto inel mio cuore  
A venerarte con occhio di lince.

Per tal che havendo Junio Juvemale  
Summo reprehenditor di ciaschun vicio  
Tradutto in terza rima e sul morale.

Non ho trovato in lo Italico hospicio  
Fautrice a la virtù più cordiale  
Di tua Excellenza, per probato indicio.

In questo bel inicio

Sia dunque grato al tuo sereno Throno  
El fidel servo piu chel picol dono.

[1] *Giorgio Summaripa*, ovvero *Summariva* Gentiluomo Veronese, prima Dottore di Leggi, e poi Soldato; nel qual mestiero ottenne il posto di Provveditore alle Fortezze del Contado Veronese intorno agli anni 1416; indi il comando della Città di Gradisca. Oltra queste Satire, volgarizzò, come seppe meglio, la Batracomiomachia di Omero, e scrisse in terza Rima l'Istoria del Regno di Napoli, con altre cose ancora. Vedi il celebre Sig. M. Maffei nella Verona Illust. pag. 134. donde abbiamo tratto le presenti notizie.

Add. Pag. clxiv. in Notis.

*Luphus seu mavis Lopus Numajus Foroliviensis Comes & Eques, floruit xv.  
vergente saeculo sub Pino Ordelaphi patriæ suæ Dynasta, eique Scribe primarii,  
& a Secretis munere functus est. Extat in Templo Fratrum vulgo Servitarum  
Foroliviensium Luphi cenotaphium, quod vide, si lubet, apud Sigismund. Mar-  
chesium Hist. Foroliviens. Lib. viii. pagg. 508. & 596. Ibidem adduntur versi-  
culi, quos retulisse non pigebit.*

*Linguam habui Charitum, cor Palladis, ora Diane.  
Non perii : mors est splendida vita bonis.*

# PRÆFATIONES, ET EPISTOLÆ APPOSITÆ VOLUMINIBUS

*Anno, loco, & Typographo prorsus destitutis.*



## XENOPHON DE CYRI PÆDIA.

VERTENTE PHILELPHO.

*Francisci [i] Philelphi Præfatio in Xenophontis Libros de Cyri Pædia  
ad Paulum Secundum Pontif. Max.*

**D**IU mihi multumque cupienti aliquid ad te scribere, PATER BEATISSIME, quod vel observantia in te mea, vel acerrimo tuo gravissimoque judicio dignum posset jure existimari ; Xenophon ille Socratus, qui non minus ob nitorem & suavitatem orationis, quam ob doctrinæ magnitudinem atque præstantiam, Musæ Atticæ meruit cognomentum, tempestive se se in octo his libris obtulit, qui de Cyri Persarum Regis & vita & institutione, quam Græci pædiam vocant, inscripti sunt. Quid enim ad summum christianæ totius & religionis & reipublicæ Principem, Paulum II. Pontificem Maximum, scribi a Francisco Philelfo convenientius poterat, quam de sapientissimi unius & clarissimi Principis rebus gestis & disciplina ? Etenim cum tria sint gubernandæ reipublicæ genera, populi, optimatum, regis ; quis ambigat hunc Principatum ceteris antecellere, qui sub unius præstantissimi viri sapientia & virtute sit constitutus ? Scimus humana studia nostra omnia ad finem quendam, ut appetitum bonum referri oportere. Ita navis gubernator portum sibi proponit, quem ubi attigerit, conquiescit. Ita Medicus ipse bonam valetudinem ; ita persuasionem Orator ; ita Imperator victoriam suum sibi finem statuit. Eadem quoque ratione in civitate administranda, ad civium concordiam, quietem, felicitatem nostræ cogitatus sunt omnes & consilia referenda. At hujusmodi civitatis statum quis omnium est qui nesciat multo & facilius & melius ab uno, quam vel ab omnibus, vel a pluribus & parari & servari solere ? Nam neque optimates, nec populus universus bene & pro dignitate rempublicam gerant, ubi minus inter se convenient ; quippe qui illorum similes sint futuri,

[i] Latet annus, & cum anno locus & Typographus Editionis. Verum ante annum MCCCC-LXXVIII. sive Romæ, sive Mediolani, (quod non satis mihi constare lubens fateor) peractam fuisse evinci Epistola ejusdem Philelphi ad Herm. Barbar. Antistit. Veronen. eodem anno data, in qua scriperat : *Quod ille (nempe Paulus II.) mœ⁹ observantie munus quam habueris gratum, illud est dilucidum argumentum, quod aureos quadringtonos dōno ad me dedit, scilicet pro Cyri Pædia*

versione. Neque attendendus, quisquis tandem fuerit, qui ad calcem hujusce Praefationis in veteri Editione versionis istius a Cl. Zeno in vol. I. Vofian. p. 293. memorata, adnotaverit *Philelphum* labori suo imposuisse *extremam manum ad XI. Kal. Octobres Ann. a nativ. Chr. 1471. De loco Editionis nostræ Cl. Maittaire*, etsi in expediendis hujusmodi negotiis, sagacissimus, nullum quod viderim auctus est proferre judicium.

turi, qui Euxino in pelago singuli pro suo arbitratu in diversa agere navim  
pergant. Enavigent autem quam facillime, si una mente, unoque consensu  
omnes simul eodem agere contendent. Sic ibidem ea civitas optime gu-  
bernetur, in qua nulla fuerit dissensio, idemque consensus. Hunc vero qui  
diligentissime sunt secuti & in optimatium, & in populi ditione, regium  
tamen quodam modo Principatum repræsentare & jampridem elaborarunt,  
& hodie elaborant. Nam & Venetorum Senatus, qui ex optimatibus con-  
stat, Ducem creat; & Florentinus populus Vexilliferum Justitiaz. Apud Ro-  
manos quoque Senatus Principem delegi solitum viri disertissimi prodidere.  
Sic Publum Cornelium Scipionem illum cognomento Africanum bis & ite-  
rum aliis temporibus Principem, Senatus, Censores alii & alii legerunt.  
Sic in extremis reipubl. casibus dictatorem persæpe constitutum audimus,  
qui verbo fortassis a Rege multum, re autem nihil differebat omnino. Quod  
si vel in optimatium, vel in multitudinis potestate nulli rei magis, quam  
uni eidemque omnium voluntati atque consilio studetur: quanto id facturus  
sit unus facilius & perfectius, qui cum solus sit in regendo, neminem ha-  
bet, a quo possit dissentire? Itaque non absurdè videtur Lycurgus illi re-  
spondisse, a quo esset hortatus, ut Lacædemone populi potentatum faceret:  
fac, inquit, tu primus istum domi tuæ: perinde quasi monere Lycurgus  
voluerit, nullam prorsus societatem recte administratum iri, in qua plures  
velint excellere. Paulatim enim serpit tum avaritia, tum ambitio, quæ per-  
niciosissimæ duæ pestes cum in omni multitudine, tum in civitatibus maxi-  
me jura divina omnia humanaque pervertunt. Quare quod modo dicebatur,  
multo est & tutius & præstantius ab uno quodam rempubl., quam a pluri-  
bus gubernari. Nam unum quendam Principem & sapientem & bonum fu-  
isse nonnunquam legimus. Idem vero aut de omnibus optimatibus, aut de  
universo populo non facile sit dicendum. Magnum Atheniensium fuit im-  
perium, majus Carthaginensium, & omnium maximum Romanorum. Sed  
quando vel Romani, vel Carthaginenses, Atheniensesve aut in optimatium,  
aut in populi principatu tanta sunt usi benignitate fortunæ, ut minus inter  
se se mutuis odiorum incendiis conflagrarent? Etenim qui fieri potest, quo-  
minus inter multos aliqui sint vel pauci, qui veluti pestifer quidam morbus  
universi corporis validitudinem vitient? Nam sub uno quodam, qualem &  
loquimur, & optamus, sapientissimo justissimo Principe, ea est virtus ju-  
cunditas viris virtute præstantibus, ut nihil neque optatius queat, neque  
beatus excogitari. Tales vero permultos aliis temporibus atque aliis exti-  
tisse dinumeremus, sed illum in primis, quo neminem protulit natura omni  
virtutum omnium numero perfectiore magisque absolutum C. Julium Cæ-  
sarem: qui primus, quod adhuc perdurat, regium Romanis post sedatas se-  
ditiones, furoresque civiles, & constituit & stabilivit Imperium; dein post  
curriculum temporis Trajanus, duoque Antonini, & Pius, & philosophus  
Marcus secuti sunt singulari laude digni. Nec multo post Alexander Seve-  
rus, & cum iis Constantinus, qui novam Romanam Constantinopolim con-  
didit: tum alii plures viri magni atque perillustres. Vidimus etiam, atque  
cognovimus tempestate nostra & Philippum Mariam Mediolanensium Du-  
cem, & Alphonsum, qui non multo post Philippi obitum naturæ conces-  
sit, Alphonsum Regem, duos profecto nobilissimos Principes. Quid enim  
meminero maximos Ecclesiæ Romanæ Pontifices, quorum majestate & di-  
vinum & humanum continetur imperium? Prætero brevitatis gratia supe-  
riores illos, qui sunt viri prope innumerabiles. Quid desiderabatur ad om-  
nem

nem excellentiæ gloriæ vel in Eugenio IV. avunculo tuo , vel in Nicolo V, qui Eugenio successit in Pontificatum ? Nam de ipso te loquor eo verecundius , quia verissima etiam laudatio coram habita assentandi suspicione haud vacat omnino . Sed unum certe præterit neminem , eum esse Paulum II. Pontificem Maximum , qui ad vitæ integratatem & sanctimoniam tanta sit animi sapientia ac robore , ut solus Italiæ pacem , quam inclytus ille Princeps Franciscus Sphortia maximis laboribus periculisque perpererat , languentem jam post illius obitum pœneque interemptam recret , reficiat , & vivaciore quodam sensu afficiat , & eo robore muniat , ut nullas hominum vires , nullas vereatur infidias . Itaque unus quoque Paulus II. ostendit , quam sit optandum unius Principis optimi , moderatissimum imperium , & quam reliquis quibusque principatibus præferendum . Præterea mens humana cum Dei ipsius mente , ad cuius imaginem & similitudinem est creata , debet convenire . Sed quemadmodum naturam a mente divina emanasse constat , sic etiam artem ab humana perspicuum est ori . Omnis autem naturæ principatus non pluribus , sed uno quodam Principe definitur . Sic unarius numerus ea ratione pluribus anteponitur numeris , quoniam plura ab uno sint , non autem contra . Sic omnis motus superior & inferior a primo motore uno proficiscitur . Sic omnia corporis membra motum a corde tanquam a principe probatur accipere . Sic universo corpori præst animus . Sic ipsa ratio partibus animi præsidet . Sic uni sapientiæ tanquam reginæ cuidam omnes cæteræ virtutes & actionis & morum subiiciuntur . Quod si natum etiam fit , ut & quæ sunt , omnia Deus unus digerat certo ordine , & totam hanc mundi machinam atque ornatum Deus idem negat atque moderetur ; cui dubium esse debet unius viri prudentis & optimi imperium industria arteque humana , quæ naturæ est & cognata & imitatrix , sapientissime simul , saluberrimeque constitui atque propagari ? Quam quidem sententiam amplexus poetarum ille nobilissimus Homerus ita Ulyssem loquentem facit : multorum imperium mala res est , unius esto Deus , & rex unus , statuit quem rector Olympi . Quid quod grues etiam ipsas suspici licet , quæ natura duce , cum secant volatu aera , veluti alio trajecturæ , unam sibi per vices præviam habent , cuius iter miro quodam ordine sequuntur reliquæ ? Nonne insuper videmus , apes quodam quasi naturæ persuasu unum sequi principem , eidemque parere ? Quid igitur homines ipsi faciant , quorum mente nihil est post Deum neque pulchrius , neque melius ? præsertim cum sapiens ignoret nemo , quæcumque plura ad unum quoddam referuntur , huic ea subesse oportere . Ita universa domus patrifamilias , ita vivus vicario , ita civitas Principi uni jure subiecta est . Non igitur fortasse vicio dandum est Alexandro Macedonum Regi , quod Dario secundum jam victo , qui ei polliceretur & filiam uxorem , & talentum triginta millia , & Asiarum regnum ex æq possidendum secum , responderit , neque terram duos Soles , neque Asiam capere duos Reges . Ad quid aliis aut exemplis aut rationibus opus est , quandoquidem constat , Christum optimum maximum , & ipsum Deum , & summi Dei illius filium , qui ea lege primum creavit hominem , ut ceteris cunctis animantibus præcesset , illo se tempore humanitati conjungere voluisse , quo princeps unus Cæsar Augustus universo terrarum orbi imperitabat ; quique præterea , quanti ducendus esset unius principatus , vel hoc declaravit argumento , quod & ipse principem gessit , dum fuit inter homines , & rex ab hominibus reversit in Cœlum . Nec multo prius quam fuerat excessurus e vivis , de legit unum e discipulis suis Petrum ,

primum tuæ ipsius Apostolicæ Sedis præsulem , cui præcipuum jus tradidit & ligandi super terram , & solvendi quod vellet . Quando ergo unius imperium , sive finis ipsius , sive principii causæ natura consideretur , & populi præstat & optimatum ditioni , de hoc non inepte gravissimus philosophus Xenophon præcepturus unum sibi delegit Regem , in quo summa omnia esse voluerit , quæ ad constituendum , amplificandum , tuendumque & propagandum in posteritatem imperium pertinerent . Ita enim quæ de regia institutione & disciplina præcepta traditurus esset , gratiora legentibus fore censuit , si unius moderatissimi justissimique Regis vitam , atque res gestas tanquam exempla quædam protulisset in medium . Talem vero Cyrus propterea esse voluit , quoniam per ea tempora alius occurrerat nemo , cuius nomen apud Græcos haberetur illustrius . Nam Liber pater & Hercules etsi clarissimi extiterunt ; eorum tamen res gestæ fabularum loco ducebantur . Idem & de Sesostri Ægyptio , & de Tearcone Æthiope , quos ad Europam usque magnis cum viribus processisse fabulantur , tenendum est . Eadem ratione Nabuchodonosorum , qui apud Chaldæos clavuit , majorem quam Hierusalem gloriam consecutum , qui asseverant , non plus suis inventis autoritatis vendicant , quam qui volunt Sdathyrum Scytharum Regem post magnam Europæ partem subjugatam , ad Ægyptum usque Asiam discurrisse . Namque Nabuchodonosorum & ad columnas usque impetum fecisse , & ex Hispania in Thraciam ac Pontum exercitum egisse volunt . Romani vero erant adhuc minus cogniti . Potuisse profecto Xenophon , & id recte quidem ac vero , desumere sibi ad scribendum Mosen Moseique res gestas : qui , ut Philo Judæus est auctor , & rex præstantissimus fuit , & prudentissimus legum lator , & sacerdos innocentissimus . Sed id fortassis ob eam rationem ab illo factum non est , quod res Hebræorum nondum satis increbuerant apud Græcos . Præterea quo illud hominum genus erat gloriösius apud Deum , eo apud gentilitatem ducebatur obscurius . Itaque in uno Rege Persarum Cyro ea inesse omnia facit Xenophon , quæ in Principe justissimo ac summo inesse debent . Hosce autem octo Xenophontis libros , eo studiosius ex græcis latinos reddidimus , quod quædam Poggii scripta habentur a nonnullis in manibus , quæ ille quandam veluti per Epitomen existimatur ex eodem hoc Xenophonte interpretatus : quippe qui libros octo in sex redegerit volumina . Sed istiusmodi compendium cum neque orationem complectitur Xenophontis , neque sententias loquitur ; nam ex quoque infinitis in locis mutatae , depravatae , vitiataeque sunt ; occurrere volui tantæ indignitati , ne tanta fieret non modo Græcis , sed nostris item injuria : non absurde futurum judicans , sin minus propulsasse , quam possem , injuriam , ut merito ipse quoque injustitiae reus fierem . Totos igitur hos libros octo de Cyri pædia ita sumus interpretati , ut , quantum mea fert opinio , nihil in his desiderandum sit , quantum scilicet ad emendati justique interpretis munus attinet . Non enim sim adeo impudens , ut velim me a quoquam existimari ita eleganter & perpolite sonoram illam ac suavem Xenophontis orationem expressisse , ut etiam ipse Musa Attica debeam appellari . Præsertim cum & aliud sit aliorum inventa interpretandi , & aliud nostra scribendi munus ; quod in his & amplificando & exornando , mutandoque & addendo , atque castigando pro arbitrio vagari licet . Sed in alienis cum sententia ubique servanda est , tum nunquam ab oratione divertendum , quoad ejus queat apte & accommodate fieri . Alienæ inquam & Socratici Xenophontis inventa sumus interpretati , non nostra scripsimus . Neque

[ CCCXII ]

que tam studiuimus orationis nostræ expoliendæ amoenitati , quam alienæ examussim interpretandæ veritati . Tibi autem , Pater clementissime , non idcirco hos Xenophontis libros de optimo Imperio dedicavimus , ut ex iis doctrinam ullam consequare . Quis enim te uno in omni bene vivendi genere , & consultando , & agendo , & imperando præstantior ? Sed ut per te discant alii sermonis græci imperiti , & qualem oporteat regem esse , & quales subditos ; quo & quanto alter est dignitate superior , tanto sit , quam subditi , omni virtute ornatiōr ; & hi intelligent tum suo se functos officio , cum alacriter imperata constanterque obierint . Quanti insuper splendidissimum opus hoc debeat æstimari , testimonio nobis est sapientissimus ille Scipio Africanus posterior , qui traditur unam hanc Xenophontis pædiā nunquam de manibus ponere consuesse . Et M. Tullius Cicero ad Pætum de se scribens ait , Pædiā Cyri , quam contriverat legendo , totam in suo imperio explicasse . Nihil enim est profecto in omni laudatissimo vita genere , sive domi & foris , sive belli & pacis , sive agendo quid , sive intelligendo consideretur , quod minus perfecte , atque cumulate in hisce octo pædiæ libris & inveniri & dici liceat . Sed ne , si prolixior fuerim , possim judicari loquacior , jam Xenophon ipse cum grandius , tum suavius personet .

*IN FINE,*

Huic autem Cyri Pædiae idem Franciscus Philelfus  
Eques auratus laureatusque Poeta extremam imposuit manum  
Mediolani ad xi. Kal. Octobres, Anno a natali Christiano  
Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

[I] C. TACITI ANNAL. & VITA AGRICOLÆ

*Franciscus Puteolanus Jacobo [2] Antiquario  
Ducali Secretario S.*

**M**aximus plurimisque rebus in utraque mea fortuna a te adjutus , sublevatus ac ornatus , vir perfectissime , uni omnium secundum Deos inter mortales plurimum debeo ; & quia patrem gratiam nullam unquam referre possem , qua una via datur ingratitudinis notam effugiam , habebo quam non referre est , & quicquid aut nunc est , aut in futurum mihi erit , tibi acceptum referri debere haud invitus fatebor . Tu mihi omnia non amici solum officia , sed affectum pietatemque paternam præstisti . Tu gravissimis in fluctibus non solum versatum , sed obrutum , manum porrigenis in portum perduxisti . Tu omnibus incommodis perfunctum post longa certamina præmiis sudoris & pulveris ornasti . Tu tranquillam vitam , ad quam enixissime frustra contendebam , tribuisti ; neque in me uno tua innotuit bene-

[.1] Etsi Editionis nostra locus desideretur.  
*Saxius* tamen coniicit Mediolani fuisse peractam.  
Ad annum vero quod attinet, quum hæc eadem  
*Puteolanii* Epistola Venetiis recusa fuerit anno  
1497, ut habet *Maittaire*, non sine ratione in.

fertur Mediolanensem Editionem ante hac publici juris factam fuisse.

[2] De Puteolano & Antiquario vid. sup. pag. 195. 233. pag. 245.

beneficentia ; longus ordo post me & ante me extat te patronum salutarium . Nam cum ob rarissimas animi tui virtutes , gravissimos mores , religionis cultum , totius vitæ tenorem æquabilem , modestiam in isto fastigio admirandam , lenitatem & mansuetudinem pari conjunctam gravitati , in omni fortuna constantiam , miram scientiam atque facundiam , in agendis rebus dexteritatem , ad maxima negotia obeunda efficaces cogitationes , in omnibus rebus fidem , ac pares laude prudentiam atque simplicitatem , non modo multitudini fueris acceptissimus , verum & totius Italiae Principes , Tetrarchæ , Reges , Pontifices te suspexerint , evixerint , promoverint . Nil tibi unquam ambivisti , rogasti , impetrasti ; quidquid tulisti , honores , sacerdotia , mera Principum liberalitas ac judicium fuit ; quamquam nec ea quidem pro virtutibus aut meritis , quæ licet multis maxima videantur , plerique haud quaquam actibus tuis pares plura tenuerunt . Piget pudetque referre adulatores , scurras , delatores , quos cernimus ditiores . Cur tu ut innocentia & virtute , ita flaminis , procurementibus , præfecturis alios non excellis ? Virum non eodem judicio quo ceteri felicitatem metiris ; ideo quæ maxima ipsi putant , semper contempstii . Compertum habeo , ex quo labore , levissimis atque etiam honestissimis precibus honorificissimum quoddam tibi quæri potuisse . Obstigit antiquus rigor , & prisca frugalitas , & modicis contentus animus . Quod pro te tamen nunquam propositis ullis præmiis faceres , vidimus multoties amicorum causa ambitiosissime contendisse ; multa enim multis rogasti atque impetrasti . Sed ego in hoc latissimo campo , in uberrima tuarum laudum materia parcus loqui cogor ; quod enim omnia tibi debeo , vereor ne foeda assentandi libidine rapi videar . Accedit quod virtutibus tuis parem orationem afferre non possumus ; sed ut floribus ac interdum solis precibus Diis supplicant , qui thura non habent ; sic hoc tempore ego tibi , quem vice magni numinis colo , munuscum offero , Corn. Taciti Equitis Romani historicorum omnium gravissimi disertissimique quicquid incuriosæ vetustati superfluit : id est fragmenta ex Actionibus diurnalibus Augustæ Historiæ ; De moribus & situ Germaniæ ; De genere eloquentiæ non corruptæ , cui operi a quibusdam titulus de Claris Oratoribus inscribitur ; Vitam Julii Agricolæ Soceri ; multis vigiliis , intensissimoque studio recognita , adjuvante Berardino [ 3 ] Lanterio omnium Mediolanensium eruditissimo , ut eum parcißime laudem , sub tuo nomine nostris impressoribus tradidimus : tum quia ejus eloquentia perfecta meo iudicio & admirabilis peculiariter ita te ut me delectat , tum ne in tanta librorum copia solus ipse supprimeretur . Veneti enim Impressores adeo infuscaverant ac foedaverant hoc divinum opus , ut non modo Cornelianæ facundiæ majestas inquinaretur , sed vix sensus ullus conjectari posset . Quid ego effecerim , judicent docti , sed collatis exemplaribus . De quo Tacito hæc præfanda duxi : in republ. versatum , Belgicæ Galliæ rationes procurasse , causas dixisse , historiam scripsisse ab Augusto ad Principatum Adriani : sed major & melior pars , proh dolor , & humani generis immensa jactura ! temporum injuria abolita est : absolvisse omnem historiæ legem ; nam cum suorum temporum majore ex parte memoriae confuluerit , id pari eloquentia ac libertate præstítit . Debebat tribus deinceps Gentis Flaviæ Imperatoribus , ab iis ad maximos honores proiectus , quos incorruptam re-

rr rum

[ 3 ] Per ea tempora Præpositus Ecclesiæ Vi- modestia , ut qui nullam e lucubrationibus suis  
glevane nūs . Vir fāns doctus , sed nimis præditus in lucem prodire permiserit .

rum fidem professus , ut nullo odio , sic nullo amore retulit , nihil falsi dicere , nihil veri omittere ausus . In scribendo enim ne suspectus quidem unquam fuit aut gratiae aut simultati aliquid tribuisse . Rerum rationem , qua ordo temporum , regionum descriptio exigitur , nemo historicorum diligentius observavit . Jam consilia , acta , eventus ut , dii boni , expedit ? & de consiliis quod probet , quod non . In rebus gestis non solum quod actum est , sed quale ; de eventu vero omnes causas explicat , casus sapientiae , temeritatis ; hominum porro non solum res gestas , sed quae fama , quod nomen , quae natura , quae vita . Quo artificio omnes mea sententia facile vicit , ita creber rerum frequentia , ut verborum prope numerum sententiarum numero sequatur ; ita dein verbis aptus & pressus , ut nescias utrum res oratione , an verba sententiis illustrentur . In concionibus ( audeo enim promere quod sentio ) Livio quoque anteferendus , magis tamen Sallustii argutam densitatem , quam hujus amplitudinem imitatus . Hunc primo legens laudabis eloquentiam ; cum iterum in manus sumpferis , mirum acumen deprehendes , & miraberis ; ubi contubernalem reddideris , saepe artifiosa decebit varietate , immensaque jucunditate delebet . Vale decus & praesidium meum .

## LEXICON GRÆCUM.

*Clarissimo , ac doctiss. Viro Magistro Francisco Ferrario  
Philosopho , ac Medico*


*Frater Joannes [ i ] Carmelitanus , salutem plurimam dicit .*

**N**ON difficulter adductus sum , vir humanissime ac sapientissime , ut hortatu tuo dictiorum græcarum interpretem in commune græce discere cupientium adminiculum imprimendum , quanta potuerim diligentia , favente summo & optimo Deo , lucubratum castigatumque redderem . Tametsi quod olim authographum ad te dono missum est , mi Francisco , ad unguem correctum , ut mea fert opinio , tibi satis erat : perspicaci tamen tu ratione usus & consilio , ut es vir prudentissimus , multo enucleatius conscriptum iri , quod publice ederetur , & ad quamplurimorum vel peritissimorum manus perveniret , vel aliquando æmilorum nostrorum , si qui sint , subiturum examen non temere judicasti . Quod cum & ipse ita habere existimem , quam potui limatissimum , rerumque bonarum refertissimum redidi . Negare equidem non ausim , quin quæ ad amicos privatim , & intra

[ i ] „ Omnia primus , qui post renatas -- e  
„ veteri lethargo litteras Lexico Græco Latino  
„ confiendo manum admovit *Joannes Cresto-*  
„ *nus* , seu *Crestonus* , ut alii vocant , *Placenti-*  
„ *nus* , Italus Natione , Carmelita & Doctor Pa-  
„ pieris . Hic enim anno 480. & seq. clarus at-  
„ que ob eruditionem , referente Simlero in Bibl.  
„ d. Guil. Tardivo , Bono Accursio , F. Philel-  
„ pho & Ptolem. Spagn. commendatus , præter  
„ Grammaticam Græcam , *Lexicon quoque Græ-*  
„ co Latinum scripsit , Venetiis 1492. editum .  
Hæc Morhof. in Polyhistore Lib. iv. cap. viii. qui

insuper Henr. Stephani de Crestoniano Lexico judicium afferit hujusmodi : *Iis* ( ajebat Steph. in Epist. de statu sua Typograph. ) *quæ circumseruntur Lexicis Greco Latinis primam impositum manum F. Joannes Crestonus Placentinus Carmelitanus* ; sed quum *is* *jejunis expositionibus* ( in quibus vernaculo etiam sermone interdum , id est Italico , uituit ) *contentus fuisset* , perfunditores item *construnctiones* *verborum indicasset* , *nullos auctorum locos proferens* , *ex quibus illa pariter significaciones cognosci possent* , *multi posse certatim multa hinc inde -- inseruerunt* .

tra domesticos parietes legenda transmittimus , persæpe quasi conniven-  
tibus oculis nec tam examissim fabricentur ; cum inter amicos mutua sit  
hæc peccandi venia , quam plerique omnes petimusque damusque vicissim .  
Tanta præterea , postea quam hinc solvisti , in hanc diem cum Bono Accur-  
sio Pisano conflata est necessitudo , & sanctissimi amoris & contubernii fœ-  
dus ; ut grande nefas , mi Francisce , ac morte piandum commissurum me  
exsistarem , si quid imprimendum ei dedissem , nisi quod emendatissimum  
& consumatissimum fuisset . Cum enim hominis benivolentiam , liberalita-  
tem , & pietatem , quam oratione tibi declarare haudquaquam posse video ,  
mecum repeto ; Patris optimi loco habendum non dubito , dum mihi vita  
comes . Nemo est , qui majore charitate bonos ac doctos complectatur , &  
honore prosequatur . Quamobrem , mi Francisce , si quando , ut persæpe fo-  
les , otii omnium impatientissimus optimum fratrem tuum , & venerabilem  
Apollonium nomine & re Summi Dei præconem luculentissimum & acerri-  
num imitatus ad mansuetiores musas te referes ; haud titubanti animo in-  
terpretis nostri ope utare .



## D I V I   H I E R O N Y M I   O P E R U M P A R S   P R I O R .

### A R I S T Æ A S   D E   L X X .   I N T E R P R E T I B U S , ex versione Matthiæ Palmerii.

[ i ] **T**HEODORUS LELIUS , natione Pycenus , vir divini humanique  
juris , suæ ætatis consultissimus , atque eloquentia clarus , quam  
& doctrinæ & virtutis suæ admiratione junior admodum adhuc in sacrum  
Judicum Collegium , quod ob similitudinem confessus & propheticæ visionis  
modum rotam appellant , a Nicolao Pontifice Optimo Maximo accitus ju-  
dicandi integritate , & vitæ constantia omnibus mirandus evasit ; in qua re  
sui etiam expectationem superavit . Quamobrem meritis tanti viri motus  
Pius Pontifex Maximus , & gravissimis eum pro Ecclesia legationibus exer-  
cuit , & Præsulatu Feltrensi ornavit . In quibus omnibus rebus quum ma-  
jora quotidie suæ exempla virtutis effulgerent , motus tot , tantique viri  
laudibus Paulus II. Pontifex Max. hunc talem virum ultro ad se accersi-  
tum , suo lateri adhærere voluit . Cujus consilio eloquentiaque uteretur ma-  
joribus in rebus , Tarvisinæ quoque Ecclesiæ eo animo Virum præfecit ,

rr 2 quo

[ i ] Hæc habentur in fronte Voluminis , & ite-  
rum ad calcem post Aristæ narrationem . „ Cete-  
rum Theodorus Lelius , seu de Lellis , Nobilis  
Interamnenis , Aprutina Provincia civis ex  
Romana Rota Auditore Episc. Tarvisinus sub  
Pontificib. Pio II. Pauloque II. laude prudentiæ  
doctrinæque celeberrimus fuit . Inter alia inge-  
nii monumenta , quæ reliquit Apologia fœde-  
ris Venetorum , & Sigismundi Austriæ Ducis  
habetur præcipua , tum gratulatio pro Pio II.  
ad Venetum Ducem . Orationes quinque . Ele-

„ gantiores plures Epistolæ ad Papensem Cardi-  
„ nalem , ad Philelphum & aios . Romæ decessit  
„ anno 1464. Hæc de Lelio Ughellus ( in Episc.  
„ Tarvis. Tom. V. p. m. 554.) cui hæc Editio  
„ Opp. D. Hieronymi non innotuerat . At nil fa-  
„ ne mirandum ; cum pariter eandem ignoraverit  
diftissimus Maittaire , apud quem neque in Ca-  
tal. Libr. ann. loc. & Typogr. defititor . neque  
alibi , ulla hujus Lelianæ recensionis mentio fit ;  
quod porro harum rerum amatoribus sumptæ ra-  
titatis indicium videri possit .

quo universi senatus consensu majoribus euna titulis ornaret . Quod profecto effecisset , nisi laborum magnitudine mors immatura virum e medio tulisset . Is igitur talis tantusque vir , quem inter ceteros Ecclesiae Doctores Beati Hieronymi ingenium semper admiraretur , ac sanctitatem veneraretur , universa ejus opera miro studio non perquisivit solum , sed frequentiori etiam lectione meditabatur ; quæ quum incomposita , neque sibi cohærentia satis ea , quæ in epistolis Vir sanctus præscriperat , animadvertisset , ea cuncta in certum ordinem redigens argumentis verissimis illustravit ; quemadmodum in ejus præfatiuncula , quam pro insita sibi humilitate Doctissimus Vir sine sui nominis annotatione præmisit , cernere licet .

### LELII PRÆFATIO.

**B**EATI Hieronymi Epistolas ad eruditionem Christianam pernecessarias rerum ac materiarum varietate confusas , & sine ullo ordine descriptas , agnovimus . Illas namque prout fors tulerat , vel pro nutu quisquis descripserat , ac ut interdum inter dogmaticos libros , epistolaresque commentarios , qui de fide , vel contra hæreticos inscribuntur , modo funebres , modo consolatoria , aut de moribus aut virtutibus inférerentur epistolæ , quæ prioribus minime cohærebat . Ego vero attendens quid utilitatis legentibus afferret accomodata partitio , eas ipsas epistolas propriis materiis annexatae , tractatusque distinguere institui . Hoc enim a Platone novimus institutum , qui cum cerneret , quantum lucis & gratiæ cognoscendis rebus afferret adhibita commode opportuneque distinctio , non solum ad claritatem , sed etiam ad facilitatem absolute cuncta distinxit . Itaque omnes epistolas atque tractatus exceptis majoribus , quos in canonicas scripturas edidit commentariis , generaliter trifaria partitione complexi sumus , & quaslibet partium in particulares distinximus libros sive tractatus ; atque ab illis exorsi sumus , quibus fides Catholica robatur , & ab hæresum impugnatione defenditur , scientes ipsa christianaæ institutionis fundamenta esse , quibus salus & vita consistit . Veinde dogmaticos libros de utriusque Testamenti quæstionibus , vel de Scripturarum sanctorum expositionibus , quibus religiosa mens eruditur in lege Domini , adjecimus . Tunc vero de moribus atque virtutibus , quibus conversatio christiana , prout unicuique gradui , sexui , vel ætati congruit , instituitur , distinctos tractatus subjecimus . Primi igitur libri in fide christianum erudiant : Medii de Scripturis sacris , & earum tractatoribus instruunt . Postremi omnem gradum , sexum , ætatem sacris disciplinis instituunt . Ipsiis quoque epistolis , aut certe earum plurimis argumenta plerumque ab illustribus viris excerpta præmisimus . Quibus , dum brevi compendio longa pagina coarctatur , legentis animus ad intelligentiam facilius preparatur . Nec tamen exemplaria priora damnamus , sed nobis ipsis & ceteris , qui ordinatus atque distinctius Hieronymi Epistolas habere desideraverint , consuluimus ; sperantes in Domino , laborem nostrum , quem pro Beatissimi Viri honore ac devotione suscepimus , ipsius meritis ac suffragiis compensandum .

## PAULO II. SUMMO PONTIFICI

Mathias [i] Palmierus felicitatem.

CUM & antea semper, BEATISSIME PONTIFEX, intellexerim, Sanctitatem Tuam in perquirendis Majorum Nostrorum splendidis gestis misericorde oblectatam; & nunc quo amplior sis, eo majori quoque, ut par est, studio excellentium virorum magnifica quæque perquirere cum alia quidem omnia, tum eo maxime, quæ vel ad divini cultus ornatum excolendum pertinent, vel ad sacras Patrum Nostrorum institutiones firandas, illustrandasque deduci videatur; quod profecto studium non abs re sacrato pectori ab ineunte ætate tam firmissimo animi instituto divinitus inhæsisse, omnes facile persensimus. Sed veluti in reddendis populo juribus, justitiae que servanda magnos excellit Patres, sic & in emendandis hominum moribus, ac sacris ad veram pietatem instituendis, perficiendisque summorum virorum gesta, ceu exemplaria sibi animo proponat, quod autem imitetur egregie, aut longe exsuperet, rem plane Summo Pontif. dignam, & quam haec tenus vix paucis, divino nempe munere, contigisse fertur: viris quidem cum omni virtute summis, tum amplissimis opibus accumulatis. Ex quorum numero si unum aut alterum coram visendum Sanctitati tux adduxero, neminem factum meum reprehensurum arbitror. Legat igitur Sanctitas tua, si quando ab ingentium negotiorum, quibus assiduo obruitur, cumulis parum otii subripere valet, breve Aristæ viri quidem gravissimi de LXX. Interpretibus libellum jampridem a me factum, in cuius profecto lectione, Beatissime Pater, sacras Summorum Pontificum vestes, vasa, phialas, crateres, mensamque auream tum ipsius Sacerdotis ac Templi ornatum omnem sic cernere putabis, ac si ea omnia coram ante oculos lustranda exponerentur. Adduntur præterea, quod jucundissimum est legenti, cum sapientissimorum virorum dicta, responsaque gravissima, tum mira quædam ac prorsus divina facrorum observatio. Accedunt ad hæc, quales, quantique maximi ac præstantissimi Regis erga Sacerdotem ipsum cultus, honoresque serventur. Ex quibus rebus facile colligi poterit, quanta maxima laude extollenda sit Sanctitas Tua, cum neglectus diu Dei cultus, ac Clericus ipse impiorum insolentia pene conculcatus, tua incredibili industria, tuo labore & diligentia sublevetur, exorneturque, ac in veterem ritum veleti ab exilio revocatus summa omnium gratulatione reducatur.

Valeat Sanctitas Tua sui servi memor.

[i] „Mathias Palmerius (Palmieri) Pilanus nobilissima gente fatus, Abbreviator & Secretarius Apostolicus, qui eruditione græca latini naque claruit, & vita probitate, innocentia, frugalitateque præstítit. Vixit ann. LX. Ari- flæam nonnullaque alia in latinum transtulit. In Romana Lingua multa compilavit; demum

„ de Bello Italico scripsit. Migravit ad superos die xix. Septembribus MCCCCCLXXXIII. Hæc omnia ex Cenotaphio in Basilica Sanctæ Mariae Majoris Romæ a Floravante Martinello relato Rom. Sacr. pag. 228. excerpimus. Vide insuper, si vacat, Jacob. Volaterr. Diar. Roman. p. 189.

GALEOTUS [i] MARTIUS NARNIENSIS  
*Ad Rev. D. Archiepiscopum Strigonensem in Librum de Homine*

## E P I S T O L A .

CUM Opus de Homine his diebus proxime elapsis absolutum, R. P. diligenter inquirerem, cuinam esset dono tradendum, nemo mihi laboribus nostris dignior visus est, quam tu Johannes Archiepiscop'e Strigonensis. Quis enim hujus libri, qui duobus voluminibus concluditur, magis idoneus possessor habebitur, cum de homine inscribatur, quam is qui est omnium clarissimus, adeo ut jure ac merito homo per excellentiam nominandus sit: quod uni dumtaxat tibi ætate nostra convenit. Nam cum totum fere Orbem animo perlustrarim, nemo profecto est, quem tecum conferre possimus. In te enim tot tantaque virtutis ornamenta conspicimus, ut non modo virum unum, sed totum fere genus humanum simul congesta decorarent; nec in praesentiarum de dignitate corporis, qua ceteros mortales vel æquas vel antecellis, sed de animo hoc est ipso homine loquor. Tu enim juris Pontificii consultissimus, theologiae peritus, philosophiae princeps, totiusque matheseeos pater, oratoriae ac poeticæ alumnus ea documenta doctrinæ & ingenii tui iamdudum dedisti, ut plures, ita nunc loquar, in te animas, hoc est veros homines esse cernamus. Non enim tam propensa benivolentia in juris peritos esses, nisi judicio animi tui honore dignos esse cognosceres, unde fit ut doctissimis viris recte consultum judicemus. Ipsi enim judicium tuum, quod acutissimum esse intelligunt reformati dantes, nihil ad te afferunt, nisi summa industria excultum & acri diligentia elimatum. Nam ineptiarum, quibus nostra tempora redundarunt, causam in imperitos Principes rejiciunt. Qui cum doctos pariter & indoctos uno ordine habuerint, effecerunt ut pauci veræ doctrinæ essent amatores; ex qua quidem re factum est, ut homines non tam virtutis quam munerum fuerint sectatores. Sed tibi, Reverende Pater, studiosi ob munificentiam debent multum, cum vero judicii tui stimulo ad studium litterarum, veramque doctrinam, majoremque industriam impellantur, & se se tibi per quam maxime obnoxios fateantur necessarium est. Majora enim judicii tui acumen, quam munificantiae vis ipsa contribuit. Illud enim doctos accuratosque reddit, hæc opulentos; sed hæc non æque pretiosa esse manifestat Horatius: vilius argentum est auro, virtutibus aurum. Sed cum tibi, R. P. divitiarum copiam fortuna tribuerit, & litterarum principatum paraverit industria, reipublicæ administrationem optima de te opinio, plurimarum rerum usus, & temporum conditio attulerint: ita vixisti, ut divitias

[i] *Galeotus Martius (Marcij) Narniensis Rhetor, & Poeta non incelebris, publice Bononiae docuit ab anno 1462. ad 1477. Mathia Corvinus Hungaria Regis præceptor & a Secretis, demum nimia pinguedine suffocatus perit Ateste. Nic. Alidosius de Doñ. Bonon. p. 36.* Adversus hunc Librum calamus exeruit Georgius Merula, & pro more suo Autorem convicis, & scomatibus peue obruit. Sed carpentem Merulam egre tulit

*Galeotus*, qui ut par pari referret, Refutationem obiectorum edidit. Hæc omnia in unum collecta Mediolani prodire rypis Philippi de Mantegatis 1490. fol. Ad calcem Voluminis legitur: *In hoc volumine continentur hæc tria digna & eruditæ Opuscula, scilicet Galeotus de Homine, Georgius Merula in Galeotum, & rufus Galeoti Refutatio obiectorum in Libro de Homine ec.*

[ CCCXIX ]

vitias ad liberalitatem , doctrinam ad exemplum , reipublicæ gubernacula ad communem usum emolumentumque direxeris ; adeout pauperes ditaveris , imperitos erudiveris , remque publicam fluctuantem ita firmaveris , ut mole sua jam stare , nec inimicorum injuriam , nec hostium minas curare videatur . His igitur causis moti librum hunc nostrum mittimus expectantes judicium tuum ; quod si in rem nostram candidum fuerit , sublimi ferriam sidera vertice , reddarque ad alia quoque scribenda alacrior . De his haec tenus ; nunc ipsum hominem videamus : in quo nobis ordo erit , ut exteriora prius , deinde interiora narrentur ; & a capite , ut par est , exordium sumatur .



P L I N I I [I] P A N E G Y R I C U S ,  
E T A L I A .

*Franciscus Puteolanus R. D. Jacobo Antiquario Ducali Secretario  
salutem.*

**R**OCASTI , ut Plinii Secundi Novocomensis orationem , qua Consul Optimo Principi Trajano gratias agit , castigatam nostris Impressoribus traderem ; quo optimi & eloquentissimi viri pulcherrimum opus e situ in lucem afferatur , & nostri temporis Principes eam orationem legentes non quasi a magistro , sed tamen sub exemplo edoceantur . Qua potissimum via eadem gloriari possint ascendere , Joannique Galleacio Regi nostro nunc primum pubescenti , quem Tu Trajani similem fore & optas & ominaris , tanquam e speculo quodam lumen , quod sequatur , ab quo nusquam oculos deflectat , ostendatur . Feci & quidem libenter ; quid enim non facerem , te exigente , quem sequor ut Magistrum , veneror ut Parentem non tam ætatis maturitate , quam vitae , a quo omnem dignitatem meam inchoatam , auctam , longius proiectam nunquam abnuerim ? Quod si beneficio ullo tuo mihi cognitus non fuisses , fecisset tamen , quod tibi cordi esse intellexissem . Optimorum tu unquam maxime doctissimus , doctissimorum idem optimus litteras jacere non sinis , ergis professores , ingenia foves , nec quisquam est alicuius per Italiam nominis , qui se ab Antiquario adjutum ornatum non libenter testificetur . Hæc non mihi fama , qua alioquin gratissima uteris , sed re ipsa perspecta sunt ; quo viatico optimum senem Franciscum Philelphum utriusque linguae Principem Tuscos ultimo petentem prosequutus es ? quo studio , quanta contentione Georgii Vallenfis , & alterius Georgii Merulae doctissimorum hominum causam suscepisti ? atque ita suscepisti , ut alter tenuerit , quod quærebat . De altero nondum spem amiseri-

[ 1 ] Jacuerunt -- usque ad hunc annum ( scil. MCCCCCLXXXII. ) Plinii Cæcil. Secundi , aliorumque antiquorum Rhetorum ad diversos Principes Panegyricæ Orationes . Eas a situ in lucem eduxit *Franciscus Puteolanus* . Harum editio , quamvis adnotatione temporis , quo excusa fuit , destitutatur , affixandam tamen huic anno vix ambigendum , ex verbis ipsis Puteolani , qui ait

florentissimas hasce duodecim Orationes editas abs se fuisse in gratiam Joannis Galeatii Sfortiæ *nunc primum pubescens* ; Dux autem ille Mediolanensis natus Anno MCCCCLXIX . hoc prorsus tempore pubertatem ingrediebatur . Hac pene de verbo ad verbum e Saxio excerptum , quem vide si lubet *Hist. Typ. Mediol.* pag. 237 .

ferimus : cuius tui animi ac paterni, ut ita dicam, in artes affectus grande præmium retulisti ita amatus, ita probatus ab omnibus, ut tanquam genius colaris, ad Te omnium scripta deferantur, libelli dedicentur, quasi prorsus omnes certent ut in negotiis consilio, ita in studiis judicio tuo uti. Advertunt enim omnes plurimum te fide, plurimum veritate, plurimum intelligentia præstare, carere ambitu, & cum altius posses ascendere, in mediocri gradu substitisse, quod pulchrius & speciosius duxeris castitate, justitia, gravitate, prudentia princeps agnoscit. Quis Antiquario melior? quis sanctior? quis in omni genere laudis ad exemplar antiquitatis, unde tibi cognomen, expressior? Eadem euidem in admodum paucis numero vidi, tibi honestatis cura, domi, atque intra privatos parietes, quæ in publico, nec unquam de fama, quam de conscientia solicitior fuisti; Bononiæ sub Baptista Sabello viro præfæ frugalitatis & continentiae legato consulari magister epistolarum in maxima procura fuisse similis antiquis, qualis ante te nullus, post te paucos reor futuros.. Contendisti enim quamquam adolescentulus eras, & Urbs ac amplissimum officium ad delicias invitabat tetricam castigatissimi Præsidis imitari innocentiam. Præfuisti postea Mediolanum evocatus sub duobus Principibus Patre & Filio ordinandis Sacerdotum comitiis tanta opinione hominum, ut quod Senatus juratus olim Scipioni Nasica tribuit, tibi miro omnium hominum consensu optimi cognomen sit inditum. Taceo, qua hospitalitate cunctis domus tua pateat: taceo, cum amicos etiam apparatissime excipias, ut ipse in cibo, in potu nihil voluptati tribuas. Taceo, ut omnibus corporis membris imperites, ut oculos, animumque contineas; hæc, ut revera sunt, in uno quoque maxima viderentur. In Antiquario, si ceteris virtutibus comparentur, minima erunt. Nam quam admirabile talem sanctitatem, talem auctoritatem, tanta jucunditate ac comitatè condire; jam quales versus, quam venustos, quam pruriētes, quam dulces, quam argutos scribis quasi Catullus, aut Tibullus; in oratione pari ratione felix, in inventione, in disponendo aptus, figuratus, varius, & modo elatus & excelsus, modo submissus, semper autem castigatus, ut te Plinio huic nostro jure semper comparaverim. Illum igitur legens, & in illo virtutes tuas recognoscens, tibi applaudebis. Additi sunt undecim alii Panegirici non Pliniano quidem pares, sed tamen non inelegantes aut recusandi; mira in singulis eruditio. Adieci, ut magnitudo voluminis justa esset, Julii Agricolæ vitam per Cornelium Tacitum conscriptam, quæ me ita officit, delectat, tenet; ut nihil unquam pari voluptate legerim. Fragmentum Petronii Arbitri postremum locum tenet, & quasi agmen claudit incuria quidem temporum mancum, & adeo mutilatum, ut vix cognosci possit, ejusmodi tamen ut non reiici debeat. Hæc tuis auspiciis in lucem redeunt: debebunt Tibi, qui legerint, quamquam pro tuis summis virtutibus omnes tibi debent.

Vale decus meum.

## PLUTARCHI VITÆ

EX VERSIONE VARIOUR.

## ANTE VITAM NUMÆ POMPILII

*Lapo [i] Florentino Interpretæ.*

**Q**UOD ab initio totius hujus interpretandi muneris animo religiosissime constituissem Pater, affatim, ut existimo, superioribus tribus Opusculis absolveram. Nam cum & nostra instituta ex Gentilium legibus clariora, firmiora, sanctioraque demonstrare, & sanctimoniam istam tuam pro mea in te observantia, multorumque desiderio ex celebrata ipsa passim Licurgi sapientia admirabiliori decrevissem ostendere, jam cumulate satis proposito nostro feceram. Sed cum tardius Librarius, quæ fuisse interpretatus, referret in Codicem; & ego interea temporis Numæ Pomphilii vitam percurrissem, digna & ipsa res visa est, quam latinam reddearem. Nam & regem hunc veluti ex eo judicio plane cognosceris, quod in calce hujuscæ vita possum est, Licurgo ipsi Plutarcus comparans jungit, & vir præterea cum prisca sapientia præstantissimus, tum unus omnium ea tempestate religiosissimus fuit: quique non ambitione, non fraude, non insidiis principatum acquisierit, sed quæsitus rogatusque vix admirerit. Quæ cum apud ipsum Plutarcum legerem, mihi in mentem venit singularis animi tui inaudita modestia, qui omnem dignitatis & honoris gradum ita pro summis tuis divinisque virtutibus adeptus prædicaris, ut non ad illum invitatus solum, sed precibus fatigatus ac plane coactus fueris. Quid vita honesta pulcrius? Quid firma religione beatius? Quæ multi aut grandi pecunia, aut novis artibus honorum insignia occuparunt, ea ut in te nequepetentem, neque volentem collata sunt. Id pro animi magnitudine summaque sapientia effecisti, ut magis abs te aucta quam te auxisse dignitate judicaretur. Qui famam sectatur, ne attingit quidem, quippe quæ illum fugiat, ut umbra corpus subsequens: qui autem famam fugit, hunc ea tandem sectatur atque complectitur; hæc enim virtutem non hanc virtus insequitur. Itaque cum & ipse, Pater amplissime, Numæ instar Urbes atque hominum consilia deserens heremo abditus, Deumque contemplans famam fugeres atque contemneres, fama illustrior factus es. Sed quæ ad immortales laudes tuas attinent, alio tempore commodius differentur. Nunc quæ de Numa illo prescripta sunt, audiamus. Vale.

[1] *Lapus*, vulgo *Castelliunculus* Florentinus Francisci Philippi discipulus, græcis latinisque litteris probe institutus floruit xv. vergente Æculo. Hunc memorat Petrus *Candidus Decembrius* Epistolar. novissimar. mss. Lib. II. Ep. 18.

19. 20. Vid. *Laurentium Mehus* in Vita Lapi Castellionchii (pag. 34.) a quo V. Cl. oppido monet distinguendum harum versionum auctorem, quem tamen Lapo Seniori nepotem dilucide eviunt, quæ inferius observabimus.

## ANTE VITAM SOLONIS

*Vertente eodem Lapo Florentino.*

**S**ÆPE numero veteres sapientissimos Philosophos mecum repetens, admirari soleo [i] Beatissime Pater, nec parum dubitare, quæ causa illos tanta impulerit, ut in suis Civitatibus, cum & honoribus maximis & copiis amplissimis abundarent, a Republica & a negotiis animi quodam iudicio abhorrentes, iis omnibus exagitatis atque contemptis tanquam in tutissimum & tranquillissimum vitæ portum in otium solitudinemque confugerent. Sed cum diligentius cogito, quantum ii suis studiis laboribusque profecissent, magna mihi ac multo maxima pars admirationis præciditur, nec eos solum divina aliqua sapientia, verum etiam præcipua quadam in nos benevolentia fuisse arbitror. Nam & ipsi dum viverent, se le consilio prudentiaque sua nonnunquam in dubiis casibus & amicis & Patriæ profuere, & ceteros, quo prodesse possent, suis doctrinis atque artibus instruxerunt: ut Clazomenius ille Anaxagoras Periclem Athenensem; Siracusanum Dionem, Plato; Pithagoreus Lisiās, Thebanum Epaminondam; aliique complures alios, qui omnes vel Principes Civitatum, vel summi belli Duces extiterunt. Nec vivi solum, verum etiam post mortem hoc idem suis scriptis & monumentis consequuti sunt; ut facile appareat, illos non ob inertiam & desidiam se a laboribus amovisse, sed suum omne studium & laborem ad nostrum commodum utilitatemque contulisse. Quæ quidem cum hanc inanem admirationem & dubitationem meam nec homine eruditio dignam magna jam ex parte minuissent, tu sustulisti funditus; qui cum his rebus omnibus, quibus illi in primis afflueres, eorum ne dicam imitatione non enim contempsti, ut ii fecerunt, nec profudisti, afflatu quodam impulsuque divino amplissimum patrimonium sublevandis inopibus, in liberalitate totum, & beneficentia posuisti; ut solutus & liber ab omnibus pietate ac religione veram illam & perfectam felicitatem, quam superiores Philosophi decepti opinionibus, & inanis gloriae cupiditate aducti cum quererent nec noverunt, nec reperire quidem potuerunt; & tu invenires, & fruerere. Quibus tantam de te expectationem sanctitatis integritatisque concitasti, ut non modo ea, quam sequebaris, beatitudine dignus omnibus viderere, verum etiam inde vel invitus ad amplissimum dignitatis gradum omnium Gentium & Populorum consensu & voluntate revocatus, apertissime declarasti nec inane, nec stultum eorum studium esse, qui in otio & solitudine vivendum sibi statuissent. Nam simulac creatus es Pontifex, statim Romanam Ecclesiam prostratam & afflictam superioris morte Pontificis te sceleratissimorum latronum armis undique circumventum consilio, sapientia, animi magnitudine eripuisti, & in pristinum statum dignitatemque vindicasti; asperrimos & immanissimos hostes partim conciliasti tibi, partim sui similibus oppressisti, christianos Populos non solum dissidentes armis, sed etiam male sentientes & præfens & per Legatos tuos edocere, & ad veram religionem reducere conatus es. A te etiam tenues atque inopes, & præfertim eruditii viri tuis opibus & copiis assidue sustentati,

tati , ab eodem te religiones & ceremoniae multis locis sanctissime instauratae , pax cum in plurimis oris Italiae , tum in aliis remotissimis Regionibus firmissima constituta . Itaque meritissimo tibi Christiani omnes , ut suo & vero Pontifici parent , te existimant ad pacem & ad concordiam suam , amplificationemque Ecclesiae non humano consilio , sed divino beneficio & munere in ista Sede sanctissima collocatum ; te denique non ut hominem ex hominum genere natum , sed de celo demissum , colunt , observant , venerantur . Quapropter cum cuperem & ipse non privato aliquo abs te officio , sed communis beneficio affectus tibi , quantum mea fert facultas , gratias agere , & in alicujus excellentissimi Philosophi vita tuas virtutes diuinias atque admirabiles collaudare , et si neminem ex omni antiquitatis memoria reperire possem , qui tecum ulla ex parte comparandus foret ; attamen Solonis Atheniensis res gestae mihi ex omnibus maxime cum tuis convenire visae sunt , qui Sapiens fuit unus ex septem , & Legum lator solus ex septem . Atqui huic Tu non virtute solum , sed fortuna etiam antecellis ; nam ille Croeli opulentissimi Regis Lydorum thesauros contempserat , quod saepe superbia & insolentia fit , tu proprios effudisti . Ille unam Urbem suis legibus non potuit continere : tuis vero Populi pene infiniti obtemperant . Ille Patriam , quam liberam , & magnae parti Graeciae imperantem accepserat , Tyranno oppressam & servientem reliquit . Tu Romanae [ 2 ] Ecclesiae spoliatae , & sub jugum pene missae libertatem suam , Imperiumque reddidisti . Quare quod pridem tibi polliciti sumus , Beatisime Pater , Solonem ipsum ad Sanctitatem Tuam attulimus , non ut imiteris , nec enim tibi opus est , sed ut quam longe superasse latere ; cuius instituta vitae si tibi probabilia in legendu videbuntur , debebunt Te admonere : ut eos homines , qui spe tuae humanitatis erecti ad ejus doctrinam & sapientiam , quo ad possunt , suis studiis pervenire contendunt , ut consuesti , & confirmes & adjuves ; ut & ipsi , quod cupiunt , tua ope assequi possint , & ceteri ad paria studia excitentur . Vale feliciter .

[ 1 ] „ Interim Pontifex ( ait Ciacconius in Vit.) imperii diuturnitate viribus instauratis , ut erat magni animi vir -- in Umbria Tyrannos tumul-

„ tuantes , & adversus Ecclesiam magis quam be-  
„ neficiarios deceret contumaces tollere consti-  
„ tuit . - Tudertinos & Spoletanos adortus ec.

## ANTE VITAM PUBLICOLÆ

*Lapo Interpretæ.*

P Roperanti mihi , humanissime PATER , promissum tibi munus persolvere , & te meis studiis impartiri , recens recordatio tui veterem temporum querelam revocavit . Etenim saepissime cum perspicio eloquentiarum studia , quæ deserta & inculta jamdiu jacuerunt , longo intervallo repetita , & ad nos relata esse ; nostros vero homines ita dicendi cupiditate flagrantes , ita ad eam rem naturæ muneribus instructos , ut non desperem nos per brevi omnium laude cumulatum Oratorem esse habituros , queri vehementer soleo , hanc nostram atatem in ea tempora incidisse , quibus eis facultas erecta sit , ne ad pristinam illam eloquentiarum gloriam pervenire possint , ut mihi aliquod infestum Numen hujusmodi laudem invidisse nobis videatur . Nam illi litterarum thesauri , illa doctrinæ monumenta , illa uberrima li-

## [ CCCXIV ]

brorum copia , quos Majores nostri scriptos nobis reliquerunt ; delata est , & interit , egestas & inopia consequuta est . Ut enim omittam de singulis cogitando recordari , ubi tot latini Poetæ Tragici , Satyrici , Lyrici , Ele-giaci , quos una Civitas tua tulit , quoniam abierunt , a quibus Orationis granditas , verborum & sententiarum ubertas , numerorum præterea , ac pedum concentus & harmonia quædam , petenda est . Ubi illa Historicorum turba , quæ nobis monumenta rerum gestarum & vetustatis exempla suppeditet , quæ nisi Orator perculsa animo & decantata habeat , ignarus quidem & hebes videatur . Ubi tot & tam amplissima volumina , in quibus jus legum & juris civilis scientia continebatur , quæ adeo temeritas & inconsulta imperitorum licentia laceravit ; ut nervi quidem & ossa , ut ita dixerim , tantum supersint , spiritum vero & sanguinem amisisse videantur . Ad hæc actiones , defensiones , laudationesque , ubi nam terrarum requiremus ? Quis casus ! quæ calamitas ! quæ clades nobis illas eripuit , in quibus tanta jaætura facta est , ut ex infinito pene Oratorum numero unum tantum , nec eum quidem integrum habeamus . Adde Philosophorum libros , e quibus omnis doctrina Oratoris depromenda est . Hos enim , qui Orator non legit , per volutarit , audierit , intelligimus eum non eloquentiam , sed garrulitatem & verborum volubilitatem inanem atque irridendam , esse habituum . In quibus illud etiam ægrius ferendum puto , quod in hoc non tam nobis fortuna , quam eorum , qui ante nos fuerant , extitissent ; nunquam profecto hoc tantum detrimentum pateremur . O iniquam temporum conditionem , miseramque fortunam ! O inanes & repudiatos , ac frustra suscepitos labores nostros ! qui cum in altum processerint , quin tempestate rejecti in mediis fluctibus obruuntur , nec cursum suum confidere possunt . Sed me in hac tanta molestia mea illa res maxime consolatur , quod spero Immortalem Deum his nostris incommodis difficultatibusque aliquando tandem prospicere voluisse , cum te nobis , Pater clementissime , tradidit : qui mihi non forte natus , sed præcipuo quodam fato hujus ætatis genitus & procreatus esse videris , qui studiosis hominibus inopia laborantibus tuo studio , labore , diligentia , tuis denique facultatibus subvenires : siquidem unus tot jam sæculis extitisti , qui latinam linguam attollere jacentem , amplificare , ornare conatus es ; neque comparandorum librorum gratia cognatus es solum , sed magna jam ex parte perfecisti . Tu enim affecta ætate longissima itinera & difficillima ad remotissimas Regiones magnis sumptibus , labore , periculo suscepisti . Tu veteres permultos doctissimos viros inventis eorum operibus , quæ ante ignorabantur , ab oblivione hominum & silentio vendicasti . Nam ut notos & vulgatos præteream , qui permulti sunt , abs te latinis hominibus restituti , complurimos in lucem protulisti nobis , quorum ne nomina quidem neveramus : itaque tot jam solus libros , ut audio , in omni genere doctrinæ in tuam Urbem [ i ] undique contulisti , qui pluribus Civitatibus ad legendum sufficerent , ut illis homines discendi cupidi sine labore , sine sumptu , sine molestia uterentur . Quis igitur unquam vir doctus tam insigniter impudens erit , quam si minus referre tibi gratias possit non maximas , se tamen debere fateatur ? Quæ tam immemor posteritas ! quæ tam ingratae litteræ , quæ non tuum nomen immortalitatis memoria prosequantur ! Itaque ne quod in aliis , si contingat , reprehensuros videor , in eo ipse deprehendar , statui referendam tibi gratiam , quoad mea facultas fer.

## [ CCCXXV ]

ferret, hoc me crimine non ingratitudinis solum, sed etiam arrogantiae in posterum liberare: ut & tibi si non digno, grato tamen munere, quod a me deberetur, persolverem, & reliquos ad simile factum provocarem. Itaque Publicolæ Civis tui clarissimi viri vitam tibi ex Plutarco interpretatus sum non tam, quod intelligerem te Plutarchi opera studiose querere, quam quod hanc tibi præ cæteris jucundam fore existimavi: quod ab eo viro tua Civitas exactis Regibus libertatis initium habuisset; & simul quod, dum haec legeres, Majorum tuorum res gestæ tibi, ac virtutes legendæ forent, qui mihi quidem videntur pulcherrimi illius facti gloria excitati, non minori studio & ardore in defendenda retinendaque Patriæ & Romanæ Ecclesiæ libertate, quam in vendicando Publicola extitisse. Erat etiam in hoc aliqua mea pars virilis, ut in qua Civitate clarissimus vir avus [ i ] & gentilis meus summis functus honoribus Senatus diem obiisset, & in qua sepultus esset, ejus Civitatis liberatoris res gestas litteris illustrarem. His omnibus de causis tuum est nunc, humanissime Pater, quod facturum sperro, hunc libellum libenter accipere, nec munus, quod parvum sit, despiciere; sed in eo dantis animum, qui est certe optimus, & voluntatem agnoscere. Quod abs te, si fieri intelligam, haud hoc tantum tecum contentus ero, sed noctus otium, tuo nomine statim majora aggrediar; ut & tuæ, quantum in me est, voluntati satisfaciam, ut mihi aliquam ex tuo judicio gloriam comparem. Vale.

[ i ] Credendum itaque Francisco Bocchio scribenti: *Fuit propterea alter Lapis, Averardi filius, Lapi superioris nepos, miro ingenio preditus, litterisque nobilibus ornatus. Hic doctrinam multiplicis generis edoctus, cum Linguan Græ-*

*cam & Latinam egregie didicisset ex Plutarchi Greca Lingua, XII. Vitas virorum clarissimorum in Latinam Linguan multo labore, multaque industria convertit.*



## ANTE VITAM ALCIBIADIS

*Donato [ i ] Acciajolo Interpretē.*

**S**Apientem virum Architam Tarentinum dicere solitum scripsit Cicero, nullam capitaliorem pestem hominibus datam voluptate atque libidine. Nos vero & hanc sententiam præclararam esse assentimus, & illud quoque adjungendum putamus: nullum contra majus humanæ societati bonum nec salutarius posse conferri eruditione atque doctrina, qua discunt homines domitas habere libidines, cohercere immodicas cupiditates, pietatem colere, fidem servare, justitiam, officiumque tueri. Itaque deinde fit, ut haec res publicæ omnium aliarum beatissimæ judicentur, quas bene instituti homines moderantur & regunt. Nam tandiu videntur in quiete & tranquillitate Civitates consistere, quamdiu earum Gubernatores rectam vivendi disciplinam sequuntur. At vero quamprimum ab ea deciscunt, sic agitari seditionibus solent, ut bella civilia, cædes, incendia, sæpe etiam rerum publicarum interitus consequantur, veluti multarum Urbium exemplis possimus judicare. In quibus excellenti etiam ingenio viri, cum omissis rectissimis atque

[ i ] De Acciajolo viro sui ævi celeberrimo doctissimoque, Florentiæ nobilibus parentibus nativo, ibique vita functo, ann. MCCCCXCIX. vide quæ adnotavimus, pag. CLXXXIV. Not. I.

atque honestissimis studiis rationis & officiis, magis cupiditatibus suis quam commodis Patriæ consulendum putarent, funditus alii res suas publicas e-  
verterunt, alii ipsi occiderunt. Ex hoc genere fuisse arbitror Cæsares, Ma-  
rios, Catilinas, & in Græcia Leonciadem Thebanum, Pausaniam Lacede-  
monium, & hunc, quem in manibus habemus, Alcibiadem Atheniensem.  
Nam inter multos præclaros viros, qui Athenis & fama & rerum gestarum  
gloria floruerent, neminem tempestate Alcibiadis fuisse arbitror, quem ego  
cum eo aut consilio aut eloquentia, aut rei militaris peritia, aut ulla in-  
genii laude comparandum putem. Hæc enim omnia aliaque permulta sic  
abunde in eo homine viguerunt, ut natura egregium virum & muneribus  
multis ornatum ea de causa finxisse videretur, ut esset, qui florentissimam  
rempublicam sua virtute prudentiaque servaret, non ut ei, sicuti postea ac-  
cidit, calamitati atque exitio esset; quod si ille Socraticam disciplinam,  
qua apprime fuerat imbutus, sequi assidue voluisse, melius profecto ac san-  
ctius sibi suæque reipublicæ foret consultum. Verum acre adolescentis inge-  
nium, posteaquam cœpit immodicis cupiditatibus agitari, nunquam quie-  
vit, donec ad funestum ac perniciosum bellum Civitatem armavit; hinc tan-  
tarum calamitatum initium sumptum, ut nihil sequutum sit postea Civitati-  
mali, quod non ex eo fonte emanasse videretur. Nam cum ille per invi-  
diam pulsus Athenis non solum externa bella in Patriam commovisset, sed  
etiam civiles discordias excitasset in Urbe, non prius statutus est conten-  
tionibus modus, quam florentissima Civitas, quæ olim a Persarum servitu-  
te Græciam liberaverat, ipsa libertate amissa imperio alieno succumberet.  
Hæc cum ita sint, quicumque hanc historiam legerint, alienis malis admo-  
niti meminisse debent, sic instituere liberos suos; ut posthabita voluptate  
atque libidine nihil in vita expetendum putent, nisi quod sit cum virtute  
& honestate conjunctum. Tu vero, clarissime [ 1 ] Petre, qui hæc omnia  
nosti, cum multa præclara officia in Patriam tuam contuleris, tum hoc  
præcipue detulisse videris: quod bonarum artium disciplinas, quæ post non-  
nullorum doctissimorum hominum interitum in hac Civitate consequisse vi-  
debantur, tua diligentia excitasti, operamque dedisti, ut [ 2 ] Argyropilus  
Bisantius vir præstans ingenio ac disciplina in hanc Urbem veniret; a quo  
Cives tui antiquorum more, non solum græcis litteris erudiri, sed etiam iis  
artibus instrui possent, quæ ad bene beateque vivendum pertinere viden-  
tur. Quare omnium, qui hæc studia profitentur, lucubrationes atque vigi-  
liae tibi veluti Parenti optimo jure debentur: ego vero non solum pro hoc  
communi litterarum officio, sed etiam pro mea perpetua cupiditate &  
collendæ & ornandæ dignitatis tuæ omnes exercitationes ingenij mei ad te de-  
ferre potissimum debo. Ut igitur antea Demetrii vitam, ita nunc Alcibia-  
dem Atheniensem tuo nomine latinum feci; quem ad Te mitto, ut virum  
cognoscas præstanti ingenio atque natura, tum multis egregijs factis, &  
militari gloria illustrem, dignumque, ut intersit gravissimis sermonibus tuis,  
quos Tu de his viris habere soles, qui magnitudine rerum gestarum tum  
nostris, tum etiam priscis temporibus claruere.

[ 1 ] Scilic. Medices.

[ 2 ] De Argyropulo, vide sup. pag. 184. Not. 2.

## ANTE VITAM THEMISTOCLIS

Vertente [ 1 ] Lapo.

**T**HEMISTOCLIS Atheniensis clarissimi & sapientissimi Duci vitam latine interpretatus ad Te missurus eram, Humanissime, cum ejus exilio recenti memoria multorum Ducum & Principum Civitatum clavis in mentem mihi revocatis, in eam sum, quam saepe soleo, dubitationem compulsus; fortuna ne magis, an virtute consilioque opus esset iis, qui in florissimis rebus publicis administrandis sine periculo vellent, & cum dignitate versari. Nam cum me ad Graecorum summos viros, malo enim externa in tali re commemorare quam nostra, mente & cogitatione converto; video pene innumerabiles, in quibus judicio omnium summa dignitas, summa virtus fuisset: quiique in rebus perditis suo consilio & sapientia a gravissimis periculis ac prope interitu Patriam vendicassent, partim interemptos esse a suis Civibus, partim ejectos, quosdam etiam privatos honoribus misere atque ignominiose vixisse; quo in loco hujus ipsius, quem dico Themistoclis fuga & persecutio, & Miltiadis carcer, aliorumque plurimum omni dignitate principum non dissimiles exitus subeunt. Quae quidem ego saepenumero tecum repetens vehementer indignari soleo, qui maximis laboribus periculisque suis salutem & incolumitatem ceteris peperissent, tantum absuisse, ut digna suis virtutibus premia reportarent, ut quibus saluti fuissent, & a quibus ornandi erant, ab iis ut scelerati & impie plesterentur. Itaque interdum facile adducor, ut opiner, ex fortuna hominibus pendere omnia, ita & ab ea sine virtute res maximas confici, & eandem cum virtute conjunctam nimium posse; at sine fortuna virtutem nihil valere, sed esse nomen vacuum & inane, nec non illos sapientissimos judicem, quod ea de causa a republica & a negotiis animo abhorrentes, quo tempore florere in iis plurimum poterant, magno quadam judicio & consilio contemptis honoribus & Magistratibus se in otium solitudinemque contulerunt, malueruntque remoti ab omni contentione civili obscuri & incogniti vivere, quam se fortunæ committere; cuius furentis imperium humana ope sustinere se posse diffiderent. Hxc igitur nisi exquisitus disputatione, poterunt quibusdam vera fortasse videri. Verum ego cum a communis intelligentia, & a vulgi opinione abducere animum, & ad veras rationes revocare instituo, sic intelligo ac judico fortunam longe virtute inferiorem esse, nec cum ea ullo modo conferendam, & hanc imperitorum opinionem ab imbecillitate hominum desidiaque proficiendi, quod cum ipsi virtute deficiant, si quid interdum in prudentia sua offenderint, culpam omnem in fortunam reiiciunt, eamque veluti magnum aliquod & infestum numen perhorescunt, quam si perfecta virtute forent, contemnerent, & pro nihilo ducerent. Neque ego hoc dico, in rebus humanis non perniximum in utramque partem momentum habere fortunam; verum si quia virtute se arment atque instruant, ut possit adversa ferre constanter, & secundum

[ 1 ] Monuit Emin. Cardin. Quirinus versionem hanc Aristidis Vitæ Guarino Veronensi esse tribuendam, qui illam Carolo Zeno Veneto perillu-

fri Patritio miserat, ac proinde Lapo abjudicandam. Vide Diatrib. Prælim. ad Epist. Barbar. P. II. c. iv. §. xi. pag. 512.

secundis moderate uti, iis profecto non video, cur aut adversa fortuna metuenda sit, aut secunda magnopere expetenda, quæ si ejus sociam se præstiterit, præclare secum actum minusque sibi laborandum putabunt; sin minus haud tamen a mente consilioque desistent. Sed in se tantum atque in sua virtute omnia præsidia locabunt, & eo acriori ac præsentiori animo ad rem gerendam incumbent, quo minus sibi externæ opis adesse cognoscet. Est enim virtus ejusmodi, ut tranquillis & ad voluntatem nostram fluentibus rebus languescat, asperis vero & incommodis si adhibetur, magna clueat. Nec vero id magnopere commovet, si qui clarissimi viri cum ad amplissimos dignitatis gradus evasissent, postea conciderunt; nec eum, quem suis laboribus consecuti erant, statum retinere potuerunt. Nam si quis recte & diligenter consideret, facile perspiciat eos omnes inflatos opinionem cum imperii cupiditate flagarent, & cum quibus pares libertate esse debebant, iis vi superiores esse niterentur, debitas & meritas temeritatis poenas dedisse. Quod si quibusdam ejusmodi casus inimicorum calunnia inciderunt, eos autem cum æque tulissent ad postremum esse restitutos, aut cum fracto animo objectoque forent, & ob levitatem naturæ sibi ipsis constare non possent, sed desperatione rerum ad hostes configissent: consilii inopia non fortuna, in maximam se ac suos cladem & ignominiam conjecisse, effecisseque, ut obscurata priori innocentia, posterioribus delictis justæ omnia pati putarentur; quæ quidem nec magni viri, nec sapientis hujusmodi sunt. Quid est enim fluitius, quam si in navi sis, imminenti procella, abiicere gubernaculum, & te contempta salute fluctibus obruendum permittere? Nam acer & diligens gubernator nihil expavescit, sed fortius contra vim tempestatis insurgit, & si eum, quem ceperat cursum, tenere non potest, mutata navigatione, qua facultas datur, in portum pervenire contendit; ut si perierit, non negligentia sua periisse; sin evaserit, non forte sed consilio evasisse videatur. Quem sapientem egregiumque Civem proponere sibi in republica decet, si quid indigne patitur, non se abjicere, sed fortunæ & temporis cedere, & ad aliam opportunitatem se & suas vires reservare, qualēm Athenis Aristideū fuisse accepimus, & e nostris Furium Camillum, qui & pulsi iræ civium concesserunt, & cum opportuna res cecidit, saluti non defuerunt. Itaque talium virorum quotidie magis gloria claret; a quorum institutis in hac tu mihi aberrasse videris, qui nulla tua culpa seditionibus, & quasi fluctibus Civitatis ejectus, Patriæ injurias ita tulisti, ut in ea exilio calamitate fortunam tuam dolerent omnes, constantiam probarent, sapientiam mirarentur. Itaque meritissimo communī Civium consensu & voluntate summa cum gloria in Patriam revocatus, perspicue declarasti: tibi ejusmodi casum non delicti supplicium, sed illustrandæ virtutis materiem extitisse; quæ una ex omnibus virtutibus Themistocli defuit, ceteris tamen ita excelluit, ut cunctis eum Græciæ Ducibus anteferre non dubitem. Quare etsi non me latet quid imprudenter agam, quod tibi in hac tanta occupatione vitæ atque Urbis obstrepere meis scriptis audeam, præsertim cum tibi quotidie adsit Leonardus [i] Aretinus princeps Eloquentiæ hujus ætatis decus & ornamentum latinæ linguae, Ambro- sius

[i] *Leonardus Brunus, de quo Jevius in Elog. Aretinus primus in Italia Leonardus Aretii natus, Grecarum literarum decus, a multis seculis Barbavorum immanni tyrannide proculatum, exiit, atque refituit - Ingenii fecunditate flo-*

*rentem Innocentius VII. quamquam plane juvenem, gravissimo muneris parem, Epistolarum Magistrum fecit ec. Obiit ann. MCCCCXLIII, ætatis suæ septagesimo quarto. Vide sup. pagg. 99. 126. & 165.*

[ CCCXXIX ]

suis [2] Abbas , Nicolaus , [3] Nicolus , Poggius , [4] Carolus [5] Aretinus doctissimi & eloquentissimi viri , qui te suis scriptis teneant , quorum sermonibus tuæ assidue mulceantur aures : decrevi tamen meorum laborum ac vigiliarum tibi aliquid impartiri , haud neficius ad summorum Principum colloquia tenuissimos interdum homines admitti solere . Fretus igitur tua humanitate Themistoclis res gestas a me nuper ex Plutarcho in latinum versas , quod præclaræ mihi visæ sunt atque imitatione in primis dignæ , ad te mitto ; ut ex iis , si quid ad tuum usum pertinebit , diligere possis , & te egregium virum pietate simul & felicitate superasse lateris . In quo si minus tibi meus labor gratus erit , debebis tamen eas & Themistoclis nomine , & Plutarchi auctoritate libenter legere . Itaque , ut facias , Te & oro & obsecro ; & me si hæc probari abs te percepero , plura ac majora tuo nomine aggressum esse profiteor . Vale .

[2] *Ambrosius Traversarius* , de quo vid. supr. pagg. 135. & 136.

[3] *Nicolaus Nicolus* , patria Florentinus , Latinas Græcasque litteras , amicorum ope , non parum juvit . Obiit Florentia anno MCCCCXXXVI , etatis sue septuagesimo tertio . Veve possum dicere , omnes Libros fere qui noviter tum ab aliis reperti sunt , tum a meipso -- Nicolai suos impulsu , cobortatione , & pene verborum molestia esse litteris latinis restitutos . Poggius in funebri Orat. de Nicolo .

[4] *Poggius Bracciolinus* , de quo supr. pagg. 150. & 216.

[5] *Carolus nempe de Marsuppinis* , de quo Aen. Sylvius in Hist. Europ. , Fl. Blondus Ital. ilustr. aliquie bene multi . Abiit ad plures Anno MCCCCCLII . dum *Cancellarii* munere in Florentinorum Republica fungeretur . *Pauca* , ait Corte-Orat. de Hom. doct. pag. 19. *admodum scripti* , quæ nescio quo patio jam exaruerunt , vel potius non apparent .



ANTE VITAM PERICLIS

*Lapo Florentino Interprete .*

PERICLES Atheniensis , sapientissime Pater , ut a veteribus Auctoribus memoriæ proditum accepimus , Xantippi filius fuit , & Claxomenii Anaxagoræ discipulus , quem ferunt , cum ingenio , doctrina , eloquentia maxime præstisset , quadraginta annos Athenis præfuisse urbanis eodem tempore & bellicis rebus . Hujus præclara facta a Plutarcho scripta cum per otium legerem , quod jam antea statuisset pro meo officio , tuo nomine aliquid in latinum vertere , tu statim occurriti , ad quem ejus vita potissimum mitteretur . Tanta enim inter Te atque illum , ni fallor , consilio , prudentia , rebus gestis similitudo est : ut si quis utrumque vestrum diligenter contemplatus sit , aut Periclem te in agendo imitatum esse , aut ab eodem Anaxagoræ fonte , a quo ille haulit , tua quoque hæc manasse arbitretur . Namque is vir cum ita bonis artibus instructus & ornatus ad rem publicam gerendam se contulisset , ut Atheniensium animos auctoritate sua quocumque vellet , impelleret ; ita institutis & legibus temperavit , ut sublati cæteris factionibus , communī consensu Civium Princeps , quoad vivit , quietam & pacatam regeret Civitatem : ita eam terrestribus maritimisque præliis auxit , ut non universæ modo Græciæ formidolosa , verum etiam Barbaris Nationibus permulta post sœcula Atheniensium disciplinam rei militaris & gloria mansit . A cuius quidem moribus tu nihil aberrasti : etenim iis rebus omnibus , quæ ad gravissimum virum & summum Sacer-

tt dotem

## [ CCCXXX ]

dotem spectant, religione & sapientia in superstitionibus tollendis, in divinis cultibus ceremoniisque fanorum, sacrorumque disponendis, & in regendis moderandisque Civitatibus, in fedandis populorum temere concitatis motibus, in jure dicendo, puniendis improbis, aliisque civilibus & præceptis & institutis cum tradendis, tum retinendis, nullus Romanæ Ecclesiæ Princeps prudentia, iustitia, æquitate Te superat. In bellicis vero rebus eum Te præstitisti, ut in laboribus perferendis, adeundis periculis, fortitudine & patientia in gerendo, providendoque industria & consilii celeritate cum maximis belli ducibus, non iis dico nostris, sed veteribus illis conferendus esse videaris. Per te enim Romanæ Ecclesiæ bellicosissimi & infeitisissimi hostes oppressi deletique sunt. Per te plurimæ Civitates in fide Pontificis amicitiaque retentæ & conservatae: per Te undique oppressa, & jam pene erepta dignitas sua, & amplitudo restituta est. Tu denique tuo labore, vigilisque pacem aliis, & otium peperisti; ut te foris rem gerente ac periclitante, illi domi vacui cura & solicitudine conquiescant: ex quo si recte facere velint, defensorem Te & Patronum, &, ut dicam, Cæsarem suum appellare debebunt. Quare non injuria tuum nomen clarissimum tota iam Italia celebratur. Itaque ut reliqua, quæ ad me non attinent, aliis dicenda relinquam, quod mei est officii ac muneris gratulor Patriæ, gratulor mihi, gratulor Civibus meis; quod divina quadam forte & fœlicitate nostræ Civitatis tantum boni, tam præcipuum, tam expectatum ab immortali Deo traditum nobis sit atque concessum; ut quo propugnatore Roma na Ecclesia defensa & conservata est, eundem nos & periculosissimo tempore Civitatis adjutorem contra perditissimos & turbulentissimos Cives habuerimus, & nunc sacrorum magistrum & religionis Principem simus habituri. Quorundam vero ingratorum hominum procacitatem & petulantiam vehementer detestari soleo, quos audivi saepe ridens & itomachans cum obtrestandi tibi gratia magis, quam officio negarent religioso homini militare munus, ne summo quidem discrimine ullo modo obeundum esse. Qui si religiosi ipsi forent, ut non esse sed videri volunt, eorum ego reprehensionem æquo animo ferendam ducerem. Verum ii sunt, qui cum se totos inertiae, desidia, luxuriaeque dediderunt, nihil aliud agunt, nihil student, nisi ut sordida veste, incessu tardo, demissio ore, capillo horrido, squallida ac deformata facie reprehendendis severe aliorum erratis domesticas fordes, & vitæ turpitudinem tegant. In iis non fides, non æquitas, non sanctitas, non religio, non sanctum aliquid aut sincerum inveniri potest; sed contra magna perfidia, nequissima cupiditas, sumnum scelus. Itaque nocturnis stupris, flagitiis, adulteriis, crapulis, vino somnoque languidi veluti talpæ ex subterraneis cubilibus, sic illi ex diuturnis lustrorum tenebris emersi non modo laborem & industriam alicujus suspicere, sed ne lucem quidem intueri possunt. Sed hos cum sua malignitate omitteramus, nec enim digni sunt, de quibus sermo fiat. Ego vero tuum istum animum eum apertum & simplicem, tum celsum, atque magnificum & admiror & laudo, magisque Summi Pontificis gravissimo & probatissimo de Te judicio concedendum puto. His freti, sapientissime Pater, Periclis vitam tuæ maxime congruentem interpretati sumus tuo nomine, eamque afferimus tibi, & ad Te non jam ad externum & alienum, sed ut ad tutorem fidelissimum & Parentem optimum nostræ Civitatis confugimus, Te oramus, abs Te opem petimus. Respice igitur nos, clementissime Pater, suscipe causam nostram, orna Cives tuos, teipsum ornabis; noli committere.

[ CCCXXXI ]

tere, ut Te obsecremus frustra; Te enim spectamus, Te intuemur, in Te omnes spes nostræ & cogitationes collocatae sunt. Si Tu Parens deseris filios, ubi alium imploremus? Si Tu despicias, quis sublevabit alius? Noli tuis Civibus, quod etiam alienissimis præstare solitus es, tuum officium denegare. Cura, ut si Te in bello formidarunt hostes, nunc in pace Civis tui atque amici diligent. Patere, ut ii nunc singuli humanitatis & beneficentia tua periculum faciant, qui olim universi in reprimendis seditionis auctoritatis, prudentiaeque fecerunt. Vales enim consilio, vales gratia, auctoritate vales; modo voluntas adsit, omnia confidere potes. Denique illud Periclis hujus, quod lecturus es, semper tibi in ore atque adeo in mente versetur: qui cum graviter ægrotaret, jamque esset ad moriendum vicinus, collaudantibus viciniis res suas bellicas, admirari se dixit: cur cum tantopere laudassent ea, quorum particeps fortuna esset, & aliis quoque duabus contigissent; quæ in pace clementer mansuetaque gessisset, silentio præterirent? Quare hunc talem virum ut reliquis in rebus, ita & hac potissimum imitari velis; ne qua tibi ex ejus virtutibus defuisse videatur. Sed jam Plutarchum ipsum ejus mores narrantem audiamus; quem oro, ut libenter legas, & quod pluribus verbis fortasse contendeo quam necesse est, me diligas, & apud Summum Pontificem tua commendatione quam gratiosum facias. Vale.



ANTE VITAM FABII MAXIMI

*Vertente [i] Antonio Tudertino.*


**T**raditum est a gravibus, sapientibusque viris in conferendis muneribus non modo dantis accipientisque dignitatem, verum etiam rei qualitatem esse servandam atque metiendam; nam si aut gladium mulieri, aut speculum viro elargiretur, aut ensem Philosopho, vel multum indocto librum, penitus inepti atque stulti videremur. Essent enim hujusmodi munera ab ingeniis studiisque hominum peregrina atque aliena, & nulla animi jucunditate, nullo emolumento accipientes afficerentur. Quare ineptissimum penè dicere Apollinem vatem Delphicum, qui aureum Trypodem Socrati dandum judicavit, cum Socrates aurum & argentum, ut ferunt, non amat. Hinc est, quod prudentissimus ille Ulixes cum ingenium atque studia Achillis perceperisset, & vellet illum sub pannis muliebribus celatum dignoscere, arcus & gladios Licomedis natis, inter quos Achilles ignotus aderat, præposuit. Ego itaque cum novissem jamdudum vehementer Te, & religionem, & sapientiam, sine qua moestam lugubremque vitam degimus, colere, atque studio & suavitate legendi captum esse; institui vitam Fabii Maximi viri clarissimi & in primis prudentissimi, quam nuper latinam fe-

tt 2 ci,

[i] Antonius Paccinus patria & agnomine Tudertinus, auditor fuit Francisci Philelphi, qui lib. xxxiv. Epp. pag. 238. hujusmodi de discipulo suo judicium protulit: *Antonius Tudertinus, qui etiæ Auditor fuit meus, tamen Lapo longe inferior.* Vide Ap. Zen. Vofs. T. I. pag. 212. Cortesius vero, etiæ plerumque severus iudex rigidusque cen-

for: *Antonius Tudertinus, ait, non tam seribendo probabilis fuit, quam litteris Græcis eruditus.* De Hom. Doct. pag. 31. Ceterum monet Philelphus loc. cit. nonnullas Plutarchi Vitarum versiones perperam adscribi Tudertino, quium revera Lapum Florentinum agnoscant interpretem.

ei, Dominationi tuæ legendam tradere , & nomini tuo clarissimo dedicare . Nam non parum fructus & utilitatis exemplo clarissimorum virorum quamvis gentilium nobis offerre possunt. Hinc est , quod multi sapientissimi viri historiam vitæ magistram appellavere ; nam longe difficile mihi videtur hac tam brevi ætate nostra , Imperatorem rem bellicam , Senatorem Rempublicam bene & prudenter administrare posse , si clarissimorum virorum res gestas non perlegerit : multum plane ipsa præcepta , quæ a doctissimis viris traduntur , permultum etiam multarum rerum usus nobis prodesse poterit , si cum exemplis præstantissimorum hominum conjunctus fuerit . Quis enim est , qui justitiae amore non ardescat , si Aristidem Atheniensem legat ? Quis est , qui animi libidinem non extingueret , atque castitatem coleret , si Alexandrum , Darii filias mira & singulari pulchritudine ornatas accuratissime intactas servavisse audierit ? Quis legendo Fabritii fortitudinem , non admiraretur & coleret ; qui neque auro , neque terrore ingentis bestiæ a feroci Pirro sua animi magnitudine dimoveri potuit ? Nec scio profecto quid sit , quod magis animos nostros ad colendas virtutes trahere possit , quam ipsa rerum gestarum cognitio . Quis est , qui se omnino litterarum studiis non devoveret ? Si aut Platonem in Aegyptum proficiscentem studiorum gratia legeret ; aut Apollonium Arabiam , Syriam , Persas , Medos disciplinæ causa petentem audiret ? Sed unde est , quod apud Græcos gesta & laudes clarissimorum virorum conviviis canebantur , nisi ut ad virtutes comparandas adolescentes provocarent ? Hinc est , quod Demetrius Phalereus Ptolemæum Regem admonuit , ut libros , in quibus boni Regis officia scripta essent , nunquam e manibus dimitteret . Itaque Fabium Maximum virum clarissimum legas obsecro ; tanti enim hunc facio prudentia aut fortitudine animi , ut universos pene Romanos antecelluerit . Quis dubitat nisi Fabium in summo illo labore ac periculo rem Romanam servavisse ? Quem non ut prudentem tantum , sed prope vatem omnium , quæ tunc evenerunt , Romani admirabantur . Quod si Terentius Varro vir temerarius consilio Fabii usus fuisset , nunquam Hannibal tantam Populo Romano calamitatem inflixisset ; nunquam Cannarum Vicus , tot cadavera , tot funera vidisset ; nunquam Populus Romanus stragem suorum Ciuium tanto quæstu luctuque deplorasset . Sed quid tanta cura Fabium laudare nitimus ? sui ipsius res gestæ qualis in re publica , qualis in re miliari fuerit a capite , ut ajunt , usque ad calcem diligentissime indicabunt .



## ANTE VITAM HANNIBALIS

*Donato Acciajolo Interpretæ.*

• **E**T si scio , clarissime Petre , illam Hesiodi sententiam laudari a doctis , quæ hominem beneficij memorem eadem mensura reddere jubet , qua acceperit , aut cumulatiore si possit ; tamen illud etiam non ignoro , tantum esse ab unoquoque exigendum , quantum cujusque facultates præstare possunt . Evidem præter gratum animum & has litteras & vigilias meas , non habeo , quod tibi reddam pro tantis beneficiis , quæ non solum a te , sed etiam a Cosmo Patre tuo optimo , ac sapientissimo viro accepi . Quæ enim

[ CCCXXXIII ]

enim illius erga me humanitas fuit? quæ merita? qui amor erga studia litterarum, exercitationesque virtutum? Ille erat unus doctorum hominum Pater, ille Patronus, ille perpetuus fautor atque adjutor. Tu autem, Petre, non solum amplissimi patrimonii legitimus hæres, sed etiam admirabilium virtutum suarum diligentissimus imitator in maximis occupationibus, quas tibi cum publica, tum privata negocia offerunt, nunquam definis vel augere bonarum artium disciplinas, vel tueri doctos viros, vel iis honoribus, commodis, beneficiis prosequi, quæ ab hominibus expeti solent. Merito igitur qui ingenuas artes profitentur, eniti omni studio debent, nomen ac famam virtutum tuarum perpetuis litteris celebrare, & quantum in eis est, posteris tradere ad imitandum. Maxime enim præter cæteros homines id præstare posse videntur, ut excellentium virorum memoriam præsidio litterarum custodian, quibus nullum præconium majus, nullum monumentum perennius reperitur. Quamobrem hortor omnes, qui facere id possunt, ut tibi benemerenti de optimis studiis viro certatim quisquis officium suum exhibeat: ego autem facultate copiaque dicendi facile aliis cedam, fascesque submittam; voluntate vero & perpetuo studio ornandæ dignitatis tuæ nemo me unquam superior erit. Verum cum nuper quibusdam sermonibus interestem, quos tu cum amicis, ut plerumque soles, jucundissime conferebas, animadverti te ex clarorum hominum memoria non mediocrem voluptatem capere. Itaque me domum recipiens constitui animo duorum præstantissimorum Ducum Scipionis & Hannibalis gesta, quæ ex variis auctoribus tum Græcis, tum Latinis collegeram, præsenti volumine complecti; idque sicut alias lucubrations meas nominî tuo dicare, ut quando a maximis curis tibi otium supereisset, paratum haberes opus, quod ad solatium animi, ad memoriae dignitatem, & observantiae meæ testimonium pertineret.



ANTE VITAM PHILOPEMENIS

*Guarino Interprete.*

**H**OC tempore, quo Poeta noster diceret, *spumat plenis vindemia labris*, cum in agrum me Pollicelam rei domesticæ munus & diligenter constituissent, omittendum non putavi ut quantum a negocio suffurari me potui, hosce dies a musis inertes perire sinerem. Hujus autem rusticationis rationem tibi reddere institui, [i] Madi vir clarissime, quem & studiorum censem, & litterarum ornamentum ac lumen nostra Civitas & intuetur, & imitatur. Nam cum juri civili, quod non secus Familiae vestrae ac Scevolarum quandam generi cognatus est, summa cum integritate, laude, & nominis celebritate invigilasses, historiæ cognitionem & reliquas bonas artes quasi necessarium eruditionis, & bene vivendi cumulum adoptasti;

[i] *Madium* hunc nostrum illum eundem fuisse facile crediderim, de quo Clar. Mapheus Veron. Illustr. Lib. III. p. 103. sic habet: „Di „, *Madio*, o *Maggio*, o *Maz* Giuris- „, consulto, che ornatamente scrivea, fanno men-

zione il Biondo e'l Guarino“. Vide insuper Lib. eod. pag. 74. „Nel Veronese ebbe (Guarino,) una Villa a Castelrotto in Valpolicella, della quale parla in Lettera al Ch. Giurigone, sullo Madio, veduta da me in Codice Estense.“

[ CCCXXXIV ]

tasti ; ut vero Plutarchus , quem peregrinatiunculae comitem habui , in manus desumpsi : primus se se legendum Philopemenes & vir severus , & Imperator illustris obtulit . Is meam tacitus implorare fidem visus est , ut cum superiori tempore Titum Flaminium æqualem suum & honoris æmulum latinum fecisset , & socium distraxisset , solum ac destitutum se nequamquam esse paterer . Audivi hominem & orantem , & orare scivi ; idque vel precandi æquitate , vel precantis auctoritate libens feci . Nam cum magnos & excellentes viros illustret antiquitas , tum vero una ætate , & mirum in modum intra se pares editos Duces celebrat ; Scipionem Romanum , Hannibalem Carthaginem , & Megalopolitanum Philopemenum . Ne putas igitur , plebejum quempiam , aut vilem te nunc habiturum hospitem , quem vel eo tempestivius ad te deduxi , quod eodem ex reliqua Italia nobilissimos , & rei militaris Praefectos ac Principes confluxisse cernimus ; dum Dux illustrissimus , vereque dignitate , sapientia , & gloria Princeps Franciscus Foscarus , & Senatus Venetus Philippum Mediolani Ducem , qui paulo ante & Tuscos & Apulos nominis sui terrore impellebat , te [ 2 ] auctore reppresserunt , conciliaveruntque . Tuum est , Madi vir insignis , ut Philopemenem Tito , qui tuus quoque hospes est , concilies ; si tamen , cum legeris , tuæ prudentiæ testimonio comprobaris , nec dignam qui in lucem emittatur , ipse censueris .

[ 2 ] Ex his colligas Medium nostrum multæ virtutis , doctrinæ & auctoritatis virum extitisse .

**ANTE VITAM T. QUINTI FLAMINII.**

*Eodem Interpretē.*


**N**UPER , Ruberte [ 1 ] suavissime , cum ex labore in otium vel invitus incidisset , cuius rationem in præsentia tibi reddere institui , exercendi simul ingeniali ac memoriae causa , Titi Quinti Flaminii vitam ex Plutarcho latine convertere aggressus sum . Nam quid melius nihil agens agere possum ? Ubi explosa socordia plerosque fortassis aliqua ex parte delectare , & mihi certe ipsi non mediocriter prodefese valeam . Cæterum cum te litteris & Græcis & Latinis egregie præditum & instructum sciam , tu in primis occurristi , ad quem hasce lucubratiunculas mitterem . Tibi nimis in utraque re cum alia permulta , tum princeps Philosophorum testimonio est Aristoteles . Is enim antea sensus in cultus horrens per latinorum gymnasia verfabatur , ut qui propriis exutus indumentis , nullo dictiōnis lepore aut amoenitate lectorem alliceret ; nunc autem tua cultus eloquentia , tuis florens ornamentis , tuaque gratissimus suavitate visetur , legetur , amabitur : quæ res tibi quidem decus , & sempiterni propagationem nominis , venturis autem studiorum subsidium comparabit . Nam perpetuo Rutherfordus in Aristotele , & majori quidem cum voluptate lectitaberis , semperque per Philosophorum ora volitabis . Hæc vero ad te misi haud ulla mediusfidius spe laudis , aut gloriæ . Nec enim eo temeritatis & ignorantiae deductus sum , ut ullam Thersiti formæ ac decoris laudem ab Ulixè tribui potuisse putem , cum Homerus illo deformiorem neminem Troiam petisse ceci-

[ 1 ] Is fuit , si bene video , Ruberus Salviatus Florentinus .

cecinerit. Verum enimvero cum prudentissimum atque gravissimum in omni re judicium tuum noverim, tu mihi iudex censorque sis, vehementer ex opto; ut quid de me ipso exceptem, in posterum tua auctoritate velut oracula quodam aut commonefactus, aut confirmatus intelligam. Quod quidem ad onus, amice & benevole, suscipiendum tua te, scio, persuadebit humanitas & mansuetudo; quarum rerum palmam ita cunctorum suffragio & existimatione reportasti, ut nihil quod auxilium aut consilium depositat, abs te putas alienum. Accedit inter nos necessitudo quædam atque propinquitas ex viro antiqua virtute ac disciplina præstantissimo, & ætate nostra clarissimo [2] Chrysolora, ex cuius opera & liberalitate manavit quicquid græcarum hisce temporibus litterarum Nostrates haufere. Ille communis utrique Parens, dulcissimusque præceptor ætissimo nos ita quodam cognitionis genere conciliavit, sicuti quos uno procreatō Genitore, eademque ortos Familia cernimus. Quid plura? Ipsum jam Plutarchum audiamus, quem ita leges, ut ipsum in rostra sub tuum judicium, severissimamque censuram productum existimes, atque perpendas.

[2] *Emmanuel Chrysoloras Byzantinus*, qui primus Græcæ linguæ, & Eloquentiae studia barbaricis irruptionibus antiqua fede miserrime de-

turbata, post septingentos annos in Italiam reportavit. Constantiæ diem supremum obiit anno 1415. Vid. *Cortes. de Homin. Doct.* pag. 6.



## ANTE VITAM ARISTIDIS

*Vertente [1] Leonardo Aretino.*

**A**Nimadvertis, Zacharia Frater, te veram illam, & sapientem Petri Emilianii Pontificis Vicentini sententiam probare, qua vir ille ingenio, doctrina, prudentia primarius, cum pro sua consuetudine & me, & aquales meos, ac cæteros familiares suos ad probitatem, ad ludum, ad decus hortari solet, historiam virtutis parentem & vitæ magistrum appellat. Artes enim optimæ, quæ de moribus & præstantissimis institutis tradite sunt, apud omnes longe plus possunt, si vita ac factis clarissimorum hominum illustrantur. Quis enim dubitat ea, quæ ab aliis gesta didicimus, quamquam admirabilia sunt, faciliora nobis videri, & promptius ad honestatem incitare, quam si præceptionem solum lentius disputentur: ideoque lectissimos eis viros proponimus, a quibus ut dignitati & gloriæ serviant, impetrare contendimus. Hæc enim veteris memoria notio facit, ut summos homines, quos & probamus & admiramur, magno studio imitari velimus. Sic Pelopidas Trafibulum, sic Fabius Perilem, sic Portius Cato Curium sic **Cæsar** Alexandrum, sic M. Brutus Junium gentilem illum suum, sic denique multi incredibili ardore ad imitandos præstantissimos viros incensi sunt, qui, ut inter peritos constare video, historiæ invitatu maximas ac honestissimas res gesserunt. Hinc pro suo quisque studio noitri Majores Socratis, Plato-

nis,

[1] Perperam in Editione nostra hujus Vitæ interpretatione Leonardo Aretino ab amanuense tribuitur; ab amanuense, inquam, quum titulos hofce & Interpretum nomina non fusilibus characteribus, sed calamo expressa pro more illorum temporum exhibeantur. Reponendum itaque

*Francisci Barbari* nomen dilucide ostendunt cum *Zachariæ* fratri, tum *Petri Emilianii* Vicentini Præfulis mentio, tum denique universa hæc Epistola, quanu frustra *Bruno* accommodare collaboreret. Vid. Cl. F. Joh. de *Augustinis Script. Venet.* Vol. II. in Vit. ejusdem Barbar.

## [ CCCXXXVI ]

nis, Aristotelis, aliorumque non modo imagines in tabulis & vasis habuerre, sed etiam in foro, in Templis æneas statuas collocaverunt; ut vel tacita eorum monumenta vitæ suæ conferrent, quanto rectius id historiæ tribuemus, quæ mirum quoddam simulacrum appellari potest: cuius hortatu ad pietatem, justitiam, continentiam, prudentiam, liberalitatem, virtutem, humanitatem ac doctrinam inducimur. Præclare enim Demetrius Phalereus Ptolemaeum Ægyptium admonuit, ut libros, in quibus justi Regis officia, & illustrissimorum Principum vita litteris mandata sunt, & studiose legeret, & de manibus nunquam dimitteret. Nam quemadmodum hos quæcumque ad se tanto in munere pertinebant, facile edoceret; sic ea ab iis, quos regiæ opes alebant, expectare non debere. Apud nos, mi Frater suavissime, quantum domestica exempla pondus habeant, in foro, in curia, in comitiis & experimur, & cernimus; cum vel ex annalibus & prompta sunt, vel a prudentissimis majoribus natu singulari cum auctoritate referuntur. Quod si minus, ut ita dicam, ætatis & Civitatis acta magno momento sunt, quid omnium Urbium, omnium temporum facta putemus? Qnoscirca sèpenumero Alexandri Cæsaris institutum scitum mihi videri solet, qui quasi sapientes obeundis in rebus consiliarios historicos consulebat; ut quid hujuscemodi superiori ætate benefactum esset, id vel usu probaret, vel melius ac prudentius decerneret. Quapropter cum otiosus apud Plutar-chum doctissimum ac gravissimum Philosophum Aristidis justi, & Catonis illius majoris vitas lectitarem, de quibus in hoc tempus admodum pauca latinis litteris extant, dignæ mihi visæ sunt, quas tuo nomine interpretarer. Quamquam enim natura, eruditione, usu prædictus jam non mediocribus nostræ Reipublicæ muneribus dignus sis & habearis; tamen, ut opinor, bene de te & ceteris claris viris meritus ero, si quasi norma quadam bene vivendi ante oculos subjecta hoc meo ingenio, laboreque, quantum in me est, & meliores & doctiores eritis. Nam ut industriis Pictoribus ex Olimpio Jove Phydæ, & Sculptoribus ex Argolica Junone Policeti, sic tibi & reliquis, qui hæc attente cognoscent, eximium ac præclarum aliquid effingere licebit. Quod enim veteris sanctimoniarum illustrius exemplum proferre possem, quam Aristidis & Catonis, quibus nec Athenæ, nec Urbs Romana ullum vel solida ac expressa gloria clariorem, vel auctoritate graviorem, vel propemodum in omni laudationis genere præstantiorem unquam tulerunt? Nam quis Aristide fortior, integrior, aut illustrior fuit? qui bellicis in rebus, & a nullo summi Ducus ac Civis officio defuit, & artibus pacis ab ineunte adolescentia tantum præstítit, ut perpetua sanctitate ac gravitate vitæ justi cognomen (quod nemini prope concessum est) ad ultimum servarit. Divitiarum præterea contemptor, adeo invicti a cupiditatibus animi & rigidæ innocentia fuit, ut nemo etiam laudis avidissimus amplius optaverit, quam ipsi in hoc suo genere facile concederet. Quid de M. Catone Prisco divino homine dicam? qui omnium consensu frugalis maritus, accuratus in liberos Pater, peritissimus jurisconsultus eloquentissimus Orator, fortissimus miles, æquisissimus Prætor, egregius Consul, optimus Senator, severissimus Censor habitus est. Hic denique adeo omni ex parte summus vir fuit, ut ei nihil ferme neque a natura denegatum, neque a doctrina & virtute non delatum esse videatur. Hos igitur, Frater optime, ad quem potius mittam, quam ad te? qui cum a puero, ut ad hæc studia humanitatis me conferrem, nullo mihi loco, gratia, ope, opera defueris; quasi tuæ in me pietatis testimonium optimo jure dedicavi.

Acce-

Aceddit etiam , quod cum sic in republica , in domesticis , in amicorum negotiis verferis , ut boni Civis , diligentis Patrisfamilias , studiosi hominis officia in te eximia atque præstantia sint ; haec in alterum recognoscens , confirmatus probabis , coles , diliges . Qua quidem in re maximas habebis gratias , scio , modestissimo ac eloquentissimo Guarino Veronensi communī Præceptorī nostro , quo hospite ( non enim verebor , quod sentio dicere ) prope non minus quam Lucullus Archia , & Pompeius Theophane & Cornelius Ennio gloriāmūr : cujus beneficio factum est , quemadmodum Majores nostri bene de republica , meritis ad virtutis imitationem corporis monumenta decernebant : sic ego , ut tibi & cæteris , quibus hæc mecum studia communia sunt , prodeßem , Aristidi & Catoni has litterarias statuas collocarim . Cæterum ex Græca Guarini nostri disciplina non parvum vel huic fructum cepisse videor , quod ejus diligentia intra paucos dies Aristodem Atheniensium Principem non civitate , sed quod amplius est , latinis litteris donarem : & Catonem illum gravissimum longo , ut ajunt , postliminio ad nostros homines reducere mihi licuerit . Quid plura ? Jam Plutarchum audies , quo auctore , quid de iis clarissimis viris sentiendum sit , facile judicabis .



## ANTE VITAM THIMOLEONIS

*Tudertino Interpretē.*

MULTOS ex Ducibus nostris , qui nuper in re militari universa Italia gloriæ nomen assecuti sunt , Cn. Pompeio , P. Emilio , multisque aliis comparare auderem ; si in eadem Urbe , iisdemque temporibus , quibus illi nasci contigisset , multosque præterea , quorum gesta & in Republica , & in Senatu nunc vigent , Demostheni atque Aristidi æquipararem . Nam quemadmodum Prisci illi Consulares viri , atque Senatorii magnitudine animi , rerum tolerantia , consilio , ac prudentia magnos exercitus multa cum laude gubernabant , & omnia bene justeque administrabant ; sic nostri . Cum videamus hac nostra tempestate nobilissima in omnibus artibus ingenia florere , & artes , atque clarissimorum facinorum cumulatissima exempla vige-re . Sicut enim præstans ingenio artifex in tenuitate ac paucitate materiæ bene & secundum artem agit ; sic in amplitudine , copiaque , ac rerum varietate , quod in peritis & præstantissimis pictoribus prospicere licet , quibus si hominem unum simpliciter pingere contingat , docte , ut ars jubet , illum pingunt : sic etiam , si plures homines , aut navigantes , aut pulsantes citharam , aut armatos in acie , aut aliquid aliud agentes rei ac facti dignitatem , arte & ingenio consequuntur , quamquam antea vim tantam artis exprimere non evenerit . Et hoc clarissimus ille pictor Xeusis ostendit , qui postquam Helenam in porticibus Philippi , & in delubro Concordiæ optime pinxit , puerum uvas ferentem egregie depinxit , quæ quidem uvae adeo sui similes erant propter summum hominis & artificium & ingenium , ut aves ad illas evolassent . Et Theodorus , qui ab Horeste matrem interfici pinxit , bellum Iliacum pluribus tabulis designavit . Itaque plane rei militaris peritissimus Imperator pro tempore & locis , iisdem præceptis ,

viisque in magno & parvo exercitu utitur. Et vigilantissimus, prudentissimusque vir Senatorius consilio, & prudentia, & eloquentia parvam & magnam Rempublicam gubernat. Quid igitur dubii est, præstantissime Cosma? Ut quemadmodum non solum in hac Republica tua, sed tota Italia consilio, auctoritate, opibus, ac nominis claritate, quod apud omnes nationes celebratur, omnibus præstas; sic, si Romæ aut Athenis natus fuisses, cum divino ingenio summa integritate, summaque gravitate, omnibusque virtutibus, ut uno verbo absolvam, prædictus sis: & Dii atque homines, præter quos livor edax excruciat, te ament, te obseruent. Quis dubitat, hanc Rempublicam in bello Lucensi tua vigilancia, consilio, prudentia, tuisque opibus servavisse? Quis neget, neminem unquam fuisse, qui plus gloriæ in reditu ad Patriam habuerit, quam Tu, in quo tanta bonorum Civium benevolentia, tam incredibili populorum voluntate una cum Fratre tuo summo viro & singulari receptus es? cum jam omnes admirabili desiderio tui tenerentur, atque animi augerentur, ut Senatus omnes invidos, omnesque, qui contra Te egerant, in exilium ejecerit. Nec non infinita nomina multorum, quos in invidiosa illa & nefaria relegatione tua adversus Te sensisse creditum est, a Senatu ac Magistratibus abdicata sunt, atque deleta. Continere non possum me, quin in hoc sermone nostra versetur oratio; quamquam multis forte videbitur me amore ac benevolentia ductum plura dicereque sim. At iis id respondere in bona fortuna non verebor, quod saepè & multum in adversa, odiosaque rerum conditione objeci me cum benevolentia, cum ipsa veritate ad hunc sermonem laudabilemque sententiam adduci, alia certe plura, multoque majora de te dici possent. Nam nec continentia, nec pietate, nec iustitia, nec ullo genere virtutis quemquam in hac Urbe, & hac ætate cum te conferendum puto. Sed nec illud, quod magna admiratione dignum, est prætereundum. Quod nescio, quomodo illis, qui contra redditum tuum, contraque Rempublicam arma capesserant, nullis repugnantibus e manibus arma cedebunt. Verum profecto Deum immortalem hoc & cætera, quæ ad Te spectabunt, egisse arbitror; ut pietati auxilium ipse præstaret, & huic Republicæ, quæ jam in fauibus tyranni in dies prolabebatur, prospiceret, atque consuleret. At Tu pro dignitate tua extra Patriam vitam ducere poteras, Patria autem sine Te libera esse non poterat. Sed haud longius hunc sermonem producendum censeo, cum mihi in animo non sit, tua nunc gesta tuasque virtutes a capite usque ad calcem, ut ajunt, describere. Quare, clarissime Cosma, ut ad rem ipsam nunc veniam: quamquam priscis illis summis viris, qui Rempublicam regere aggressi sunt, æquiparari possis, ut ostendimus; & eo ingenio sis, eo consilio, ea animi magnitudine, ut militares & jam viros illos exuperasses, si talibus artibus Te dedisses, nec externa exempla legere multum indiges: Oro Te, & majorem in modum obsecro, ut gesta hujus præstantissimi viri, quæ ad Te mitto, libenti animo suscipias, & interdum tui colligendi causa legas. Nec eum, quia multis bonis artibus, multisque virtutibus vincas, parvifacias, verum novi humanitatem, mansuetudinemque ingenii tui, ac prudentiam. Nostri enim, maximas artes longe apud omnes posse, si cum exemplis conjunctæ sunt: Hinc est, quod multi sapientissimi viri parentem virtutis & vita magistram historiam appellavere, quæ quantum auctoritatis & fidei in Foro, in Curia, in Comitiis habeat ad impellendos homines ad prudentiam, ad justitiam,

[ CCCXXXIX ]

tiam , ad fortitudinem , ad temperantiam , ad fidem , ad pietatem : Tu , qui in Republica quotidie versaris , reor probe noveris . Tantam quidem vim habet rerum gestarum memoria , ut summos saepe viros imitemur : ut Fabius Periclem , Cato Curius , Cesar Alexandrum . Unde nostri Maiores Socratis , Platonis , Aristotelis , multorumque aliorum imagines non solum in tabulis & vasis pictas habuere ; sed in foro , & in Templis æneas statuas collocarunt , ut admiranda illorum facinora suæ vitæ exemplum effent . Quare Lycurgus ille vir divinus , postquam Lacædemoniis leges edidit , Aristoteli statuas xxx. erigi jussus est . Sed de iis satis . Nunc ad Thimoleonem parumper animum animadverte : Hic ille Thimoleon Corinthius est , qui nobilissimam Siciliæ Insulam , profligatis Cartaginensium copiis , expulsisque omnibus tyrannis , in libertatem rededit ; & pulcherrimas illas Syracusas , multasque alias Siciliæ Urbes rursus habitandas præbuit . In quo viro singularem erga Matrem pietatem , admirabilemque charitatem in Patriam invenies : qui tanti fuit , ut Plutarchus divino ingenio vir , atque judicio P. Emilio clarissimo Imperatori comparare non dubitet . Præterea in rebus ab eo gestis maximam tyrannorum perniciem , maximumque rerum humanarum exemplum comperies . Nam postquam Dionysius , qui in opulentissima amplissimaque tyrannide duobus & viginti annis regnaverat , e Syracusis atque Sicilia abire coactus est , maxima calamitate compressus Corinthi in Ganeo , & inter mulierculas obsoniorum tabernam agentes quasi universum diem versabatur . Quamquam multa etiam alia , quæ lectio ne ingenui & nobilis viri digna sunt , ab eo gesta cognoscetis . Quæ si leges , eum animum , eum ardorem , qui in Te est , adversus Tyrannos tanquam faces quasdam ardentissimas in eos efficies . Cæterum , humanissime Cosma [ 1 ] , non ita hoc munusculum suscipias , ut existimes me non multo majoribus muneribus te prosecuturum . Nam cum pro summa benevolentia tua in me , summisque meritis tuis vehementer optarem , quicquid efficere possem in Te , ac præstantissimum virum Fratrem tuum Laurentium conferre , hunc tibi librum interpretari volui ; non ut hac parvula re quamquam respectu novitatis & hominis magna est , satisfacere arbitrer ; sed ut primitias quasdam studiorum meorum degustandas traderem , & Timoleonem , cuius fama apud Latinos usque in hunc diem obscura jacuit , tibi , qui nominis & splendoris in Italia principatum obtines , cognitum faciem , gloriosumque tua cognitione redderem .

[ 1 ] Medices.

## ANTE VITAM LISANDRI

*Vertente Guarino.*

**P**LURIMA cerno tuas ad nuptias, Leonelle [1] Princeps, frequentia apparatu, ornamentoque magnifica, dona simul & munera duci & afferti pro amicorum & subditorum charitate ac fide, quibus Asthensis pariter atque Gonzagæ prosapiæ dignitas illustretur. Ego autem, qui nemini tuorum fide, studio, benevolentia in Te cedo, licet fortunis facile superer, immunis hoc tempore esse non deboeo; præsertim cum eorum ad Te mittendorum præstetur occasio, quæ non minoris, ut arbitror, quam superiora facturus esse videare; illa namque usu vel minui, vel tractando conteri solent. Verum nec ipsa, quo frequentius utere diutiusque tractaris, eo latius crescere, firmiusque durare: illa præterea semel profuerint; hæc perpetuo. Quodnam istuc tuum munus, inquies? Duo illustres viri, & rebus egregie patratis Imperatores plurimum decantati Lisander & Sylla comes; quos ex Athenis mediis tibi deduco: reliquorum saltantium & Convivarium coetum nominis majestate ornaturos, & facetiis exhilaraturos, ipsos lubentius traduxi; quo illorum quidem nomina ubique celebratiora, res autem ferme obscuriores erant propter superiorum sæculorum vel ignaviam, vel calamitatem, vel utramque, quibus tanta litterarum jaætura importata est, ut nisi latina mendicemus ab Græcis, cum alia permulta, tum clari quondam homines jaceant in tenebris, sit necesse. Quocirca ingentes utriusque Chrysoloræ gratiæ habendæ sunt, laudesque cantandæ; quorum beneficio, industria, studio, & doctrina tot magnos homines ex obscuritate ad lucem, e morte ad vitam, e silentio ad prædicationem revocatos intuemur. Nec vero Te perturbet, humanissime Princeps, quod inter commemorandum in hisce duotoribus aliqua facinora crudelitatis offendes, potissimum cum Te sicuti coram, ita & scriptis qualiacumque sunt meis ad mansuetudinem, placabilitatemque omnia animare coner, & incedere, ad quam cum tuo ingenio, tum studiis, & magnorum hominum imitatione pronus duceris; & quæ tanti in Principe, & in eo, qui excelsa majestatis gradu pollet, momenti est, ut quisquis clementia, ut tu, insignitus sit, non solum Deo proximus, sed etiam Deus habeatur in terris. Magna quidem ea virtus est, qua innocentiam defendas; non minor autem illa, qua & nocentibus ad viam rectam redditum præbeas, captis succurras, infelici bus miserearis, legum duritiam lenias, ferrum compescas, jacentes subleves, supplicia mitiges, vitam dones. Accedit huic virtuti primum laus, gloria, cunctorumque benevolentia vel tui ipsius testimonio. Nullus enim Patrifamilias unicus tanta pietate dilectus ullo tempore filius fuit, quam Tu clementiæ & humanitatis gratia subditis externis longinquisque charus:

quan-

[1] „Avanzato già in età fu chiamato a Ferrara (Guarino). Pio II. nell'Europa, parlando di Niccolò Terzo Estense, scrive, che presso di lui trovò l'unico rifugio della sua vecchiezza, quel mirabil uomo, che tutta la sua età leggendo, scrivendo e insegnando passato avea. Forse il principal motivo, per cui quel Principe lo chiamò, fu perché fosse Maestro di Leono nello suo diletto figliuolo, che gli succedette

„ nel dominio, e per conto di Lettere si trova lodato in que' tempi singolarmente: tanto ar gomento da ciò che scrive il Decembrio, dell' aver Guarino instituito negli studj Leonello. „ Hæc Cl. M. Mapheus, Ver. Illust. P. II. Lib. I. pag. 72. Vide insuper Cl. Zen. Vossian. Tom. I. pag. 208. ubi plura de Leonello discipulo, deque Guarino præceptore congerit.

## [ CCCXLII ]

quantam laudem ac pietatem a cunctis reportas , cum eam Te vocem usurpare audiunt : non oportere quemquam a sermone Principis tritem discedere , quo sit , ut sermone sis affabilis , accessu facilis , vultu amabilis . Verum enimvero crudeles , ac probos illorum mores perinde ac speculum idcirco tibi propono , ut bona cum inspectes , ad ea te conformes , vitia vero fugias , & abomineris : sit enim , ut in alienis personis turpitudinem acriore censura notemus & execremur . Quamobrem Spartanos cum servum in conviviis ebrium deprehenderent , eum accitis filiis demonstrare solitos accepimus , ut ebrietatis ineptias , deformitatem , spurcitasque subtilius in mancipiis intuentes abhorrerent . Non absurde itaque Persius , ut nemo , inquit , in se se tentat descendere nemo , sed praecedenti spectatur mantica tergo . Cæterum ne vestra demoreret colloquia , a me longior non suscipitur oratio .



## ANTE VITAM CAII MARII

*Eodem [ i ] Interprete.*

**C**UM Artaxersi Persarum Regi aliquando obequitanti agricola quidam obviavat factus aquam utraque manu e propinquo flumine haustam obtulisset , cum nihil aliud elargiri posset , Rex subridens jocundo vultu illam suscepit ; nam non rem ipsam , sed animum dantis ac voluntatem ut vir nobilissimus metitus est . Putabat enim ea , quæ a benigno promptoque animo susciperet , et si parva essent , non minus existimanda fore , quam si præclara atque permagna munera elargirentur . Recte quidem , humaneque , & pro dignitate regia gessit . Nam diu , multumque a gravibus sapientissimisque viris disputatum atque judicatum est , potius hominis animum , quam res ipsas esse metendum . Quo fit , ut non solum divites atque potentes liberales esse possint , verum etiam tenues ; cum de liberalitate cæterisque virtutibus animi pariter dives , pauperque pro voluntate eorum capere possint . Itaque cum incredibilem prudentiam animi tui admirarer , quod non modo jam laudem , verum etiam admirationem consecuta sit , animo institui , ut aliqua in re Dominationi tuae gratificarer , vitam Marii præstantissimi Viri , cum nihil aliud majus habeam , jocundissimo animo , ut agricola ille , Dominationi tuae dedicare , ut tibi gloriam , libro autem dignitatem compararem . Nam hujas Viri præstantiam magnopere admirans , animadvertens quam dignum fore ejus gesta in manibus ingenui viri tradenda fore ; nesciebam , cui potius hunc tantum virum donarem , quam præclare Dominationi tuae . Plane in ista ætate tua jam tantum dignitatis & excellentiae studio , labore , industria , vigilantia jam consequutus es , quantum permulti præstantissimique viri per longum ævum etiam in ipso cano capite assequi non potuerunt . Quare divina hæc potius , quam humana

[ i ] De hisce Plutarchi versionibus a Guarino concinnatis ita Jan. Pannonius in Guarini Panegyri pag. 34.

Inachia vero tibi tanta peritia lingue ,  
Ut facies haud alio traduci interprete malit  
Plutarchus , chartis nec plus se agnoscet in ul-  
lis .

At longe aliter Correfius . Dial. de Hom. Doct. pag. 14. Genus dicendi ( Guarini ) inconcinnum admodum , ac salebrosum ; utiu' plerunque imprudens verbis poeticiis , quod est maxime vistissimum ; sed magis est in eo succus quam color laudandus .

na esse censeo. Sane jam in ore omnium maxima cum gratia & gloria est admirabilis prudentia Dominationis tuæ, quam ut conjectura assequor, antequam senectutem attingas ad amplissimos dignitatis gradus futuram hæc præludere videntur. Verum in præsentiarum ne longius ab incepto trahamur, animus est per laudes Dominationis tuæ evagari velle. Itaque Marium virum inter Romanos celeberrimum humanitatis jure, ut libenti animo suscipias, & interdum colligendi tui causa legas, obsecro; nec eum, quod sapientia, & multis bonis artibus egregiisque virtutibus superat, parvifacias. Sed novi humanitatem divini ingenii tui ac prudentiam. Nostri enim optimas artes longe plus apud omnes posse, si cum exemplis clarissimorum virorum conjunctæ sunt. Hinc est, quod multi sapientissimique vi-ri parentem virtutis, & vitæ magistram historiam appellavere; nam admirabilem auctoritatem atque fidem in Foro, in Curia, in Comitiis ad impellendos homines, ad prudentiam, ad justitiam, ad fortitudinem, ad temperantiam, ad fidem, ad pietatem prestare videtur. Tantam certe vim affert rerum gestarum memoria, ut summos saepè viros imitemur: ut Fabius Periclem, Porcius Cato Curium, Cæsar Alexandrum. Hinc est, quod priisci illi sapientes viri Socratis, Platonis, Aristotelis, multorumque aliorum imagines non solum tabulis & vasis pictas habuere, verum etiam in Foro, & in Templis æneas statuas collocavere, ut præclara illorum facinora suæ vitæ exemplum extarent. Quare Lycurgum virum quidem divinum, postquam Lacedemoniis leges edidit, xxx. Statuas Aristoteli erexisse legimus. Sed unde digressi sumus, nostra regrediatur oratio; & ad Marium parumper animum advertamus: Hic devictis Cimbris tantam bellum cladem, non modo ab urbe Romana, verum etiam ab universa Italia propulsavit, ut tertium Romæ conditorem Romani eum appellasset; & quod vix unquam alter consequutus est, septies Consulatum init. At, quid hæc nunc recenseo? Cum res a Mario gestas in manus Dominatio Tua habeat? Marium itaque ipsum jam legere aggrediamur, quem si divino ingenio Dominationi Tuæ probari sensero, quandoque pretiosiora illi daturum polliceor.

## VITRUVIUS.

*Joann. [i] Sulpitius Lectori SALUTEM.*

CUM divinum Opus Vitruvii, non modo studiosis, sed reliquis hominibus, si in exemplaria innumera diffunderetur: multum conferre posse animadvertearem: cessantibus id agere aliis, ut puto, in melioribus occupatis: quod diu multumque ad publicum usum desideravi, ipse tandem effeci. Collatis enim multis id genus libris: & in primis uno nostri Delii manu, satis accurate perscripto, eum mihi laborem assumpsi: ut quantum per plurimas occupationes meas fieri posset: redderem unum imprimendorum archetypum adeo emendatum: ut parvus labor cuivis alteri ejusdem rei studioso relinquatur. Quod si fidelis, ut spero, librarius fuerit: & cum his

\* [i] Joannes Sulpitius Verulanus Pomponii Latii auditor, & Academiae Pomponianorum, ut ipsem appellat, inter illustiores doctioresq;

fodales a Ferno memoratus in Præfat. Carminalibus Jo. Antonii Campani præfixa, quasi vide supr. pag. 279.

[ CCCXLIII ]

his impressis scripti calamis conferentur : facile fides nostra & diligentia apparet . Nec tamen illud commiserim : quin complura ex iis quæ ille perverterit ( neque enim aliter fieri potest ) in postrema pagina annotanda non congeram . Si qua vero in quibusdam græcis , quæ obscura sane depravataque sunt : interim percunctando , meliora potero invenire : ibidem silentio non præteribo . Figurarum descriptiōnibus , quoniam earum exempla habere nequivimus : & sunt rationis difficilis : & artificibus laboriosæ : sua in marginiūbus spatia servabuntur : ut quom vel nostro vel aliorum studio edentur in lucem , suis locis possint affigi : Interim vero litteratos omnes , in quorum manus volumina hæc pervenerint , velim oratos : dent nobiscum operam , ut habeatur hic auctor emendatissimus , & sit suis undique partibus abſolutus : quod quidem spero fore brevi ; cum ob ingeniorum copiam & præstantiam , tum ob laudis ardorem maxime cuique eredito adjunctum : quam mihi in publico commodo non appetenti , satis blandituram puto , quia primus hoc in stadio curro : & ad certamen via jam liberaliter strata reliquos inter se excito . Vale jam , & livore lectio caret : Age , quia ego cum aliis te quoque sine odio commendare possimus .



R A P H A E L I [ i ] R I A R I O C A R D I N A L I ,  
Sanctæque Romane Ecclesiæ Camerario , Jo. Sulpitius fœlicitatem .

**Q**uicquid curæ , studii , vigiliarum & opere in emendando & vulgando Vitruvio posui . Quicquid utilitatis in medium affero . Quicquid forsan & laudis consequar , tuæ dedico amplitudini , Raphael Riarie , Romane Ecclesiæ dignissime Camerarie , certum litteratorum præsidium : fotor ingeniorum : spes publica : Patrocinium populorum : benignitatis delitiae : virtutumque plurimarum vivida quædam effigies . Cui enim hunc aptius possem ? quam cui ego sum deditissimus , & a quo me diligi : & Vitruvium in delitiis haberi intelligo ? Immo ad quem libentius architectus ipse se diriget ? quam ad eum qui sua lectione plurimum delectat ? Quique suis præceptis & ſæpe & in magnis ædificiis , si vixerit , sit usurus . Quemque præatoria , villas , templa , porticus , arces , & regias : sed prius theatra ædificaturum spe certa colligimus . Tu enim primus Tragœdiæ quam nos juventutem excitandi gratia & agere & cantare primi hoc ævo docuimus ; ( nam ejus actionem jam multis ſeculis Roma non viderat ) in medio foro pulpitum ad quinque pedum altitudinem erectum pulcherrime exornasti : Eandemque postquam in Hadriani mole Divo Innocentio spectante est acta : rursus intra tuos penates tanquam in media Circi cavea toto confessu umbraculis tecto : admisso populo , & pluribus tuis ordinis spectatoriis honorifice excepisti . Tu etiam primus picturæ scenæ faciem quom

Pom-

[ 1 ] *Raphael Sansonus de Riaris* , patria Savonensis , ex Prototario Apostolico , anno ætatis sua decimo septimo purpuratis patribus a Xysto IV . adscriptus est ; & inter nepotes adnumeratus , Riariorum agnomen , Pontifice eodem jubente , assumpit . Regia magnificentia cum multis in rebus tum vero in immanibus substructionibus se se ostendit , novumque fecit theatraibus

spectaculis primus apud Italos initium . Vid . *Übersum Folietam* in Elog . Claror . Ligurum . Mortalitatem exuit Neapol . ann . 1521 . Ceterum Editionem hanc nostram *Vitruvium & Frontinum* simul completentem , & Cl . Maittaire incomptam , Romæ , vergente jam ſeculo xv . peractam fuisse nonnulla monere videntur .

## [ CCCXLIV ]

Pomponiani comediam agerent, nostro saeculo ostendisti. Quare a te quoque Theatrum novum tota Urbs magnis votis expectat: Videt enim liberalitatem ingenii tui: qua ut uti possis, deus & fortuna concessit. Cum igitur nec desint tibi facultates, nec voluntas gratificandi, accinge te ocius ad hanc beneficentiam alacriter exhibendam. Quid enim popularius? Quid gloriosius ista tua aetate facere possis? Q. Catulum, qui primus spectantium confessum inumbravit, jam æquavisti. Claudio in pietæ scenæ varietate non invidemus. Antonii argenteam: Petrei auream: Catulique eburneam, ut luxum nimium expedit nemo. Versatilem & ductilem quando libuerit facies non difficulter. Illud unum igitur supereft: ut mediocrem locum ex Vitruvii institutione constituas: in quo juventus tibi deditissima ad majorum se imitationem in recitandis poematis fabulisque actitandis in deorum honorem festis diebus exerceat, honestisque spectaculis & moneat populum & exilaret: Nam quæ voluptas potest cum hac spectandi delectatione conserfi? quæ per oculos & aures blande in animos influens, eos titillat, mouet, docet, & afficit? Valeant ergo digladiantum inter se hominum, muta, funestaque: & cum bestiis vix unquam sine humana cæde spectacula: & vel hic litteratis, vel in campo militaribus delectemur. Ea autem, ut quam optime & sepissime fiant, Theatro est opus. Quo quid fieri & presentibus & posteris jucundius potest? Si enim post Pompeianum illud marmoreum & capacissimum, minora & incultiora, magnæ suis gloriae fuerunt auctoribus; quanta tibi nunc erit quum nullum integrum extet: si aut dirutum reparaveris, aut novum erexeris? Ædes sacras, quarum est maxima copia (atque utinam tam sanctæ quam passim deos veneraremur) in aetate proiectiori ponere poteris: Producet enim tibi vitam omnipotens, si bene feceris, & ad summa rerum te evehet: ut non modo maxima quæque urbiorn ornamenta, sed etiam novas urbes constituas. Nunc vero haec occasio prætermittenda non est. Vides enim magnum ad Romam ornandam, inter præstantissimos, & fuisse jam pridem & esse certamen: ac unumquemque in suæ laudis argumento, quod prudenter excogitavere versatos esse atque versari. Sixtus Pontifex Max. compluribus sacris ædibus instauratis: Pontem refecit: Vias direxit & stravit: Bibliothecam copiosissimam ordinavit: Tum Divæ Virgini speciosissima Templa ædificavit. Innocentius vero ad illum & Paulum superandum erexit: omnia præclara & popularia cogitat. Itaque imposito bellis fine, Prætorio suburbano peracto, agilitatis certaminibus & equitum concursionibus, dotalibusque & sumptuariis legibus revocatis: Falconis Sinibaldi sui quæstoris: summi consilii, fidei, auctoritatis, & patriæ amantissimi viri: & Marcelli Capiferri, Nicolaique Porciæ ædilium singularis amicitia, cura: tum Floræ campus, tum Circus flaminius lateribus aptissime sternitur. De Gymnasio nostro evertendo & magnifice construendo (quod utinam præoccupasse: ibi enim quotidiana omnium disciplinarum eduntur spectacula) prudentissimi reformatores jam iniere consilium: & eurythmiam & symmetriam disposuere. Quæ cum ita sint quid aliud novi huic est saeculo reliquum? nisi ut aut fontes inducantur, aut theatrum ædificetur? Fontes vel tu postea, vel quisvis alias cum multa utilitate gratiaque inducat: Nunc theatrum quin vel instaures, vel novum construas cave ne differas, ne tantam expectationem & spem eludere videaris. Difficile est enim amantissimi populi desiderium aut diu protrahere, aut omnino frustrari: Gratia enim qua nominis celebritas viget vel remittitur, vel extinguitur. Quod ne tibi possit accidere. Age hanc gloriosam

provinciam toto populo optante : & ut magnificentius & instructius erigas : aurum per singula capita ultro conferente , jam arripiet , & in statu & clarissimum : hac insigni liberalitate : gratiisorem illustriusque reddens : perpetua populum Romanum voluptate : cum aeterna tua memoria beata . Interim vero nostrum hoc munusculum quæso ne aspergatis : atque ut ei donec tibi nostris aliquid fabricatum manibus afferam , acquiescas , dignationem tuam magnopere velim oratam .

## JO. SULPITIUS LECTORI SALUTEM.

Lector habes tandem veneranda volumina docti  
Vitruvii : quorum copia rara fuit .  
Hac lege : nam disces : nova : magna : recondita : pulchra :  
Et quæ sint in re sœpe futura tua .  
Emendata vides : sed peccat littera siqua  
Corrige : nemo satis lynceus esse potest .

## SEXT. JULIUS FRONTINUS

*De Aqueductibus.*

## A D C A L C E M.

**L**IBELLUM hunc de aqueductibus cum esset mendoſissimus , Pomponius & Sulpitius tanto studio ſic emendarunt : ut perpaucorum in eo locorum correctio desideretur . Perquam rara ſunt , quæ Librarius corrupit aut prætermisit . In quibus in prima charta & facie , poft intolerabile , deeft quam . In octava emendentur : cognominatur : erogant : quinariae : inveni . In ſpatiis in ordine paſſim relictis , ubi nam aliquando verba : aliquando quinariarum & fistularum figuræ defint facile quiske poterit judicare . Vale , candide lector ; & ſi quis ingratus eſſe voluerit , librum ſuum depremat , & cum hoc cigno noctuam conferat .

## M. T. V A R R O

*Pomponius [i] Platinæ SALUTEM.*

P. M. TERENTIUS VARRO, togatorum litteratissimus, inter innumerabilia volumina ingenii sui vir Romanus, & qui solus Asinii Pollio-nis judicio, vivens, statuam in Bibliotheca Palatina meruit, duodecim li-bros de lingua latina scripsit. In primis tribus de Etymologia. In secun-dis tribus, unde vocabula sint imposita in lingua latina, & de Poetarum consuetudine. A septimo ad decimum de Analogia. In postremis tribus de copia verborum, quorum omnium ætate nostra sex corrupti in manibus habentur. Eos monitu Lelii Vallensis magnæ & singularis doctrinæ legi summa cura ac diligentia. Ubi Librarii litteras mutaverunt, correxi: in iis, quæ infelicia penitus corrupit, non ausus sum manum imponere, ne forte magis depravarem. Addidi tamen indicem per ordinem litterarum, ut qui non nimis curiosi sint, facilius inveniant. Tu, qui castigatissime omnia inspicis, si laborem hunc laudaveris, habebunt mihi gratias qui le-gerint. Si minus, calamo non parcas, quoniam ego & scio non fallor, in hac foecce hominum tanti te facio, quanti M. Tullium, cui dedicavit hos libros saeculo eruditissimo, fecit Varro. Vale.

[i] De Pomponio & Platina, vide si lubet, quæ supra adnotavimus, pagg. 187. & 275.



LE PORRETANE  
DI M. GIOVANNI SABADINO  
DEGLI ARIENTI.

*Joannis [1] Sabadini de Arientis Bononiensis ad Illustriſſ. O' in clytum Herculem Eſtenſen Ferrariæ Ducem Compatrem ac dominum ſuum unicum O' pium benefiſtorem Facetiarum Poretanarum Opus.*

**S**E le humane forze afaticate Hercule Eſtenſe inclyto Duce e valoroſo mio Signore non ſono a tempo debito da alcun honeſto & piacevo- le ripoſo tal volta aiutate ne le diurne lucubrations perfeverare non poſſono. Cum cio ſiache a quelle molte volte prevaricando i termini de la rafone, nui miferi mortali ne faciamo ſugetti. E perche queſto fu iſtituito da Lycurgo latore de le lege lacedemonie: & da altri preſtantissimi homini ho preſo ardire affaticando lingegno porre la mano ala dolce fati- ca dela preſente opera de festevole nouelle narratrice: ale quale intrave- nendo io furono gratioſamente & cum degna honeſta recitate al noſtro ba- gno de la poretta da una nobilissima e gradioſa compagnia de homini & donne: quale ſera transferita per diversi & varii accideſti a ſumere la mi- raculosa Aqua del famoſo bagno fra due altiſſimi monti ſituata cum el pre- ſtantissimo Conte Andrea di Bentivogli de la noſtra Cita digniſſimo patri- cio ornato de tanta integrita & valore: quanto altro nel felsineo Senato arecordo de viventi fuſſe giamaī: & da qualunque per ſuoi meriti ſingular- mente amato. Et per la civil gratia & incredibile benivolentia de Ludo- vico ſuo genitore. Le cui eximie virtu note a Nicuſao quinto ſummo Pon- tifice lo impulſeno a decorarlo de militia: facendoli cum molta gloria do- no de quella Spada, quale ſopra laltaro magiore de San Pietro la nocte de natale ſe tiene celebrante li divini officii in ſignificatione che in tal nocte nacque il Re ſuperno: dove poi epſa ſpada ſe non ad altiſſimi Principi cum ſummo triumpho & gloria donare ſe ſole. Onde fu poi tanto bon per publico decreto de la patria parente meritamente appellato: dove teſtano ne divi templi li militari trophei. onde non patricia: ma Imperial ſepultura conſequi ala morte. Questo Conte Andrea ſuo figliuolo eſſendo adunque a quelli nostri Bagni doppo lo aſſumpto deſenare: come homo be- nigno & gradioſo inſieme cum la ſua compagnia de venuſti giochi: ſuoni: canti, & balli dilecto prendeva: a quali festevoli piaceri tutti li bagnaroli, & altre gente de varie nationi qui vi come curiali concorrevano: & in queſti folazzi ſtato tanto che phebo havesſe le ſue forze alquanto dimeſſe:

xx 2 &amp; fa-

[1] Giovanni Sabadino degli Arienti, Bolo- gneſe, famoſo e dottiſſimo Umaniſta, come af- ferma l'Orlandi ne' ſuoi Scrittor. Bologn. p. 171. Fu amico di Battista figliuolo del gran Guarino, del Cornazzano, e di altri Oratori e Poeti illuſtri del ſuo tempo, come da queſto ſuo Libro ricavatiſi. L'Autore delle Prefazioni al Novellie-

ro Italiano ſtampato in Vineaſia appreſſo il Paſ- quali 1734. nella Prefaz. al III. Volum. pag. 10. oſſerva, che la prima Edizione delle Porretane iſiasi quella di Bologna 1483. per Enrico di Co- lonia. Ma queſta noſtra dee peravventura te- nerſi di alcun anno più antica.

& facto cum liberale dolcea de vini & confecti secundo elluoco colocatione a chi fusse piaciuto. De quivi se partirono cum suoni , canti , & piacevoli parlamenti : andando un giorno a man dextra : & l'altro a mano sinistra il fiume de Rheno ivi propinquo tanto che trovavano qualche ameno colle sopra uno praticello vestito de odorifere herbette , e cinto da frontenti , & umbrosi arboselli . & quivi posto reverentemente per discreti famigli alcuni cypriani tapeti , & sopra epsi ogni homo postosì fraternamente a sedere per fugire l'ocio : & il dormire diurno cose mortale a cui beve la poretana aqua , piacevoli & aspri casi damore: & altri advenimenti cusi ne moderni tempi , come ne gli antichi avenuti cominciarono a chi meglio narrare sapeva finche l'aere li potesse offendere per la declinazione del Sole . Poi indrieto retornavano cantando versi de amore , & de zoglia a loro abitazione a prendere li necessarii cibi , doppo li quali se faceva qualche danza & gioco a lume de torce : finche veniva il tempo di prendere li nocturni riposi : havendo alquanto le Stelle dimostrato la loro luce . Diche audendo io clarissimo Principe cum summo piacere tante varie novelle narrate per diverse persone : me parea cosa indegna non farne qualche memoria , posto chel mio exiguo ingegno a provincia tanta insufficiente fusse . Deliberato adunque presi la penna: & per quanto la labile memoria fu capace , ne ho scripte alcune : & in forma del presente libro pieno di fede reducete per farne oblatione al tuo ducal valore in remembranza dela devotissima fede mia verso quello , rechedendolo la spirituale virtu del nostro vinculo Compaterno insieme cum el mutuo amore dela tua excellenta cum la illustre Cita nostra : mediante la contrata affinita fra epsa , & la gloriosa famiglia Bentivoglia . Accio essendo epse novelle cum jucundita leete da toa illustrissima Signoria siano anchora cum toa gloria ala posterita del tempo commendate . Pregarote adunque inclito Signor mio per quella devota fede a ti tanti anni liberalissimamente donata : Se mai effecto d'alcun tuo fidel servo : te fu charo : che benignamente questa dolce lucubratione acceptare te piazza . Et quando dale ardute cure del tuo glorioso stato respirare potrai : & dale urgente imprese : ale quale in questa nostra etate cum summa tua gloria ogni studio imparti , a mia consolatione legere la vogli . Supplicando la tua Ducal virtu : che come ho gia instituito : cusi la vogli le poretane novelle intitulare respecto ellucco dove el subiecto dela urbana opera e causato . Ala cui grata leatura col nome del summo & eterno jove il tuo invictissimo valore lassando singular gloria : & jocundissimo me fia.

F I N I S.

# CATALOGUS VIRORUM ILLUSTRIUM,

## Quorum Opera & fata in his Præfationibus, saltem obiter, recensentur & illustrantur.

### A

- A**ccius Zuccus. 186.  
**A**ldus Manutius. 284. 304.  
**Ambrosius Traversarius.** 135. 136.  
319.  
**Andreas Episcopus Aleriensis.** 12.  
92. 100. 101. 132.  
**Angelus Ambrofinus, vulgo Politianus.** 223.  
**Angelus Sabinus.** 127. 128. 131.  
133.  
**Antonius Luscus.** 172.  
**Antonius Moretus.** 126.  
**Antonius Motta.** 200.  
**Antonius Paccinus, vulgo Tudertinus.** 331.  
**Antonius Urceus Codrus.** 304.  
**Augustinus Maffeus.** 237. 238.

### B

- Barnabas Celsanus.** 220.  
**Bartholomæus Pajellus.** 204.  
**Bartholomæus Saccus, vulgo Platina.** 187. 346.  
**Bartholomæus Salicetus.** 237.  
**Basilius Card. Bessario.** 72.  
**Benedictus Accoltus.** 89.  
**Benedictus Brognolus.** 134.  
**Berardinus Lanterius.** 313.  
**Bernardinus Card. Caravajal.** 264.  
**Bernardinus Card. de Lunate.** 270.  
**Bernardus Nerlius.** 226.  
**Boninus Mombritionis.** 129.  
**Bonus Accursius Pisanius.** 189. 190.  
299.

### C

- Carolus de Marsuppinis Aretinus.**  
319.  
**Christophorus Cambiagus.** 190.  
**Christophorus Landinus.** 166. 229.  
206. 235.  
**Christophorus Persona.** 212.  
**Cichus Simonetta.** 195. 299.  
**Corradus Mediolanensis.** 240.

### D

- Dantes Aligerius.** 206.  
**Demetrius Chalcondyles Atheniensis.** 163. 227. 301. 302.  
**Demetrius Ducas Chalcondyles Cretenis.** ibid.  
**Dominicus de Dominicis.** 133. 203.  
**Dominicus Georgio.** 114.  
**Domitius Calderinus.** 138.  
**Donatus Accinjolus.** 165. 184. 325.  
**Donatus Boissius.** 244.

### E

- Emmanuel Chrysoloras.** 335.

### F

- Flavius Blondus.** 219.  
**Franciscus Accoltus.** 89.  
**Franciscus Barbarus.** 170. 335.  
**Franciscus Card. Todeschinus de Piccolominis.** 71. 261.  
**Franciscus Colucia.** 116.  
**Franciscus Petrarcha.** 164.  
**Franciscus Philelphus.** 109. 198.  
229. 308.

Frans-

- Franciscus Puteolanus.* 195. 232.  
312. 319.  
*Franciscus Turrianus.* 189.
- G**
- Gabriel Brunus.* 202.  
*Galeottus Martius.* 398.  
*Georgius Merula.* 113. 114. 117.  
138. 216. 318.  
*Georgius Summaripa.* 307.  
*Georgius Trapezuntius.* 87. 88. 170.  
*Gregorius Typhernas.* 101.  
*Guarinus Veronensis.* 101. 105. 106.  
144. 327. 340. 341.  
*Guido Terzagius.* 182.
- Joannes Maria Cataneus.* 301.  
*Joanaes Crestonus, seu Craftonus.*  
314.  
*Joannes Franciscus Beatus.* 162.  
*Joannes Gusmaci.* 202.  
*Joannes Hinderbachius.* 205.  
*Joannes Card. Medices.* 290.  
*Joannes Sabadinus de Arientis.*  
347.  
*Joannes Salandus.* 303.  
*Joannes Simonetta.* 179. 197. 229.  
235.  
*Joannes Sulpitius Verulanus.* 342.  
345.  
*Joannes Tortellius.* 96. 305.

- H**
- Hermolaus Barbaro.* 204. 205.  
*Hieronymus Squarciaficus.* 126.  
177. 180. 216.  
*Hubertinus Crescentinas.* 190.
- I**
- Jacobus Cardin. Ammanatus.* 81.  
237.  
*Jacobus Antiquarius.* 245. 312.  
*Jacobus Antonius Marcellus.* 106.  
*Jacobus Bracciolinus.* 166.  
*Jacobus de Gherardis.* 248.  
*Jacobus Grasolarius.* 221.  
*Jacobus Locher.* 296.  
*Jacobus Sentinus.* 70.  
*Jacobus Zeno.* 117.  
*Joannes Antonius Campanus.* 81.  
245. Ø seqq.  
*Joannes Antonius Card. de Sancto  
Georio.* 261.  
*Joannes Argyropolis.* 184. 316.  
*Joannes Baptista Egnatius.* 134.  
*Joannes Boccaccius.* 140.  
*Joannes Calpurnius.* 204.  
*Joannes Card. Lopez.* 272.
- L**
- Lapus Biragus.* 199. 201.  
*Lapus Castelliunculus.* 321. 325.  
*Laurentius Medices.* 242. 291.  
*Laurentius Valla.* 305.  
*Leo Baptista Albertus.* 223.  
*Leonardus Brunus Aretinus.* 99.  
126. 165. 328  
*Ludovicus Donatus.* 131.  
*Ludovicus Regius.* 237. 238.  
*Lupus, seu Luphus Numajus.* 164.  
307.
- M**
- Madius de Madiis.* 333.  
*Maphaeus Girardo.* 177. 202.  
*Marcus Anton. Coccius, vulgo Sa-  
bellicus.* 224.  
*Marcus Card. Barbus.* 82. 162.  
*Marinus Becichemus.* 218.  
*Marsilius Ficinus.* 242.  
*Martinus Paulus Nido Beato.* 182.  
*Mathias Palmerius.* 317.  
*Matthaeus Boffus.* 240. 280.  
*Michael Fernus.* 245. Ø seqq.  
*Minus Roscius.* 282.  
*Moyses de Buffarellis.* 95.

## N

- Nicolaus Gupalatinus.* 93.  
*Nicolaus Nicolus.* 319.  
*Nicolaus Perottus.* 127.  
*Nicolaus Ravalcaldus.* 152.  
*Nicolaus Thomasoleus.* 164.

## O

- Omnibonus Leonicenus.* 95. 127.

## P

- Paulus Rhamnusius.* 120.  
*Petrus de Abano.* 125.  
*Petrus Andreas de Bassi.* 140. 149.  
*Petrus Balbi.* 77.  
*Petrus Candidus Decembrius.* 109.  
*Petrus Frigerio.* 202.  
*Petrus Medices.* 226. 291.  
*Petrus Philippus Cornelius.* 69.  
*Petrus Priolus.* 113.  
*Philippus Beroaldus.* 152. 282.  
*Philippus Rota.* 202.  
*Poggius Bracciolinus.* 150. 216.  
*Pomponius Latus.* 275. 346.

## R

- Raimundus Marlianus.* 179.  
*Raphael Card. de Riariis.* 343.  
*Rubertus Salviatus.* 334.  
*Rubertus Valturius.* 120.

## S

- Severinus Chalcus.* 240. 280.  
*Sicco seu Xico Polentoni de Ricciis.* 170.  
*Stephanus Niger.* 200.

## T


- Thadæus Quirinus.* 95.  
*Theodorus Gazzæ.* 93. 212. 296.  
*Theodorus Lelius,* seu *de Lellis.*  
 315.

## V

- Varinus Favorinus.* 287.  
*Victorinus Feltrensis.* 85. 86. 170.  
*Urbanus Bolzanus.* 294.

## X

- Xico seu Sicco Polentoni de Ricciis.* 170.









SPECIAL

85-B

14342

